Digitized by Google

2 D.4 2. 4. 43

PRIMATUS
HISPANIARUM
VINDICATUS.

Digitized by Google


Cœlum
PRIMATIS
STEMMA
SANCTÆ
TOLETANÆ

PRIMATUS
HISPANIARUM
VINDICATUS,
SIVE
DEFENSIO PRIMATUS
ECCLESIÆ TOLETANÆ
Adverſus Memoriale Eccleſiæ Hiſpalenſis,

IN TRES PARTES DIVISA.

Hiſpanice conſcripta a Sacræ Theologiæ Doctore

NICASIO SEVILLANO,

EIDEMQUE

PRIMATIALI ECCLESIÆ

DICATA.

Latine autem reddita a CAJETANO CENNI *Presbytero Piſtorienſi, & aucta ſummis Capitum, rerumque memorabilium Indice.*



ROMAE

EX TYPOGRAPHIA VATICANA

APUD JOANNEM MARIAM SALVIONI

M. DCC XXIX.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

PRÆSTANTISSIMÆ

TOLETANÆ ECCLESIÆ
HISPANIARUM PRIMATI.

NICASIUS SEVILLANO D. D.

QVI Lucubrationes ſuas, quacumque etiam humili materia, præſtantiſſima Toletana Eccleſia, Regibus inſcripſerunt, optime ii quidem ſibi, ſuiſque operibus conſuluiſſe mihi videntur. Etenim quam honeſtum, & quam glorioſum eſt Regiis teri manibus, quæ a nobis ſcripta ſunt? Ac præterea quam utile, ac neceſſarium res ab ingenii mediocritate profectas non ſine auſpicio, ac præ-

ſi-

Digitized by Google

ſidio Majeſtatis Regiæ in lucem edi? Verum eoſdem reor, præcepiſſe potius animo clientelam, in quam ſuſcipi exoptabant, quam munus ipſum ſpectaſſe, quo Regum animos demerebantur. Equidem utrumque inſpexi; munus per ſe præclarum, atque magnificum eſt enim Defenſio Primatus Hiſpaniarum, quo ipſa frueris antiquiſſimo, eaque licet meo ab ingenio profecta, quod ſentio quam ſit exiguum, gravis tamen, ac ſeria defenſio: nam nihil affirmo, quod non Pontificum Romanorum, non Conciliorum, non Catholicorum Regum monumenta teſtentur. Clientelam vero, in quam idem munus contuliſſe glorior, tunc cœpi verſare animo, quum Tui Primatus vetuſtiſſima jura e laudatis monumentis deſumta diſponens, pro auctoritate, qua in cæteras Hiſpaniarum Eccleſias polles, facturam te eſſe cognovi; ſi honeſtatem, & æquitatem tuæ cauſæ oculis omnium a me propoſitam Tumet defenderes, neque alicujus vana effata ut invaleſcerent, paterere. Quæ quoniam mature, ac diligenter inſpexi, idcirco meum conatum, qualiſcumque cæleſti tuo judicio ſit futurus, demiſſiſſime tuis pedibus advolutus Tibi dono, ac dico.

Di-

Digitized by Google

Dignitatis tuæ jura, Præſtantiſſima Eccleſia, (ipſa enim dignitas multo antiquior, adhuc incomperta eſt) jam inde a Concilio Baron. ad ann. Chr. 610. *XII. iſta in Regia Urbe celebrato anno Redemtionis noſtræ 681. comperta, atque explorata omnibus ſunt, quemadmodum Francici* Jo. Morin. l. 1. exercit. 32. Ludov. Thom. de Benef. P. 1. l. 1. c. 30. *ipſi Auctores teſtantur. Attamen poſt mille annorum ſpatium ſeditioſus quidam emergit, novarum rerum molitor, qui canit claſſicum, educit ornatiſſimam aciem, facitque pugnandi copiam. Te autem inſolenti armorum genere uti vult, futurum ſperans, ut ſeu male rem geras, ſeu victoriam dubiam aſſequare. At ô fallaces hominum mentes! iiſdem illis armis, quæ hoſtis præbuit, armatis copiis, quarum annuo, ac bimeſtri ſpatio temporis delectum habui, in æquum deſcendens, pleniſſimam Tibi victoriam comparavi. Gaude igitur, Primatialis Eccleſia, Teque ad inſignem pro victoria triumphum para. De infenſiſſimo hoſte debellatum eſt, & ſiquæ adhuc reliquiæ ſuperſunt, quæ in pugnæ alacritate mea fortaſſe jacula effugerint, brevî inſequar, convellam, confodiam. Quam recte proſtratum hoſtem ipſa reprehenderes, quod ſupernæ Sapientiæ* Luc. 14. 31. *conſilium ſuo periculo ſpreverit: „ Quis* "

» *Rex, inquiens, iturus committere bellum ad-*
» *verſus alium Regem, non prius ſedens compu-*
» *tat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei,*
» *qui cum viginti millibus venit ad ſe? Ille ve-*
ro imprudens, ac virium ſuarum neſcius, res
Cic. de orat. *ſuas acciſas jam videns, quam opportune*
» *uſurparet Ethnici Oratoris verba?* „ *O fal-*
» *lacem hominum ſpem, fragilemque fortunam,*
» *& inanes noſtras contentiones, quæ in medio*
» *ſpatio franguntur, & ante in ipſo curſu ob-*
» *ruuntur, quam portum reſpicere potuerint!*
Utinam devicti hoſtis nomen ſilentio præteri-
re poſſem, vereor enim, ne turpe ſit proferre:
tamen quia ſæpe audies, in fronte ordinum
pro duce ſe gerere, proprio eum nomine appel-
lem neceſſe eſt. Eccleſia omnium, quas præ-
cipuis, maximiſque benevolentiæ, & officii
muneribus proſequuta es, Tibi devinctiſſima,
Eccleſia inquam Hiſpalenſis eſt hoſtis. Hæc
arbitrans poſſe fieri, ut querentem Te ali-
Job. 19. 9. „ *quando audiret:* „ *Expoliavit me gloria*
„ *mea, abſtulit coronam de capite meo, Me-*
moriale ab Anonymo Auctore lucubratum
adoptavit, inlectumque, paſſa eſt ſuo nomine
ad invictiſſimum Regem Philippum V. inſcri-
bi. Hinc concertatio omnis orta; hinc victo-
ria

Digitized by Google

ria tua profecta eſt. Memoriale id, inficias ire non auſim, in cauſa fuerit, cur malam de tuo Primatu opinionem imbiberint ineruditi homines: iidem vero, quum Urbanum II. & Succeſſores Pontifices teſtari audient conſtantem hujuſmodi dignitatis vetuſtatem, ſe fatebuntur ſpecie recti deceptos eſſe, Teque, Præſtantiſſima Eccleſia, eam prædicabunt, Henod. paneg. ad Theod. *" Cujus gloriæ neque profuit quiſquam laudando, neque vituperando quiſquam nocuit. " Quid, quum intelligent ab Joanne hujus nominis II. Catholico Rege unam te e præcipuis quatuor Mundi Eccleſiis appellari? Quid, quum Te audient a Sancto Pontifice Pio V. Eccleſiarum omnium maxime inſignem nuncupari?* S. Pius V. ap. Salaz. in V. S. Ildef. *Quid denique, quum accipient, tergemino Maximorum Pontificum oraculo „ Propriam " Te, & ſpecialem Sedis Apoſtolicæ Filiam vocari? " Dicam quod ſentio, ubi in effuſiſſimas iſtas laudes Romanos ipſos Pontifices prorupiſſe cognoſcent, notam calumniatoribus inuri ſolitam Auctori Memorialis appingendam eſſe clamabunt. Et ſane ſi omiſſis iis, quibus Te Summi Pontifices proſequuntur, elogia repetant, quibus tuos Præſules Adrianus IV., & Alexander III. extollunt; nonne*

Ad Gal. 2. 9. *Primatum tuum negari non poſſe fatebuntur? Appellant ii ſcilicet Toletanos Primates „ Co-„ lumnam inconcuſſam, ac ſtabile Eccleſiæ Ca-„ tholicæ fundamentum. Quod ſi Paulus tali* P. Salm. to. 14. ep. ad Gal. c. 2. diſp. 22. *honore dignatur Apoſtolos, & , Salmerone docente, „ Columnas eos vocat, quia ad eos „ ſpectabat totam Eccleſiæ fabricam ſuſtinere; quis non videt, tuos Præſules Apoſtolorum inſtar Hiſpaniarum Diœceſim, ſive, ut hodie dicimus, Regnum, ad Eccleſiaſticas res quod attinet, moderatos eſſe, quod eſt Catholicæ Eccleſiæ fabricam ſuſtinere? Huc, ni fallor, Præſtantiſſima Eccleſia, reſpexiſti, quum tuo in libello ad Fel. Rec. Carolum II.* Mem. p. 3. n. 29. pag. 390. n. 123. pag. 419. *ſupplici „ Toletanam, ajebas, Eccleſiam „ a Chriſto Domino in his Regnis ad tutiſſi-„ mum Fidei propugnaculum, ubi in perpetuum „ Catholicæ Doctrinæ Cathedra collocaretur, „ electam eſſe. Quod loquendi genus Auctorem Memorialis in brevia, & Syrtes impegit, adeo ut audaciæ Te, perinde ac prærogativam Romanæ Eccleſiæ uſurpaſſes, incuſaverit; non etenim percepit diſcrimen vocum „ in „ perpetuum, & „ infallibiliter, quarum prima notat, eum perſiſtere in ſana doctrina, qui errare potuit; altera omnimodum errori adi-*

tum

tum præcludit; eamque alii, præter Apoſtolicam Sedem, tribuere, religio eſt. Ad hæc accedit laudatio vere inſignis, quam Tibi Leo X. tribuit, „ Apoſtolicam Sedem, ajens, " non minus Eccleſiæ Toletanæ, quam Romanæ debere: quod ſingulare, atque magnificum " laudandi genus incredibile haud eſſet viſum Auctori Memorialis, dummodo noſſet, quod Romana Eccleſia particularis vocatur Bellarmino teſtante, „ Populus, & Clerus Romanus, eſtque ab Apoſtolica, ſeu Catholica, " voce tenus, ſejungenda; quemadmodum Epiſcopus Romanus a Summo Pontifice diſtinguitur, ſint licet unum, & idem: quam rem ii tantum ignorant, qui Canones ne a primo quidem limine ſalutarunt. Quæ quum ita ſint, non eſt mirum, ſi Nationalium tot Synodorum decreta, quas tua in urbe celebratas Pontifices Summi probarunt, non modo Eccleſiæ omnes Hiſpanienſes, at aliæ multæ Catholici orbis amplexæ, ac veneratæ ſint, unde non modicum laudis incrementum ad tuam gloriam adjungitur. Neque hîc, tanquam ad Herculeas Columnas veniſſem, Præſtantiæ tuæ apicem offendo: majora profecto, & ampliora ſunt reliqua, quæ ſi omnia perſequi ſermo-

Salaz. in V.S. illdef.

Bellar. to. 1. l. 4. de Rom. Pon. c. 4.

ne voluero, me dies deficiet, nec tamen gloriabor exitum prope eſſe. Et ſane Hiſpaniarum Regnum omni hæreſeos labe purgatum, quæ ſi ab ultima memoria res repetantur, ſeu nunquam in eodem gliſcere potis fuit, ſeu invaleſcens fuit radicitus evulſa; quare Catholici Regni jure cognomentum a Pontificibus Summis obtinuit; cuinam beneficium id tantum, ac tam ſingulare acceptum refert? Tibi, Præſtantiſſima Primatialis Eccleſia: Tuis namque auſpiciis, Te Duce, Te moderante, Catholicæ Fidei hoſtes immaniſſimos profligavit. Sic Macedo ille Magnus, Terrarum orbis domitor: ſic Gallorum ſæpe deficientium debellator Cæſar, appellantur. Etenim neque horum milites tanta cum laude meruiſſent; neque Hiſpanienſes Eccleſiæ de Hæreticis triumphaſſent, niſi hæ tuam auctoritatem, conſilia, imperium ſequutæ, quemadmodum illi ſuorum Ducum, acerrime dimicaſſent. Quamobrem Memorialis effatum e vulgi ore deſumtum eſſe quis neget? Solet vulgus de afflictis hoſtibus gloriam Imperatorum propriam ſibimet vindicare, quippe quod non ſacroſancta Regum, & Magiſtratuum conſilia, non prudentiam Ducum, non mili-

ta-

tarem artem, ſed ſuam operam reputat. Hinc aliquando ſeceſſiones, conſpirationes, aliaque id genus fiunt, quæ totum ordinem pravitate perturbant. Non ſecus, ita me Deus amet, Memorialis Auctor ſentit; ubi affirmat, Te gloriam cum cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis communem, laudemque non tuis meritis comparatam Tibimet arrogaſſe. Inclamet ille ſcilicet imprudentium auribus, vocetque eos ad ſua Signa: boni omnes certe iſtas voces contemnent, Teque extra omnem aleam eſſe poſitam dicent. Quin etiam illud Nazianzeni uſurpantes: „ Nulla, inquient, S. Greg. Naz. ep. 79.
gloriæ acceſſione imperium tuum opus habet, " quemadmodum nec Lucifer ſplendore. Sed ſi " cumulum quæris, nullus iſto nec major, nec " præclarior continget. Quæ Solis comparatio " quam Tui propria ſit, Bracarenſis, Tarraconenſis, & noſtra ætate Hiſpalenſis Metropoles abunde teſtantur: namque Primatus tui lucem obtegere nitentes, fulgorem ejus priſtinum, fortaſſe etiam clariorem, patefecerunt: non ſecus atque Principis planetarum radii, nubis aliquandiu tenebris obvoluti, quantocyus ſplendidiores emergunt. Ita ſe res habet, Præſtantiſſima Toletana Eccleſia;

ne-

nequicquam Hiſpanienſes Eccleſiæ moliuntur objectis tenebris tua de luce detrahere; Tu enim, veluti urbs in monte poſita, nulliſque nebulis loco humili incubare ſolitis obnoxia, ſplendorem nunquam amittis, quod ſummæ in Hiſpaniis auctoritatis indicium eſt. Hanc porro auctoritatem, ſeu Primatum alii repetunt a Principe Apoſtolorum Petro: ego vero quæſtione hac omiſſa, utpote ab ingeniis melioribus agitata, unum id non ſine ingenti admiratione cogito, tuamque ad immortalem gloriam commendo poſteris: quod nempe Apoſtolica Sedes remotis maxime temporibus Primatum apud Te fuiſſe teſtatur; quod tuam commendavit operam in iis ſe anguſtiis levanda, quibus olim vexabatur; quod Toletana urbe Mauris erepta, jura omnia, queis ante Mauricam invaſionem fruebare, reſtituit, inſtauravit; denique quod eximiis laudibus Te ſemper extulit vel propriam ſpecialemque Filiam appellans. Hæc ſane, hæc potiſſima cauſa eſt, cur machinamenta omnia Tibi adverſantium ſint diruta, itaut Regii Prophetæ dictum Tibi poſſim adſcribere: „ In petra
„ exaltavit me, & nunc exaltavit caput meum
„ ſuper inimicos meos, per quæ verba innuebat

Garſ. de Loayſa tr. de 1. Conc. Hiſp.

Pſal. 26.

Da-

Corder. to. 1. in Pſalm. eumd.

David, ſe regnaturum eſſe inimiciſque ſupe- "
riorem evaſurum. Neque enim Apoſtolica "
Sedes, quæ ſupra firmam petram ædificata
eſt, degenerem Filiam peperiſſet, Filiam præ-
ſertim, quam ſemper uti ſpecialem, ac pro-
priam amplexa eſt, quia Matris mores ſan-
ctiſſimos imitantem agnovit. Quamobrem
Primatum tuum, & ipſum in petra ſolida-
tum eſſe affirmo, ideſt firmiſſimis hærere fun-
damentis. Etenim ſecus, neque Eccleſiis Hi-
ſpaniarum cæteris ſemper præire, ut ait Ba-

Baron. ad ann. 610.

ronius, neque conſtantem ſervare in Hiſpa-
niis prærogativam potuiſſes; quippe, Grego-
rio docente, „ Surgentis fabricæ altitudo non

S. Greg. Mor. l. 34. c. ult.

figitur, quæ nequaquam per fundamenti for- "
titudinem in petra ſolidatur. Quam ad meam "
opinionem probandam faciunt irriti eorum
conatus, qui tuam majeſtatem labefactare
moliti ſunt, a quibus non abludunt Salvato-
ris noſtri verba de ædibus a quodam Sapien-
te conſtructis: „ Deſcendit pluvia, & vene-

S. Matth. 7. 25.

runt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt "
in domum illam, & non cecidit, fundata "
enim erat ſupra petram. Non tamen auſim "
dicere, ampliſſimam hanc dignitatem tuam
uſque ad ſeculi conſummationem minime de-

futuram: id enim ſolius Apoſtolicæ Sedis proprium eſt, contra quam portæ inferi nunquam prævalebunt: ſit licet veri admodum ſimile, quod Romani Pontifices Prædeceſſorum exemplo aliquid de tua gloria unquam detrahi non patientur.

Cæterum quia Catholico in iſto Regno, ut in reliquis, duplex poteſtas ſuprema eſt, Spiritualis nempe Romani Pontificis, & Temporalis Catholicorum Regum; parum eſſet, niſi Pontificia, ſimulque Regia auctoritate nitereris. Propterea Catholici etiam Reges tua in dignitate ornanda, ac tuenda omnem operam contulerunt. Jaminde ab anno 610.
Concil. Tol. an. 610. *Gundimarus Rex Decreto ſanxit: „ Ne quis inani, ac perverſa contentione obnitatur „ Sacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ Primatum „ contemnere. Octingentis inde annis enata inter Toletanum Primatem, ac Burgenſem*
Infra P. 2. c. 6. *Epiſcopum contentione Joannes II. decrevit, ne Jura Primatis exercere tui Præſules ab ullo hominum, ipſis Principibus Regni heredibus non exceptis, prohiberentur. Omnes poſtea Reges Catholici, ubi de tua dignitate conſervanda res fuit, tanquam de ſumma rerum ageretur, auctoritatem omnem impen-*

de-

Digitized by Google

derunt. Denique Philippus V., optimis auſpiciis ſecundò regnans, Decretis pluribus Primatum tuum revocare in dubium auſos reprehendit, ac turbare molientibus interminatus eſt pœnam pro ſcelere acerbiſſimam. Scio equidem Hiſpalenſem Eccleſiam parte hac tuæ gloriæ abuti; ait enim, Te quod ratione, & jure non vales, id gratia Regum tueri, qui Eccleſiaſticis ſeſe curis nequeunt immiſcere. Itane? Tot Decreta Pontificum ad manifeſtam vim arcendam ob aliquorum contumaciam non fuerunt ſatis: nonne igitur majeſtas poteſtaſque Regia fuerat invocanda? Reges profectò non ita Eccleſiæ rebus ſe implicant, ut leges ferant, ſed ut Romanis a Pontificibus latas jubeant ſuo quiſque in Regno ſervari. Iidem quippe ſunt, ex Alphonſi Sapientis ſententia, „ Dei Vicarii, ut æquum, & rectum in Regno cuſtodiant. Quod ille a Paulo didicit, ajente: Non eſt poteſtas niſi a Deo: & infra de ipſo Rege: Dei enim Miniſter eſt. Quod ſi neceſſaria unquam fuit ad vim arcendam poteſtas Regia, hac occaſione certe fuit, nam Memoriale Hiſpalenſis Eccleſiæ nomine evulgatum Hiſpaniam totam ad partes vocat, atque ordinem Hiſpa-

Leg. par. 2. tit. 6. l. 5. & 7.
Ad Rom. 13. 1. 2. 4.

i 2 *nien-*

nienſis Eccleſiæ totum invertit. At gloriare nunc demum, Toletana Eccleſia, duplici munita præſidio contra oſores pacis, tuæque inclytæ dignitatis temeratores. Verum Reges ipſi Catholici ſua eſſe cenſuerunt non modo Primatum tuum defendere, ſed Pontificum Romanorum exemplo cohoneſtare; ut reliquæ Hiſpaniarum Eccleſiæ vereri Te, ac fateri Principem ne dubitarent. Proinde Philippus II. itemque III. Tuæ Sedi affixam dignitatem Illuſtriſſimæ Dominationis titulo decorari juſſerunt totâ Hiſpaniâ, tametſi Cardinalitia dumtaxat dignitas tali titulo id temporis ornaretur. Et quia multis inde annis ex Urbani VIII. Decreto Eminentiæ titulus Cardinalibus tribui cœptus fuit, qui Nicolao Antonio teſte multo antea tuis Præſulibus tribuebatur; hodie Philippus V. uni Tibi, tuiſque Archiepiſcopis Excellentiæ honorem Diplomate ſanxit convenire. Quod officii genus quam ſingulare in Hiſpaniis ſit, nemo unus ignorat. Meæ nunc partes eſſent, Præſtantiſſima Toletana Eccleſia, Excellentiſſimum tuum Præſulem Didacum de Aſtorga, & Ceſpedes, nuper Benedicti XIII. *beneficio Apoſtolici Senatus Collegio adoptatum, meritis efferre lau-*

dibus: ille autem, qua eſt auctoritate in Hiſpaniis ſumma, cum incredibili animi moderatione conjuncta, & jubet, & flagitat, ut nihil ſcribam, quod ad ſuam queat laudem redundare. Querebar ego cum Plinio: „ Quam longa nobis cum tua modeſtia pugna! Ubi vero cum eodem Plinio perſequi vetitum fuit: „ Quam tarde verecundiam tuam " vicimus, præ admiratione Nazianzeni eum " verbis excepi: „ Quocumque intorqueo lumina, tam multa, tam præclara ſe offerunt, " ut quælibet ſumma videantur: ea tamen " omnia obſequii, ac reverentiæ gratia prætermittam. Unum id tantum ſilere non poſſum, quod Vir iſte Em. tanto in Te amore ſuccenditur, ut quidquid honoris, quidquid gloriæ ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus ſcripta hæc, quanta quanta ſint, comparabunt, fortiter reſpuens, immodicæ erga Te caritati poſthabeat, ac Tibi uni jubeat adjudicari. Tibi igitur & ſponte, & juſſus quidquid ſimul congeſſi de ſingularibus tuis meritis, dono inquam, ac dico. Majorem Tibi a D. O. M. non ominor gloriam, faſtigium quippe tenes quam poſſis majus, atque altius in Catholico Regno. A Te autem peto, & flagito laboris mei præ-

Plin. Paneg. ad Trajan.

S. Greg. Naz. Orat. 19.

mium ſatis amplum, cujuſmodi eſt cæleſti tuo ore Theodorici Regis verba proferentem audire: „ Gratus eſt nobis eorum aſpectus, „ qui noſtris animis glorioſis actionibus inſederunt: quoniam perpetuum obſidem dederunt „ amoris ſui.

Ex meo receſſu a. d. IV. Cal. Martias. M. DCC XXV.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM

PROOEMIUM. *pag. 1.*

PARS PRIMA.

A*Nimadverſiones ad Memoriale editum nomine Hiſpalenſis Eccleſiæ.* pag. 13.

CAP. I. *ANIMADVERSIO I. Oſtenditur Memoriale alienum eſſe ab Eccleſia Hiſpalenſi.* pag. 14.

CAP. II. *ANIMADVERSIO II. Imbecillitas cauſarum, quibus ſe innixam dicit Eccleſia Hiſpalenſis, ut ſuum Memoriale traderet ad Regem Catbolicum.* pag. 21.

CAP. III. *ANIMADVER. III. Memoriale præſefert exempla Auctorum depravata, & corrupta.* pag. 33.

CAP. IV. *ANIMAD. III. CAP. II. Exhibentur aliæ doctrinæ incertæ, & vitiatæ.* pag. 45.

CAP. V. *ANIMAD. III. CAP. III. Falſitas rerum, quas Memoriale diſſerit de Archiepiſcopi nomine.* pag. 58.

CAP. VI. *ANIMADV. III. CAP. IV. Deteguntur novæ fallaciæ Memorialis.* pag. 70.

CAP. VII. *ANIMADV. IV. Memoriale continet Propoſitiones, & Documenta inter ſe pugnantia.* pag. 84.

CAP. VIII. *ANIMADV. V. Propoſitiones, & Documenta occurrunt in Memoriali, quibus ad Sacræ Inquiſitionis Tribunal deferendum videtur.* pag. 110.

CAP. IX. *ANIMAVER. EADEM Tres Propoſitiones ad Sacrum Tribunal pari modo deferri poſſent, quæ ſequuntur.* pag. 126.

CAP. X. *ANIMADVER. EADEM. Memoriale ſuſpicionem movet omnino abhorrentem ab Hiſpanorum pietate; & Nationis honori contrariam.* pag. 139.

PARS SECUNDA.

P*ROLUD. Oeconomia rationum, & argumentorum, quibus roboratur Toletanæ Eccleſiæ Primatus.* pa. 155.

CAP. I. *Aliquot prænotanda ob majorem Quæſtionis claritatem.* pag. 156.

CAP. II. *Auctores aliquot recenſentur e multis qui Toletani Primatus cauſam tuentur.* pag. 164.

CAP. III. *Adſtruitur Toletanus Primatus Bullis quatuor Summ. Pontificum Urbani II. Paſchalis II. Gelaſii II. Callixti II.* pag. 184.

CAP. IV. *Toletanus Primatus roboratur Bullis Honorii II. Lucii II. Eugenii III.* pag. 195.

CAP. V. *Idem probatur aliorum auctoritate Pontificum.* pag. 202.

CAP. VI. *Edictum, ac Decretum Regium Joannis II. temporibus evulgata pro Toletano Archiepiſcopo cum teſtimonio eorum executionis.* pa. 218.

CAP. VII. *In Archiepiſcopum Toletanum conveniunt eſſentia, & Definitio Primatus, præſertim vero pars prior.* pag. 237.

CAP. VIII. *Rationes poſitivæ cur Toletana Eccleſia ſemper fuerit Metropolitana.* pag. 259.

CAP. IX. *Ejuſdem rei veritas comprobatur ipſis Concilii verbis, & Gundimari Regis Decreto.* pag. 275.

CAP. X. *Probatur Toletanæ Eccleſiæ congruere partem alteram definitionis Primatus.* pag. 291.

CAP. XI. *Probatio altera ejuſdem propoſitionis, qua antecedentis veritas confirmatur.* pag. 300.

CAP. XII. *Ratio altera perinde ac prior validiſſima, ad idem comprobandum.* pag. 314.

CAP.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAP. XIII. *Contentio altera in idem factum.* pag. 328.

CAP. XIV. *Ad Superiorum Capitum doctrinam robur accedit ab Januarii, & Stephani Epiſcoporum eventu.* pag. 347.

CAP. XV. *Comprobatur aliis argumentis poteſtas, qua Toletana ſemper præivit Eccleſias reliquas Hiſpanienſes.* pag. 362.

CAP. XVI. *Tertia pars definitionis Primatus perinde, ac altera, & prima tum Archiepiſcopo, tum Eccleſiæ Toletanæ convenit.* pag. 381.

CAP. XVII. *Poſtrema definitionis pars utique convenit Toletano Archiepiſcopo.* pag. 395.

CAP. XVIII. *Prima e quatuor Primatis proprietatibus convenit Archiepiſcopo Toletano.* pag. 406.

CAP. XIX. *Tres etiam reliquæ proprietates Primatus conveniunt Archiepiſcopo Toletano.* pag. 415.

CAP. XX. *Exempla evidentia Primatus Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Toletanæ.* pag. 425.

CAP. XXI. *Summi Pontifices, atque Oecumenicæ Synodi Toletanum Primatum Archiepiſcopum Primatis honore dignantur.* pag. 442.

CAP. XXII. *Reges Catholici, aliique Chriſtiani Reges Catholici orbis agnoſcunt Primatum Toletani Archiepiſcopi, eumdemque ſcripto fatentur Primatem.* pag. 450.

PARS TERTIA.

PROLUDIUM. *Rationes, & fundamenta, quibus Hiſpalenſis Eccleſia innititur, penitus diluuntur.* pag. 475.

CAP. I. *Diluuntur quædam argumenta Eccleſiæ Hiſpalenſis.* pag. 476.

CAP. II. *Confutantur alia duo Argumenta Memorialis.* pag. 492.

CAP. III. *Reſponſiones ad Argumenta recens ficta ab Eccleſia Hiſpalenſi.* pag. 500.

CAP. IV. *Proſequitur reſponſio ad Argumenta ſuperiori capite prolata.* pag. 526.

CAP. V. *Noviſſimum Argumentum, quo evincitur fide omni eſſe indignum quidquid continet Memoriale.* pag. 545.

CAP. VI. *Monimenta plurima exhibentur Congregationis Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis: necnon quatuor Metropoleon, & duarum Eccleſiarum e prædictis Regnis, quæ dicuntur exemtæ. Quibus omnibus monumentis Eccleſia Toletana Primatialis nuncupatur.* pag. 556.

CAP. VII. *Suffraganeæ omnes Eccleſiæ eorumdem Regnorum Primatum Toletanæ fatentur.* pag. 568.

CAP. VIII. *Hiſpaniarum Eccleſiis pene omnibus extra Regna Caſtellæ, & Legionis convenit de Toletano Primatu.* pag. 577.

CAP. IX. *Quanta Primatus Hiſpaniarum antiquitas tribuenda ſit Eccleſiæ Toletanæ.* pag. 592.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIO.

REVERENDISSIMI PATRIS

D. AUGUSTINI ROMANI DE FLORIBUS

A Cremona Abbatis Camaldulenſis, olim Sacræ Theologiæ Lectoris Emeriti, & Lectorum ſuæ Congregationis Examinatoris: Reviſoris librorum S. Officii Faventiæ, & Examinatoris Synodalis Ravennæ; nunc autem in urbe Cenſoris Accademiæ Theologiæ, Sacræ Congregationis Indicis Conſultoris, Concilii Romani Theologi, & Procuratoris Generalis in Curia.

A Reverendiſſimo P. Fr. Jo: Benedicto Zuanelli Sac. Apoſt. Pal. Mag. commiſſus mihi fuit ad legendum Liber in tres partes diſtributus, & hoc titulo prænotatus: *Primatus Hiſpaniarum vindicatus; ſive Defenſio Toletani Primatus &c.* Auctore Nicaſio Sevillano Doctore, qui eam primo edidit vernacule, deinde latinam reddidit Cajetanus Cenni Presbyter Piſtorienſis. Porro librum hunc ego legi ea, qua potui attentione, & pro meo munere obſervatis omnibus, quibus diſertiſſimus Apologiſta cauſam ſuam graviſſimam, & digniſſimam promovet, atque vindicat ab objectis, inveni ſingula, nedum eleganter, & erudite, ſed docte, ſolideque, & ſine ulla Fidei, vel bonorum morum nota, citraque omnem cujuſquam Principis injuriam; ſic excuſſa, & pro merito ſic probata, improbatave, ut Primatus Toletani veritatem nedum ipſe certam faciat, ſed demonſtratam. Jam itaque fruatur tam pacifice, quam ſecure Toleti Eccleſia illo ſuo antiquiſſimo, quo præ cæteris honore gaudebat, ſibi nullo impoſterum rationabiliter contradicturo; Primatus ejus hactenus res adeo clara fuerat, ut eum etiam Marcus Antonius de Dominis (totius alioqui Eccleſiaſticæ Hierarchiæ hoſtis infenſiſſimus) tanquam aliquid extra omnem controverſiam poſitum lib. 3. de Repub. Eccleſ. cap. 20. ſuppoſuerit, ibique ipſum cum Primatibus omnino indubitatis, ſcilicet cum Lugdunenſi, Cantuarienſi, & cum Moguntino comparaverit: eruditiſſimus tamen Auctor laudatæ Apologiæ ſic Primatum a ſe defenſum extra omnem difficultatis aleam ſtatuit, ut deinceps, nedum non viri, ſed neque hominis videatur futurum fore de eo amplius dubitare. Hinc merito diſertiſſimus tantæ cauſæ vindex Nicaſius appellatur ſiquidem Νικάσιος Nicaſius τῆς Νίκης nomen Patronimicum eſt, ut *Victoria* Victorius. Ipſe autem peregregie ſui nominis omen implens, ſic invicte ſcripſit pro Eccleſia Toletana, ut vere Nicaſius ὁ Νικήσας factus, perfectam, abſolutamque pro eadem victoriam fuerit aſſequutus. Quamvis itaque Hiſpalenſis Eccleſiæ privilegia, & elogia ſint, ac fuerint, tum numero plura, tum qualitate magna, ſuaque proinde antiquitate, & amplitudine, vel ſatis minora, vel admodum digna; nihilominus Eccleſiæ Toletanæ ea fuit, eſt, & erit gloria, quod ſicut modo in politicis ejus Civitas, ut Regia colitur, tanquam magnorum Regum Hiſpaniæ Urbs Maxima non latitudine, ſed majeſtate, ita ipſa in Hierarchicis ſtet, ut olim ſtetit magnarum Metropolis Eccleſiarum in Hiſpanis Regnis, tanquam præ cæteris auctoritate prima, & dignitate. Sic mihi viſum eſt, ſalvo ſemper meliori judicio, cui in omnibus me ſubſcribere ſum paratus.

Romæ in Monaſterio S. Romualdi III. Nonas Auguſti, Anno Reparationis noſtræ vigeſimo ſupra milleſimum ſeptingenteſimum octavo.

D. Auguſtinus Romanus de Floribus Abbas Camaldulenſis.

ò *IM-*

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Ap.
N. Epiſc. Bojanus Viceſger.

IMPRIMATUR.

Fr. Joannes Benedictus Zuanelli Sac. Pal. Ap. Magiſter Ord. Præd.

COR-

Digitized by Google

CORRIGENDA, ET MUTANDA.

Quum §, ſeu numerus eſt in adverſa pag., lineæ numerantur a ſummo paginæ indicatæ, quod pariter ſervatur in Indice Rerum.

P*Agina 7. num.* X. *linea* 6. adſcriptura. *Pag.* 21. *n.* XI. *l.* 1. fatebuntur. *Pag. ead. n.* VII. *ita mutand. Iiſdem Pragmaticis attentis* Eminentiæ *titulus, quem poſt Urbanus VIII. Cardinalibus adſcripſit Toletano Præſuli tribuendus erat, quo mille fere ante annos cohoneſtatus fuerat. p.* 26. *n.* VII. *l.* 8. *Eminentiæ loco lege*: quo Cardinales honorari ſolum decernebatur. *p.* 27. *n.* VII. *l.* 11. mille fere. *p.* 38. *n.* VIII. *l.* 15. Luſitanos. *p.* 43. *n.* XVII. *l.* 2. Actorum. *p.* 66. *n.* XV. *l.* 1. Duabus producendis epiſtolis. *p.* 71. *n.* 1. *l.* 17. S. Silveſter. *p.* 80. *n.* XIX. *l. ult.* Legati. *p.* 113. *n.* V. *l.* 5. *monumenta*. *p.* 117. *n.* XV. *l.* 18. *reſpectu*. *p.* 122. *n.* XXV. *l.* 21. Monacho. *p.* 129. *n.* IV. *l.* 4. eripuit. *& n.* V. *l.* 19. minus æquam. *p.* 142. *n.* V. *l.* 4. *& alibi*. Phyſica. *p.* 148. *n.* XXIII. *l.* 5. Caſtejon, ac Fonſeca. *p.* 158. *n.* XI. *l.* 14. collato. *p.* 170. *n.* XVI. *l.* 7. *anno* 681. *p.* 172. *n.* XXII. *l. ult.* duodecimi. *p.* 187. *n.* VI. *l.* 6. Succeſſores *p.* 207. *n.* VIII. *l.* 7. 1166. *p.* 211. *n.* XVI. *l.* 6. Compoſtellanum. *p.* 234. *l.* 34. me ſe *p.* 241. *n.* V. *l.* 16. Tarraſonenſis. *p.* 278. *n.* VI. *l.* 6. plena. *p.* 280. *n.* IX. *l.* 12. 516. *p.* 281. *n.* XI. *l.* 6. teſtantur. *p.* 288. *n.* XXVI. *l.* 15. *la cabeza*. *p.* 306. *n.* XI. *l.* 12. Sunefridus. *p.* 310. *n.* XVIII. *l.* 11. Romanum Pontificem. *p.* 341. XXI *l.* 7. *de el*. *p.* 360. *n.* XXIII. *l.* 2. de difficillimis. *p.* 389. *n.* XV. *l.* 5. Synodi. *p.* 392. *n.* XX. *l.* 8. Fratris ſui filium. *p.* 398. *n.* 6. eademque. *p.* 403. *n.* XVII. *l.* 7. non cenſuit. *p.* 404. *n.* XX. *l.* 15. Hiſpaniarum Diœceſi. *p.* 406. *n.* 1. *l.* 9. affectuum. *p.* 410. *n.* VIII. *l.* 7. Occubuerint. *p.* 412. *n.* XII. *l.* 10. Montani. *p.* 424. *n.* XVIII. *l.* 10. tenebatur. *p.* 431. *n.* IX. *l.* 7. *ninguno*. *p.* 441. *n.* XXVI. *l.* 2. diſtributionum. *p.* 455. *n.* VIII. *l.* 1. Gallœciæ *p.* 461. *n.* XX. *l.* 4. numero. *p.* 480. *n.* VII. *l.* 12. ſecuta. *p.* 486. *n.* XX. *l.* 16. gereret. *Ibi*. *n.* XXI. *l.* 7. eamdem. *p.* 489. *n.* XXVI. *l.* 1. Hiſpanienſes. *p.* 494. *n.* V. *l.* 1. oppugnare. *p.* 501. *n.* XXXV. *l.* 3. *qui nihil*. *p.* 502. *n.* III. *l.* 8. ſtudium in id. *p.* 507. *n.* XI. *l.* 22. quæro nunc. *l.* 23. num. *p.* 514. *n.* XXII. *l.* 2. in lucem anno. *p.* 519. *n.* XXX. *l.* 20. ſibi. *p.* 524. *n.* XXXIX. *l.* 11. præpropera. *p.* 527. *n.* I. *l.* 22. eadem. *p.* 539. *n.* XXII. *l.* 7. Quod tam ampli. *p.* 545. *n.* XXXII. *l.* 5. contendant. *p.* 557. *n.* XXI. *l.* 1. *Eadem*. *p.* 570. *n.* IV. *l.* 6. mitterent. *p.* 589. *n.* XXVI. *l.* 2. *quod*

Alia minoris momenti Lector benevole ipſe corrigito.

An-

Ante omnia opera tua verbum verax præcedat te. Eccleſiaſt. cap. 37. verſ. 20.

Veritas manet, & invaleſcit in æternum, & vivit, & obtinet in ſecula ſeculorum. Eſd. lib. 3. cap. 4. v. 38.

Iſta, quæ a veritate non veniunt, plerumque nullo impellente, ſe ipſa ſubvertunt. S. Auguſt. lib. 7. de Civit. Dei cap. 19.

O magna vis veritatis! quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiamque, contraque fictas omnium inſidias facile ſe per ſe ipſa defendat. Marc. Tull. Orat. pro Marc. Cœlio.

Patriarcha ſit in Civitate Regia. Conc. Nicæn. cap. 33. tom. 2. Conc. Impr. Reg. pag. 269.

Toledo, a quien comunmente llaman los Concilios de Eſpana, y los Eſcritores de aquel ſiglo, Ciudad Regia. March. de Agrop. & Monde. Diſſert. Eccleſiaſt. Diſſert. 4. cap. 3. num. 59. pag. 392.

PARS



PRIMATUS HISPANIARUM VINDICATUS

SIVE

Defenſio Primatus Sanctæ Toletanæ Eccleſiæ adverſus Libellum titulo Memorialis editum ab Eccleſia Hiſpalenſi.

PROOEMIUM.

I. OCtavi hujus poſt decimum ſeculi vertente anno vigeſimo tertio Memoriale quoddam in Hiſpaniam irrepſit, a nonnullis Libellus, æquæ molis volumen ab aliis, a non paucis vero ſatyra nuncupatum in Hiſpaniarum Primatialem Eccleſiam, quæ jure quidem ac merito eſt Toletana. Id bene multi accipiebant dono, ſibimet alii pretio comparabant. Tantus in Hiſpania rumor de hac ſuſcepta provincia percrebuit, ut vel ad meum conclave pervenerint voces. Quare animum meum (neque enim incurioſus homo ſum, neque ullis diſtentus negotiis) cupido ingens inceſſit inſpiciendi librum, ut cognoſcerem tum quanti apud homines foret Auctor, per quem prodierat in lucem, tum vero qua idem Auctor mente librum edidiſſet, cujus ſenſus erat, ut vere & libere dicam, teterri-

Digitized by Google

mum bellum indicere Toletanæ Eccleſiæ, tranquillitatis tempore tam diuturnæ. Enim vero auditum nihil fuerat de contentione recens excitata cum Bracarenſi Eccleſia, quæ utpote alienæ Ditionis, non erat cur ejuſmodi controverſiam excitaret. Suſpicatus ſum aliquid de Tarraconenſi ob neſcio quam æmulationem, quæ *Sede vacante* cum illa interceſſit, *Part.2.c.22.n.33.* cujus rei fiet mentio loco opportuno. Ad Hiſpalenſem vero quæſtionis partem ſpectare, nunquam, ut fatear, mihi veniſſet in mentem: nam ſicuti duæ tantummodo Eccleſiæ illæ de Primatu olim contendere cum Toletana periclitatæ fuerant, ita, re tam inopinata comperta, in maxima animi perturbatione verſabar.

II. Ex ea demum ſollicitudine aliquando emerſi, nec parva cum admiratione percepi, libellum ab Eccleſia Hiſpalenſi profectum eſſe fucato nomine ac prætextu Memorialis ad Hiſpaniarum Regem, (quem Deus Optimus Maximus diu ſervet incolumem). Affirmabant leviſſimam, immo nullam eſſe cauſam, cur Hiſpalenſis Eccleſia inexpectatæ ſtuderet novitati; quippe quæ vel illa erat minor, ob quam atrociſſimum Trojæ bellum ſuſceptum fuit: unde Venuſinus cecinit:

Hor. in Art. Poet. *Nec gemino Trojanum bellum orditur ab ovo.*

Afferebant, incredibili cum plauſu librum acceptum; namque unanimi omnium voce admirabile monumentum prædicabatur; omnigena eruditione congeſtum; ad multa & exquiſita docendum inſtructum. Præterea ſtyli ſuavitas omni procul affectatione, ſententiarum pondus, vis argumentorum, propoſitionum veritas efferebantur; totum denique opus mature excogitatum, multo elaboratum ingenio, magna cum gravitate ſermonis pertractatum, diuturni ſpatio temporis abſolutum. Quid plura? Congeries rerum tam admirabilis dicebatur, ut difficile admodum videretur ſcriptum aliud reperire, cui melius adſcribi poſſet quod olim Plinius *Plin. Jun. lib. 4. ep. 22.* Junior alii tribuit: *Aliquot annis nihil generis ejuſdem abſolutius ſcriptum.*

III. Addebant præterea, tam firmis argumentis, narratione tam perſpicua, tam luculentis teſtimoniis, auctoritatibus tam manifeſtis oppugnari Primatum Eccleſiæ Toletanæ Hiſpania tota celebratiſſimum, ut penitus evelleretur, eoque ad incitas ita redacto Eccleſia illa non citra pudorem Primatialem ſe appellaret. Inſuper proferre non verebantur, quod

quod præ lætitiæ magnitudine, qua victoria conclamabatur, nec non tantus huic libro triumphus deſignabatur, maxima cum alacritate, Hiſpaniarum Eccleſiæ omnes enixe ſollicitabantur, ut collatis una ſuffragiis Toletanæ Primatus dignitatem detrectarent, neque permitterent ut ullis in literis ea dignitas legeretur, quin immo curarent, ut vel ex iis, quæ ab Audientiis, & Eccleſiaſticis Curiis Toletanis ad earum Audientias, & Tribunalia reddebantur, deleretur; &, quod Hiſpalenſis Eccleſia, ſuo ipſius exemplo animos cæteris additura, idem præſtare orſa erat.

IV. Hujuſmodi mihi quidem relatio tum quod ad partes, tum quod ad totum attinet, incredibilis videbatur: at communicanti mihi cum eo quem alloquebar, difficultatem, quæ ſumma occurrebat, fidem ſcilicet adhibendi vocibus Memoriale illud tanta cum laude traducentibus; multo autem magis credendi, quod Hiſpalenſis Eccleſia præire auſa fuiſſet auctoritate privata promulgatam ſententiam, de reſponſo nihil ſollicita; non eſt, ille inquit, cur dubites de pervulgato apud omnes ſermone, res enim teſtata eſt, ejuſque certa cognitio ab unoquoque tenetur. Quidquid Libello continetur, ipſi tibi fas erit cognoſcere, namque illum tuos ponam ob oculos. Quod vero Hiſpalenſis Eccleſia dicitur exſequuta, tuumque animum minus inducit ut credas, hoc Diplomate confirmabitur. Quæ fatus, exhibuit folium ſic inſcriptum:

V. Decreto de ſu Mageſtad (que Dios guarde) remitido al Governador de el Conſejo el dia trece de Noviembre de eſte preſente año de 1723.

Aviendo llegado à mi noticia, que los Miniſtros de la Curia Ecleſiaſtica de Sevilla borran de los deſpachos de la de Toledo, que ſe dirigen à ella, el titulo de Primado de las Eſpañas, mando al Conſejo haga entender à aquel Arzobiſpo, y à ſu Igleſia, ha ſido de mi deſagrado, que toleren eſta novedad, dando las providencias convenientes, para que ni el Arzobiſpo, ni la Igleſia lo permitan, ni fomenten; previniendo a la Audiencia eſtè à la viſta de lo que en eſto ſe executare. Aſſimiſmo mando al Conſejo expida las ordenes, ò encargos, que convengan, para que al Arzobiſpo de Sevilla, no ſe le dè el tratamiento de Excelencia *en deſpachos ſuyos, ù de ſu Curia, ò en otra qualquier manera. Y porque ſe imprimen eſcritos, en los quales ſe trata de propoſito, ò incidentemente de la Primacìa de Eſpaña, ſe proibirà con graves penas la impreſſion de papel, ò libros,* *Decreto del Rey.*

en que ſe trate de eſte aſſumpto. Rubricada de la Real mano de ſu Mageſtad, en San Ildephonſo, à trece de Noviembre de 1723. Al Governador del Conſejo. Quod latine ſic vertitur.

Diploma Regium. „ Diploma Regium datum Conſilii Præſidi Idibus No-
„ vembribus vertentis anni M DCCXXIII.

„ Quum relatum nobis fuerit, Eccleſiaſticæ Curiæ Hiſpa-
„ lenſi Præfectos ex literis, ſcriptiſque cæteris, quæ a To-
„ letana Curia ad Hiſpalenſem expediuntur, titulum Hiſpa-
„ niarum Primatialis obliterare, Concilio mandamus, ut Ar-
„ chiepiſcopo, & Eccleſiæ illi ſignificet, permoleſte a nobis
„ auditum, quod in ejuſmodi novitate conniveant, præſtet-
„ que ea, quæ opportuna fore cenſuerit, ne Archiepiſcopus,
„ & Eccleſia id ferant, foveantque; Audientiæ demandans
„ explorandi munus quidquid ea in re factum erit. Præter-
„ ea Conſilio eidem mandamus, ut neceſſarias expediat lite-
„ ras inhibentes; quominus Archiepiſcopo Hiſpalenſi *Excel-*
„ *lentiæ* titulus tribuatur in literis tum ad eum, tum ad ejus
„ Curiam pertinentibus, aut quocumque alio caſu. Quo-
„ niam vero in lucem prodeunt ſcripta quædam aut con-
„ ſulto, aut obiter de Hiſpaniarum Primatu agentia, veti-
„ tum erit graviſſimis propoſitis pœnis quamlibet ſcriptu-
„ ram aut librum Typis committere, ubi de re hujuſmodi
„ quid agatur.

„ Signatum Regia manu apud Sanctum Ildephonſum Idi-
„ bus Novembribus A. 1723. Ad Conſilii Præſidem.

VI. Re tam evidenti conſpecta neceſſe habui præſtare fidem iis, quæ fieri nullo pacto potuiſſe judicaveram. Et memoria repetens Poetæ verba:

Ovid.Met.lib.13. *Quid opus eſt verbis? ſpectemur agendo*:

cupiditati meæ ſatisfacere optimum duxi, Libellum ſedulo perlegendo; neque enim libet memet illis adjungere, quibus vel Auctorum deliramenta perſuadentur, dummodo literis conſignata inveniantur, utcumque illorum nominis fama invaluerit. Quod ſane conſilium Fabio acceptum refero, qui oſtendit quam caute vel a doctiſſimis hominibus tradita legenda ſunt; vereri enim, ut aliquid ipſi peccarint, ab æquiſ-
Quintil.lib.10.c.5. ſima prudentia non eſt alienum: *Neque id ſtatim legenti perſuaſum ſit, omnia, quæ magni nominis Auctores dixerunt, eſſe perfecta*. Profecto id vulgi ſolenne eſt (utinam & non eorum, qui ſeſe putant ſapientes!) in illorum verba jurare, quorum do-

Digitized by Google

doctrinam, & eruditionem pro ea quæ omnium animos occupavit de iis ſama, tacito venerantur obſequio. Haud multum abludere hanc imaginem reor a ſæpius memorato libello, quemadmodum hoc in opere me planum facturum confido.

VII. Quam potui attentius perlegens librum, cognovi ſtatim ſub initia, ex hac contentione quidquid aptius fuerat ad faciendam fidem, rejectum eſſe, & œconomicam adminiſtrationem allatam, ad roborandum incæptum magis accommodatam; alia minus ad rem faciente contemta, licet Eccleſiaſticæ Scriptores Hiſtoriæ, perinde ac primam, plurimi faciant. Conjeci etiam propoſitiones identidem excidiſſe non redactas ad trutinam, quas ipſe pro mei tenuitate ingenii æſtimans dubiæ fidei, conſultis deinde libris, rectum earum æſtimatorem me fuiſſe comperi. Ad cætera perrexi, totuſque in libri ejus lectione, mirum! tam multæ eruditionis, atque elegantiæ plenum inveni, tam ornate contextum, & ſine effectatione præſtantibus adeo ſententiis, cogitatiſque ingenio tam liberali abundantem, denique tam artificioſe exaratum, ut niſi a vulgi opinione deflectere maluiſſem, quidquid de illius æſtimatione jam acceperam, ratum habiturus fuerim. At vero non rebar tanti eum futurum penes homines frugi, ſcientia & eruditione conſpicuos, eo quod videre eſſet quantocyus complura ex allatis in eo exemplis ſubleſtæ fidei.

VIII. Animo reputabam, mecumque tacitus expendebam quot impellerer cauſis reſponſum in me transferre; contra vero conſiderabam quam gravibus cauſis ab onere hoc ſuſtinendo deterrerer. Hinc me arduum ſcribendi genus, negotii magnitudo, difficultas cauſæ, libri eruditio, doctrina operis, laboris certa cognitio, nilque proficiendi formido removebant:

Neſcia mens hominum fati ſortiſque futuræ. *Virg. Æneid. l. 10*

Quibus mihi rebus perterrito meis impar viribus videbatur ſola meditatio, quod earum periculum oporteret fieri cum tanto hoſte. Illinc vero calcar mihi admovebant ſplendor Hiſpani Diadematis; (hoc nomine Toletanæ Eccleſiæ Primatum D. Joannes II. nuncupabat:) Eccleſiæ Toletanæ decor oppreſſus; ipſius dignitatis ſummæ faſtigium per ora hominum traductum; vetuſtiſſimus ejuſdem Primatus inſtar commenti habitus, recentior iniquæ uſurpationis inviſo nomine

 ap-

appellatus; æquitas cauſæ perperam dictæ; everſa veritas; ſuſceptum erroris patrocinium; injuſtitiæ Principes accuſati; Summi quoque Pontifices modo imprudentiæ, modo affectionis inſimulati; in dubium revocata, quæ inter potiores Hiſpaniæ noſtræ primarium obtinet locum, gloria; eo potiſſimum quod ſingularis ſit Toletanæ Eccleſiæ, & Civitatis. Abſit vero ut Lector meus exaggerare me aliquid putet, rem quippe adeo teſtatam refero, ut jure uſurpem quod ſuo in exilio Pelignius queritur:

Ovid. lib. 3. eleg. 4. *Uſibus edocto ſi quidquam credis amico,*
Crede mihi.

Teſtis autem erit integrior qui utraque ſcripta perlecta ſimul conferet.

IX. Præclarum quidem certe, viroque dignum Hiſpano viſum eſt hoc cœptum, qui quo videt difficiliorem, eo rem alacrius aggreditur, perinde ac mente imaginem concipiat relati de hoſte triumphi. Huc acceſſit ſapiens, prudenſque Sen. epiſt. 104. Annæi ſententia, qua ſum factus alacrior: *Non quia*, inquit, *difficilia ſunt, non audemus, ſed quia non audemus, difficilia ſunt*. His ego magnopere confirmatus, quocumque vocarer iturus, nulla armorum optione propoſita, memet parabam ad pugnam, ſpe victoriam aſſequendi, quam æquitas cauſæ, ſuſceptæque ſanctitas rei pollicebantur. Certum mihi deliberatumque eſt ab illis Auctoribus abſtinere, quos refellerent ſapientiores; ſermoneſque meos & argumenta non illorum ſententiis confirmare, quos Critici apochryphos judicarent; ſed eos dumtaxat proferre, quos utpote legitimos, integerrimos, ſapientes, eruditos, doctoreſque digniſſimos Academiæ omnes admittunt. His ego armis inſtructus, paratuſque in campum deſcendam. Textus certiſſimi proferentur in medium, legitimis ac vetuſtiſſimis documentis roborabitur controverſia. Ab utro victoria ſit futura is dicet, qui ſtudii cauſas procul habens, cognitiſque allatis rationibus, ſententiam proferre non erit veritus. Nullus per me Judex rejectus erit, dummodo non ſit gratioſus, dummodo utramque cauſam attenderit; nefas quippe alterutra cognita ſententiam dicere, quum neceſſarium ſit alteram ex auribus parti uni præbere, adversæ alteram reſervare; etenim ſingulis ſingulas partes audientibus, æquo Judice utraque controverſia tranſigitur, quod appoſite monuit Poeta:

Quis

Quis juſtius induat arma Lucan. Pharſ. 1.
Scire nefas magno ſe judice quiſque tuetur.

Pari uſum fortuna eſſe laudatum Memoriale ſatis novi.

X. Video Eccleſiam Hiſpalenſem libello ſuo exultantem tota ipſum Europa diſſeminaſſe, Aulæque Romanæ copiam ejuſdem ingentem feciſſe, quum toto quam late patet orbe Toletanæ Primatum Eccleſiæ ludibrio haberi contendat. Eo quippe in numero hunc ingenii ſui fœtum poſuit, ut facile adſcripturus illi ſit quod Theodorico ait Enodius: *Nec replicationibus tuis reperiuntur contraria, nec objectionibus tuis facilis occurrit ſolutio.* Enod. in Paneg. ad Theod. Equidem vereor, ne magni illi viri, quos merito Academiæ ſapientum venerantur, tanta inſpecta fiducia cum declamatore graviſſimo Tertulliano exclament: *Quam ſapiens argumentatrix ſibi videtur ignorantia humana!* Ubi enim quis allucinatione detecta, ex alacri atque læto repente non fit humilis, atque demiſſus; ubi pudor, atque confuſio illius continuo dementiam non ſequitur, qui victoriam ante jactabat, quam pugnam iniret, immo quam veniret in conſpectum hoſtium, ecquid aptius dicendum aut ſentiendum videtur? Eximia, ſingularique virtute Duces, tametſi multum, idque jure, ſuis exercitibus freti, numquam tamen non timent, numquam de hoſte victoriam ſibi pollicentur, vel quando copiis hoſtium inſpectis prævident qua fiet irruptio. Contra vero Dux rei militaris inſciens & Tiro haud exploratis inimicorum conſiliis, vincendique ſpe tota ſuis in militibus collocata, ſecunda quæque ſtatuit apud animum ſuum; mox autem mœrore conficitur videns, quouſque calamitatis ſe temeritas duxerit.

XI. Philiſtæus ille magnus & invictus, virtute armiſque ſuis plus æquo confidens, namque agmini Regis Saulis univerſo terrorem incuſſerat, unumquemque ſperabat a ſe debellatum iri, qui provocatus in campum deſcenderet; longe autem majorem cepit fiduciam, ubi adoleſcentem inermem vidit; quo deſpectui ſuperbe habito, triumphum virtute ſua minorem præcipiebat. Quid inde? Inermis ejuſdem contemtique juvenis manu corruens, immani abſciſſo capite ſub dio relinquitur; totumque hoſtium agmen pudore, ac terrore percitum, in turpiſſimam ſeſe fugam conjicit. Haud ſecus Eccleſia Hiſpalenſis lectiſſimis, ac ſpecioſiſſimis armis induta, *armada de punta en blanco* juxta noſtrum adagium; documentis ſci-

ſcilicet, atque eruditione non paucos viros literatura præſtantes exagitat, minisque percellit. Tam præclaræ me expertem laudis non diffiteor; ita ſum factus, ita inſtitutus, ut neque literas humaniores profeſſus unquam fuerim, neque criticorum conventus celebraverim. Nihilominus non ejuſmodi armorum ope, ſed æquiſſimæ fiducia cauſæ futurum ſpero, ut Deo Optimo Maximo, ac Deipara Virgine, ad quam ſpectat pars cauſæ, annuentibus, victoria potiar, amotis e multorum mente erroribus, gloriaque Toletanæ Eccleſiæ in priſtinum reſtituta: ſiquidem memoria repeto Chriſtiano certe homine dignam ſententiam, tametſi ab Ethnico profectam Philoſopho, qui de Deo ſermonem inſtituens: *Ille*, inquit, *dat conſilia magnifica, & erecta*.

Senec. ep. 41. ap. Coquæum in cap. 21. l. 4. de Civ. Dei.

XII. Quum David ſingulare illud certamen iniit, pro libito armorum opem paravit, quæ ad hoſtem profligandum aptiora judicavit. At nos de armis eligendis parum ſolliciti, ea quæ triumphum polliceri videntur omittimus, quæ ab hoſte proponuntur adhiberi. Marci Maximi, Juliani Perez, Hauberti, Hieronymi Romani de la Higuera, aliorumque pari auctoritate graviſſima nomina e contentione rejiciuntur. Magno ſcilicet præſidio cauſa noſtra deſtituitur, at nihil non fiat ex adverſarii voluntate, perpetua tum illi, tum fautores illorum maximi oblivione conterantur, teſtimoniorum tam præſentium religionis & fidei nulla mentio fiat. Decretales Summorum Pontificum, quæ ad octogeſimum uſque annum quarti ſeculi emanarunt, utpote quæ multæ veritatis luce clariora argumenta cæremonias, ritus, & Eccleſiaſticam diſciplinam præſeferunt, nullus fuit unquam primos inter Catholicos, qui ſumma non veneratione proſequeretur. Commenti ſunt Hæretici, quî earum auctoritatem obtererent: ſuumque in verriculum Catholicorum nonnullos ſolvendis impares propoſitis captionibus, pertraxere. Tametſi adverſus ejuſmodi temeratores, non defuit Decrealium vindex acerrimus, ſcriptorque doctiſſimus, nempe vir omnigena eruditione Pater Franciſcus Turrianus e venerabili Societate Jeſu, quæ Lidii, ut dicam, inſtar lapidis præſtantes virtute viros exhibet, eſtque regia quaſi ædes, unde Theologi ad profligandos Hæteticos paratiſſimi educuntur.

Memor. part. 1. pag. 12. n. 8.

XIII. At vero quæ Decretalibus objiciuntur pro mei exiguitate ingenii, non quanti apud criticos momenti ſunt haben-

benda eſſe cenſeo. Scholam ii recens aperuere haud conſtanti ſeculorum traditione firmatam; cujus axiomata Catholicæ Religioni æquo minus conſentanea Eccleſia Hiſpalenſis ſequitur. Has ergo omnes Decretales, ut eo magis in controverſia progrediatur, refellit omnino, ne ab incœpto recedere neceſſe habeat, quoniam a doctrinis & propoſitionibus in illis contentis valde diſcrepant. Sic memoratis jam Auctoribus, Decretalibuſque rejectis, vult quæſtionem inſtitui de Primatu, ejuſque veterem ac novam exiſtentiam probari.

XIV. Verum enimvero repudiatis licet ejuſmodi documentis non terreor. Eſto: Ab hac contentione præſentiſſima illa teſtimonia bono omine ablegentur; quoniam id ſibi arrogat eruditiſſima Eccleſia Hiſpalenſis, concedamus. Tanta enim eſt æquitas, & honeſtas cauſæ, ut deliberatum ſit mihi, vel a Gothorum memoria Toletanæ Primatum Eccleſiæ aſſerere ita gravibus argumentis inſiſtendo, & Teſtimoniis auctoritate tam firma comprobatis, quæ pleniſſimam faciant fidem, ſummique ponderis a ſapientibus habeantur: tantum aberit, ut confutari aut redargui ab ullo valeant perinde illegitima, fabuloſa, & recens ficta. Neque opus ad expediendum difficile meas vires infringit; nam

Ardua per præceps gloria vadit iter, *Ovid.Triſt.lib.4. El.3.*

ut ſuis in Elegis exul Poeta cecinit. Gratia inſuper Cæli utitur qui contemtis periculis ad æquitatem pro virili tuendam aggreditur, quare profanus:

Audaces fortuna juvat, timidoſque repellit.

XV. Ingenue fatendum mihi eſt, vaſtam adeo ſegetem ſorte oblatam fuiſſe, unde locupletes graviſſimaſque teſtificationes eruerem; ut Altiſſima Dei Providentia eluxiſſe videatur, qua ipſe bonorum omnium largitor, & conſervator æquitatem cauſæ defendit. Etenim plurimos reſeravit errores, atque fallacias, (me ſcilicet de iis nihil ſollicito) inſperſas libello, quibus innixus planum faciam injuria contendi, ut Memoriali adſcribantur Enodii verba quæ ſuperius allata ſunt. Et ſane nonne ridiculum videretur de libro iſto tam ſancte judicare, in quo non pauca incorruptæ, ac dilucidæ veritati contraria, quin etiam nonnulla inter ſe diſcrepantia ſunt obvia, quæ variis ego capitibus, ubi uſus requiret, expendam, ac diſputatione univerſa complectar? Erit, erit, quum luce clarius apparebit, quam labili nitatur argumentatione;

Digitized by Google

quam facile ſit negotium argumenta illius diluere; & quam efficax enodationum ejus impugnatio ſuppetat: quare ad amuſſim convenire libello quod Horatius docuit nemo non fatebitur:

Hor. epiſt. l. 1. ep. 1. *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.*

Part. 2. c. 13. n. 1. Quod evidentius fiet ex iis, quæ partis ſecundæ cap. XIII. habentur.

XVI. Mentio identidem facienda erit, licet ingratiis, de acrimoniis nonnullis, atque conviciis, quibus tum voces, tum ſermonem inſperſum Toletanæ impingit Eccleſiæ, Excellentiſſimis, & Eminentiſſimis ejuſdem Præſulibus, Majeſtati Regum Hiſpanienſium, & (quod horreſco referens) vel ipſis Pontificibus Maximis, ac Sanctis quos publice in Altaribus veneramur. Verumtamen ubi contumelias ejuſmodi proferre contigerit, nihil niſi ea, quæ decet Chriſtianum, modeſtia reponemus, quam ex Inſtitutoris noſtri Chriſti exemplo hauſimus, monente ampliſſimo Cardinale Jacobo de Vitriaco, *Card. Jac. de Paſſ. Chriſt.* quod, *Magiſter noſter Chriſtus, licet verbis contumelioſis ipſum inhonorarent, negat vitium, ſed non reddit convitium.* Quidquid ſapiens Eccleſia Hiſpalenſis proferre non dubitavit in viros tantæ auctoritatis, tantæque exiſtimationis, excuſabo: quominus tamen aliquid deſim ſignificationi ejus tam vehementi, convitia eadem expendenda mihi certe erunt, ut evidentior fiat injuria, quamquam pudoris fœnore, qui audaciam ejuſmodi conſequetur.

XVII. Quamquam in dies nova ſuppetunt monumenta, viſque ingens teſtimoniorum ſit obvia, quibus hoc volumen augeretur, & in eximiam excederet magnitudinem, tamen judicavimus ſatis multa eſſe, quæ ſcripſimus; non enim paginas plures implere, ſed cœptum explere, cauſæque noſtræ *Sid. Apollin. l. 4. ep. 2.* ſatisfacere conſtituimus. *Curæ fuit cauſam potius implere, quam paginam:* ait Sidonius. Quod ſi paucis quæ ſcripſimus aſſequemur, cætera putantes redundare omittimus, parum ſolliciti, quid alii afferre poſſint, quibus hanc libeat cauſam pertractare. Cæterum antequam ad opus aggredior, monitum volo Lectorem meu , quod laudatos per me Auctores propriis in fontibus inſpexi, nec ab aliis prolata eorumdem exempla decerpſi; & quod nuſquam proferuntur, quin ad amuſſim locis reſpondeat ſuis prolatio, niſi forte Typographus quid peccarit, tum enim cum Martiale vocem extollam:

Non

Non meus eſt error, nocuit Librarius. *Martial. lib. 2. ep. 8.*

XVIII. Id vero non tam religioſe colui, ut exemplum nullum alienæ fidei acceptum referam: tametſi raro id accidit, ſemperque locum indigito, ubi ſpondeo repertum iri ſeu teſtimonium, ſeu exemplum quod attulero. Quapropter hanc ingenii mei, quanta quanta eſt, lucubrationem fide quidem præire aliam cui adverſor, fidenter dicam: in ea ſiquidem contrarium ſæpe occurrit eorum, quæ aſſeruntur. Quod ut verum ſit, Animadverſio tertia primæ partis adeatur, quæ cæteris prolixior ob earum rerum copiam eſt facta. Tot veritatis hujus certa indicia reperientur, ut in admirationem venturi ſint qui nonniſi res grandes mirantur. Ipſo in libri exordio pura puta fallacia occurrit, quod ad ſubſtantiam, quod ad totum, quod ad partes attinet. Necui forte videatur fidem excedere quod affirmo, Animadverſio eadem ſit ob oculos, non enim vereor, quin exclamet: veni, & vidi quod media pars mihi nuntiata non fuerat. His autem fallaciis non minores continet pars altera; tertia vero omni majorem expectatione congeriem exhibebit.

XIX. Memoriale ipſum nemo non affirmat optimo, eleganti, perpolito, & affluenti orationis genere elucubratum: at vero in re tam gravi, ubi de honeſtate ſumma contentio eſt, prudens ſapientis animus non eloquentiæ vi permovetur, at ſedulo multaque meditatione perpendit argumentorum pondus & firmitatem, quæ adducuntur. Verborum ſplendor, atque elegantia, quibus res iſta impugnatur, externa ſunt ornamenta illos dumtaxat decipientia, qui in nihil agendo occupatiſſimi oſcitanter libros percurrunt, parvi facientes, vera ſint, necne, quæ legunt. Vis contra, quæ argumentis ineſt, rationumque cognitio, quibus innititur quæſtio, firmiſſima ſunt fundamenta, quibus prudentium hæret judicium; & trutina, in qua ſermonem ſuſpendunt ſapientes. Ecquid intereſt inſtratuſne ſit oſtro, & pictis, ut dicunt, tapetis equus ille, cui ſpiritus, vigor, & alacritas deſunt, ut celeritate currendi ſeſſoris ſui cupiditatem non fallens victoriam conſequatur? Etenim alacritate ac viribus deſtitutus, non poteſt admotis parere calcaribus, quorum acie veternus ejus excitatur. Triumpho alius certiori potietur ſi phaleris carentem equum conſcenderit, qui generoſus, & acer tanta pernicitate ad nutum Equitis tranſvehatur circi metam, ut ſpectantium oculis ſu-

ſpicandi locum fecerit, veſtigiiſne arenam, aliſne vacuum aera percurrerit. Satis appoſite hîc referenda D. Bernardi verba nuper legi apud Fr. Lucam de Montoya, quibus oſtenditur, in rebus magni momenti prudentes homines vim argumentorum ſpectare, non verborum præſtantiam & fucum. *Prudentibus enim viris non placent phalerata, ſed fortificata*. Equidem, fatear ingenue, diligentius & attentius inſpexi argumentationum vim, gravitatem ſententiarum, ac teſtimoniorum integritatem, quam elegantiam ſermonis, ſplendoremque verborum; primum enim ſcio a ſapientibus probatum, a doctis viris alterum minime damnatum iri.

S. Bernard. ap. Fr. Luc. de Mont. in proœm. ſui lib. ſent. metaph. & lit. S. Script.

XX. „ Præfandi finem facit doctiſſimus Auctor adhuc „ unum admonendo Lectorem ſuum, ne forte inſciens cauſæ, „ cur vernaculo enunciare ſermone coactus fuit quidquid la- „ tino protulit, methodum iſtam diſtringeret. Ait igitur, „ duo potiſſimum ſe movere ad id præſtandum. Primum: „ quod tali uſa fuerit methodo Eccleſia Hiſpalenſis in Me- „ moriali, quæ omnia Hiſpanice conſcripſit, idque ex indu- „ ſtria, (ut obiter obſervat,) nempe ſuadendi cauſa, vel „ imperitis latini idiomatis id, quod falſo probare conten- „ dit. Alterum quod pendet a primo; ut qui priori le- „ ctione decepti, reique veritatem diſquirere negligentes, „ utpote rudes literarum humaniorum, his etiam perceptis, „ ab erroris opinione removeantur. Nos vero tametſi omnia „ latine reddimus; tamen quæcumque monumenta occur- „ rent Hiſpano idiomate, perinde afferemus; mox in no- „ ſtrum vertere pro virili conabimur. Reliquum eſt igitur, „ ut operi manum admoveamus. Quod utinam feliciter ce- „ dat, ne Toletanæ Eccleſiæ gloria tam magnifice vindicata, „ ob noſtri tenuitatem ingenii minor eſſe facta videatur.

PARS



PARS PRIMA.

ANIMADVERSIONES AD MEMORIALE *EDITUM NOMINE* HISPALENSIS ECCLESIÆ.

QUamquam revocari non poteſt in dubium, quin plauſus acclamationemque omnium adeptum ſit Memoriale, quod oppugnare aggredimur, eo quod ſumma eruditione, & elegantia conſcriptum fuit: tamen quum hæc noſtra tempora una cum eruditis tulerint quoſdam criticos, qui accuratiſſime inſpiciunt opera vulgi opinione omnibus numeris abſoluta, docendi ſoliditati, quam præſtantiæ ſermonis, verborumque concinnitati attentius incumbentes; operæ pretium erit, ut opus hoc, quod omnes tanti faciunt, cenſuram ſubeat hujuſmodi criticorum. Neque id opinor moleſtiam afferet Eccleſiæ Hiſpalenſi, quippe cui Toletanam Eccleſiam provocanti, ut dicat cauſam ſuam coram frequentiſſimis Doctorum virorum congreſſibus; tametſi eadem magno quidem jure recuſat ne reſpondeat; tamen ſilentem ipſam, ejuſque honeſtiſſimam cauſam

qui ſuſcipiat non deeſt, quique ad defendendum paratus accedat. Quoniam vero ut munus, quod in me tranſtuli explerem, librum totum attente perlegere neceſſe habui, offendi legens unde conficerem Animadverſiones meas. Has ego Eruditorum incorrupto, prudenti, ac maturo judicio ſubjiciendas exiſtimo, ut rectiſſimam de iiſdem ſententiam pronuncient.

CAPUT I.

ANIMADVERSIO I.

Oſtenditur Memoriale alienum eſſe ab Eccleſia Hiſpalenſi.

SUMMA CAPITIS.

I. *Eccleſiæ Hiſpalenſis encomium.*
II. *Eadem Eccleſia non debet ſibi comparare propria commoda alieno incommodo.*
III. *Eccleſia Toletana quadringentorum ſeptuaginta quatuor annorum ſpatio pacifice poſſedit Hiſpaniarum* Primatiæ *dignitatem, ab Hiſpali recepta e Maurorum manibus.*
IV. *Memoriale credi poteſt compactum invidia.*
V. *Toletanæ Eccleſiæ Canonici omnibus ſemper officiis urbanitatis proſequuti ſunt Canonicos Hiſpalenſes.*
VI. *Mirum videtur Eccleſiam Hiſpalenſem aſſurgere poſt* 474. *annorum ſilentium, & poſt ſententias latas in Bracharenſem, & Tarraconenſem Eccleſias pro Toletano* Primatu.
VII. *Inſiſtit in eadem re.*
VIII. *Exempla Toletanorum Præſulum exercentium* Primatiæ *jura in Diœceſi Hiſpalenſi.*
IX. *Memorialis ad Regem Catholicum nomen eſt abſurdum.*
X. *Ratio ejuſdem rei.*
XI. *Explicatur vera ſententia Memorialis.*

I. Eccleſia Hiſpalenſis, omni memoria maxima, præſtantiſſima, ac venerabiliſſima pro dignitate ſua faciat neceſſe eſt, ut quam ſibi magnitudine, ac meritis æſtimationem comparavit, jugiter ſervet. Enimvero plurimi hanc Eccleſiam faciendam eſſe animadverto, non ſolum ob ſummam, quam apud veteres gloriam adepta eſt, toto Terrarum Orbe perſpectam, verum etiam ob ſplendorem illum eximium, ſummamque venerationem ab ipſa conſtanter ſervata, & nunc tem-

temporis apud eam vigentia, quæ ab ultima antiquitate Majores eidem ſui pepererunt. Quos niſi antecellit, niſi honore amplificato præit, eo potiſſimum fit, quod eorum merita tam ampla, tam ingentia, tamque ſublimia extiterunt, ut non minor certe gloria æſtimanda ſit ſplendorem illum priſtinum, vel noſtra hac ætate integrum aſſervari: ſiquidem recens Eccleſia Hiſpalenſis tam ſuimet veteris ſimilem repræſentat imaginem, ut ſplendorem, gloriam, amplitudinem, non hereditate acquiſitam, ſed perpetua poſſeſſione ſervatam ſemper magnam, ſemper unam, ſemper eamdem præſeferat. (Hic vero quæſtioni aditus reſeratur.) Quanam igitur alia ex cauſa Eccleſia tam conſpicuæ gloriæ, magnitudinis tam eximiæ potuit ad proterendum induci dignitatem, ac præeminentiam, quam Toletana inconcuſſam tuetur, niſi ut ſuam extolleret amplitudinem? Abſurdum ſcilicet videretur, & ad credendum perdifficile, id factum fuiſſe, ut unicuique ſuſpicandi præbeatur occaſio, num forte Hiſpalenſis Eccleſia eorum numero adjungeretur, qui *gloriam aliorum, ſuam eſſe ignominiam exiſtimant*; ut ait doctiſſimus, atque eruditiſſimus Æneas Silvius, cui poſtea ad Summum Pontificatus apicem evecto Pio II. fuit nomen. *Æn. Silv. 3. Com. pag. 5.*

II. Nullus unquam Principum pro dignitate virtuteque facturum ſe judicavit, ſi aliorum imperium vireſque peſſumdaret, neque inde gloriæ ſuæ incrementum adjungeret, ſuamque ditionem proferret. Innumera cæſorum in acie cadavera quotidie occurrunt, qui cupiditati Regum obſecundantes, dilatare conabantur imperium, novaſque, & ampliores Provincias emetiri victoria. Quamobrem congregare copias, milites conſcribere, conflare exercitus, arces proſternere, æquare ſolo munitiſſimas Urbes, teterrima bella conſerere, citra ſpem rerum potiendi, hoc dumtaxat fine propoſito affligendi aliorum regnum, Principes ulla unquam memoria conſueviſſe, nec ſacræ, nec profanæ tradunt hiſtoriæ. Et revera cuique magnanimo incitamentum eſt virtus gloriæ aliorum inviolatæ ſervandæ; iſque perduellis, ut ita dicam, videtur, qui ex alienæ auctoritatis ſplendore credit ſuæ detrimenti aliquid fieri.

III. Hæc potiſſima eſt cauſa, cur Memoriale illud ab Hiſpalenſi Eccleſia eſſe alienum evincimus. Enimvero poſteaquam ipſa S. Regis Ferdinandi III. virtute devictis Mauris,

ris, fugatiſque, in priſtinum reſtituta fuit, nonne ſemper magna, ſemperque præſtans ſervata eſt? Nonne cultu ac veneratione ſemper digna eſt habita? Num reverentiæ illius aliquid, qua ſuperioribus temporibus Hiſpanienſes proſequebantur, exceſſit? Immo vero quatuor & quadringentis ſeptuaginta annis ab ea vindicata, & prima mediis temporibus, & primis noviſſima reſponderunt: dum interea Toletana Primatialis dignitatis, juriſque ſui perpetuo tenax fuit, jugiterque Primatus munere functa eſt. Quamobrem ſi Toletana nullum habuit incrementum, nullumque paſſa eſt detrimentum Hiſpalenſis, nonne ab hujus ſumma, ſingularique prudentia dicendum erit alieniſſimum Memoriale illud in lucem edere? Moralis Philoſophus recte ſugillat perpetuo miſeros,

Senec. epiſt. 105. qui alienis commodis cruciantur: *Æterna miſeria eſt alienis bonis torqueri.* Quod ſi dolorem, atque anguſtiam quis animo percepit, eo quia honore fruitur Hiſpaniarum Primatus Eccleſia noſtra, æternum vexetur neceſſe erit. Etenim donec memoria hominum vigeat, ſplendorem Primatus ſui vetuſtiſſimum Toletana integrum conſervabit.

IV. Qui angor cujuſmodi ſit, equidem pronunciare non auſim; etenim quum de præſtantiſſimis viris inſtituta oratio ſit, proferre illius nomen me pudet, nemini licet ignotum; atque utinam experimento minus cognoſceretur! Verum ſi forte aliquem præteriret quænam ægritudo illa, iſque dolor ſit, qui ex alienis commodis perturbat animum, ex An-

S. Thom. 2. 2. q. 36. art. 1. Sap. cap 2. v. 24. gelico Doctore poteſt noſſe. Ex ea quidem anguſtia, quod Spiritu Sancto edoctus affirmare non dubito, malorum maximum eſt profectum, quibus vexatur humanum genus: eſtque magnanimitati contrarium vitium, uti ſapientes omnes affirmant: quot autem, & quanta ab eo proveniant incommoda, ſacræ teſtantur hiſtoriæ. Quæ quum ita ſint, ecquis timorem damnabit, qui Prudentes inceſſit, ne multa graviſſima prodeant mala ex illo Memoriali? Quamplures ad ſua ſigna milites conſcribet hoſtis Chriſtianæ charitatis acerrimus, qui vel a Mundi primordiis præſentiſſimum ſenſit id eſſe conſilium ad pacem turbandam primos inter fratres, perpetua odia miſcendo.

V. Arctiſſima, peneque fraterna conjunctio cur fieret Hiſpalenſi cum Toletana, potiſſima ratio eſt humanitas, urbanitaſque maxima, qua hæc illam proſequi conſuevit. Namque

que Hiſpalenſes Canonicos, quando invitati, & ſuperpellicco induti conveniunt in Chorum, Toletana in ſubſelliis dignitatum Capituli ſolet recipere, qua ſignificatione tam ſingulari dumtaxat utitur erga Hiſpalenſem Eccleſiam, idque Memoriale ipſum teſtatur. Quæ quum ita ſint, ejuſmodi viciſſitudo nonne ab Eccleſia Hiſpalenſi alieniſſima judicabitur? Nonne videbitur incredibile ipſam effeciſſe, ut fraterna illa conjunctio numquam violata ſpatio temporis tam diuturni diſſolveretur? Hiſpalenſis Eccleſia eſt ampliſſima, & præſtantiſſima: *cui ad augendum faſtigium nihil ſupereſt; hoc uno modo creſcere poteſt, ſi ſe dimittat*; ut laudator inſignis monuit Imperatorem genere Hiſpanum, ac fere Hiſpalenſem. Toletana vero Primatialis comitate prævivit, nulla quidem dignitatis ratione habita, qua illam antecellit. Urbaniſſimam hanc teſtificationem eo loco habuit Hiſpalenſis, quo æquum erat; unde factum eſt, ut arctiſſima invicem neceſſitudine conjungerentur. Ea tamen conjunctione impeditum fuit nunquam, quin Toletanæ Primatialis gradus, atque honores permanerent centum ſupra annos. Quapropter ab omni fide abhorret, quod Hiſpalenſis Eccleſia a Toletanæ urbanitate tam ſingulari ultro ſe averterit. Notam quippe ingratis inuri ſolitam is non effugeret, qui pro eo ut beneficii præter ſpem accepti gratiam perſolveret, beneficium ipſum oblivione deleret. *Mem. part. 3. p. 427. n. 136.* *Plin. in paneg. ad Trajan.*

VI. Huc accedit inopportuna Memorialis edendi occaſio, quæ multo minus ad Hiſpalenſem Eccleſiam id ſpectare demonſtrat. Et revera Memoriale idem affirmat quatuor & quadringentis ſeptuaginta interjectis annis ipſam, poſteaquam a S. Rege Ferdinando eliminatis Mauris, in libertatem aſſerta eſt, diuturnum, neque unquam interruptum ſilentium religioſiſſime tuitam eſſe. Qua non invita confeſſione fit palam, intempeſtivum eſſe, alienumque ab ipſius Eccleſiæ prudentia ſumma hunc libellum; nam nulli vel mediocris conſilii homini veniſſet in mentem de re in controverſiam vocanda poſt ſilentium tam diuturnum. Qui ſententiam a legitimo Judice pronunciatam audivit, atque intellexit, ſi tacuit, perinde eſt, atque ſententiæ illi aſſenſum præbuerit; Civili enim, & Canonico Jure inſtituimur, quod ſilentium eſt aſſenſio tacita, ejuſdem plane roboris ac ſi eſſet expreſſa. Sententiæ plures pro Eccleſia Toletana latæ *Mem. pag. 1. n. 1.*

ſunt, quibus olim Bracarenſis, & Tarraconenſis repugnarunt, (eæ vero quam inanem operam luſerint, ne mediocriter quidem inſtructi rerum ignorant.) Toties pronunciata ſententia quum Hiſpalenſem non ſugeret, toto illo 474. ſpatio annorum conticuit: quod ſilentium tam diuturnum niſi eſt aſſenſio, aſſentirine erit unquam ſilere? At vero, quod mirandum eſt magis, novit Eccleſia Hiſpalenſis, Memoriali teſte, Bullam peculiarem exiſtere, quæ ipſam Toletanæ, utpote Hiſpaniarum Primatiali, ſubjectam declarat, quam quia vidit novitque, totos 474. annos altiſſimo obvoluta ſilentio libenter tulit: nunc demum emergit adverſari deliberans, & Primatialis ab auctoritate deſciſcere. Quis credat? Quis non ſtupeat?

Mem. pag. 369. n. 71.

VII. Quæ contra Memoriale aſſurgens reſcindendi cauſa eam Bullam: Eccleſia inquiet Hiſpalenſis tum temporis ſub Maurorum poteſtate erat, quum Diploma id Pontificium condebatur: quare adverſari non poterat. Age: at 474. annorum ſpatio, qui ab ejus libertate ſunt lapſi, Deus bone, quis altum adeo ſilentium indixit? Quid nulla omnino vox audita eſt? Quid Bullà ſubreptitià declaratâ non fuit judicium conſtitutum? Quid impedivit? Num ignorantia? Num libertatis privatio? Num defectus temporis? Num opportunitas nulla facta? Næ horum nihil cogitari poteſt impune. Etenim Eccleſia Hiſpalenſis cauſam habuit exploratiſſimam; libertate utebatur ſumma; & gratia inſuper Ferdinandi Regis vindicis, aſſertoriſque ſui, qui cauſam hanc tranſigere valuiſſet, qua erat auctoritate ac majeſtate, niſi minus æquam noviſſet; occaſio item multa, magnaque poteſtas facta ſibi fuit diutiſſimo illo tempore: tamen perpetuo ſilentium fecit. Ecquid igitur dicendum erit; niſi quod æquiſſimam ipſa cauſam Toletanæ cognoſcens, ob id præſertim ſiluit; cæteris quibuſcumque rebus poſthabitis magnanimitati ejuſdem minus congruis?

VIII. Aliud inſuper accedit, cur magnopere quis Memoriale intempeſtivum miretur. Enimvero quid ſilere oportuit, ubi conſignata, eaque ſæpius repetita exiſtunt acta de poſſeſſione Primatus pro Eccleſia Toletana contra Hiſpalenſem? Jam eo tempore quum Alphonſo XI. ſeſe comitem adjunxit D. Ægidius Albornotius Archiepiſcopus Toletanus A. 1340. pugna ad ſalſum commiſſa celeberrimo, ſuam Crucem

cem toto itinere ante ſe erectam uti Primas geſtari voluit, quanquam Archiepiſcopatum Hiſpalenſem permeavit. Idem alius Archiepiſcopus Toletanus D. Petrus Gonſalez Mendoza Cardinalis ampliſſimus præſtitit, ut Primatus ſui dignitatem oſtenderet. At quoniam exempla ſingula numerando recenſere longum eſſet, unum erit inſtar omnium, ad convincendum quemque aliis contumaciorem, aptiſſimum. Quum generale conſilium ab invictiſſimo Imperatore Carolo V. haberetur Toleti, A. 1538. congreſſique eſſent Eccleſiæ nomine Cardinales ampliſſimi D. Garſias de Loayſa Hiſpalenſis, & D. Joannes Tavera Toletanus Archiepiſcopi, non illiberale inter utrumque diſſidium fuit de priori loco alteri concedendo. Garſias dignitate erat antiquior, proindeque ipſi deberi ſuperiorem locum Toletanus ajebat; contra Hiſpalenſis reponebat, priorem ſedem a Toletano occupandam, quippe qui Primatus munere ſe præſtantior erat. Qua Garſiæ ratione potiore judicata, tum urbaniſſimæ contentionis finis fuit impoſitus, tum ut Archiepiſcopus Toletanus priori loco ſederet neceſſe fuit. Quamobrem quum id coram univerſo congreſſu peractum fuerit, ideoque Hiſpalenſem Eccleſiam nequaquam ſugiat; intempeſtivum erit igitur Memoriale illud emittere, & idcirco ab eadem Eccleſia alienum. At vero nonne id poteſt planum fieri ejuſdem auctoritate? Profecto illa non ſemel proprio ore confeſſa eſt Primatialem Hiſpaniarum eſſe Toletanam Eccleſiam: ſed agam de his inferius.

V. part. 2. cap. 10. n. 7. *Ibi n. 7.* *Part. 2. cap. 7.*

IX. Verum enimvero (quod omnium maximum, longeque graviſſimum meam tuetur cauſam) res meos ob oculos verſatur, quam perhorreſco referens, lubentique animo præterirem, niſi operæ pretium eſſet audaciam detegere, qua libellus in lucem prodiit. Libelli ſaltem titulum præfetuliſſet; improbum revera conſilium, ſed ferendum magis videretur. Quod autem inſcribatur: *Memoriale ad Regem Catholicum*, Regumque Proavorum ejus mentio fiat, nulluſque non moveatur lapis, ut, ſi fieri poſſit, ea dignitas corruat, quam illi tuiti ſemper ſunt, tanquam gloriam ſui diadematis ſummam, & ſingularem; quis non omni ſuperiorem captu admirationem concipiat?

X. Eo in Memoriali traduntur, Hiſpaniarum Reges maximam ſui nominis gloriam exiſtimaſſe, quod ſuis in Regnis

exiſteret tantæ auctoritatis Eccleſia, tantæque nobilitatis, ut Primatu digna eſſet; quamobrem Toletanæ Primatialis cauſas tanquam ſuas defendiſſe; *Aviendo hecho*, inquit, *los Señores Reyes ſuya la cauſa de Toledo.* „ Quum Reges noſtri Toleti „ cauſam fecerint ſuam. Inſuper liquido conſtat id quod ſuo in Diplomate expreſſit Rex Joannes II. ad Alphonſum Carthaginenſem Burgorum Antiſtitem, & in epiſtola inſtructionis, quam appellant *Carta-Orden*, ad Eccleſias & Præſules Regni (de qua in parte altera dicendum erit) nempe, Primatum in Eccleſia Toletana Bullis Pontificum conſtitutum, atque firmatum, *redunda en un gran ſervicio de ſu Real Perſona, y en honor de la Real Corona de ſus Reynos.* „ Magnum „ emolumentum afferre tum ipſi Regi, tum Regno. Quibus attentis facile comprehenditur quam ſit repugnans Memoriale ad Regias manus afferre, cujus pura puta ſententia eſt.

Mem. part. 3. §. 4. n. 69. pag. 389.

D. Jo. II. vide part. 2. cap. 6. n. 1.

XI. Rex Catholice, Hiſpalenſis Eccleſia Memoriale hoc ad te tradidit, quo irritum eſſe intelligas quidquid tot, tantique Progenitores tui veluti propriam cauſam defendendum ſuſcepere; quidquid cognoverunt, affirmarunt, ſcriptoque teſtati ſunt emolumentum ſibimet, Regnoque ſingularem gloriam peperiſſe. Id ſcilicet Hiſpalenſis Eccleſia contendit. Quare libellum iſtum attulimus, ut ipſe videas, omneſque intelligant, nulla unquam memoria id honoris præſtitum Regibus Hiſpaniarum fuiſſe, tuoſque Proavos, cætera digniſſimos, illam ſibi utilitatem animo, & cogitatione finxiſſe, quam ſibi a Toletana Primatiali provenire tradiderunt: ejuſdem ſanciendæ auctoritatis negotio implicitos eſſe Reges illos ob ſingularem, immoderatumque amorem, quo Alphonſus hujus nominis VI. ejuſque uxor Conſtantia Toletanam Eccleſiam proſequuti ſunt. Cui acceſſit ſingulare item ſtudium Urbani II. Pontificis Maximi, & S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis erga D. Bernardum. Tuendæ autem illius auctoritatis neceſſitatem, quæ creditur, nullo firmiori niti fundamento, quam ſuperiorum Regum exemplis, qui nullo jure patronos ſe ejuſdem geſſerunt. Hæc Memorialis ſumma eſt. Ecquis ergo non ſtupeat, indignumque non putet facinus, quod ab Eccleſia Hiſpalenſi ſuſceptum ſit, cujus amor, obſequium, cultus erga Reges maxime fulgere debent? Quæ diximus ſiqui animo reputent, quanquam ſtudium adverſæ

Mem. part. 3. §. 1. pag. 317.

verſæ partis contra ſuadeat, veris veriora eſſe fatebitur. Eccleſiam quoque Hiſpalenſem tam perſpicuæ veritati conceſſuram eſſe confido.

CAPUT II.

ANIMADVERSIO II.

Imbecillitas cauſarum, quibus ſe innixam dicit Eccleſia Hiſpalenſis, ut ſuum Memoriale traderet ad Regem Catholicum.

SUMMA CAPITIS.

I. *Eccleſia Hiſpalenſis videtur ſequuta exempla Principum bella inferentium ſpecie quidem u[illegible]is ex cauſis, re autem ob privatos fines.*

II. *Memoriale ferme totum eſt compactum e contentione de Primatu Lugdunenſi Petri de Marca, quæ eſt appendix ad Concilium Claromontanum.*

III. *Detegitur falſitas cauſarum, quas adducit Eccleſia Hiſpalenſis, ut probet ſuum cœptum.*

IV. *Prima ex præfatis cauſis: nempe* Diploma Regium *conditum anno* 1722.

V. *Negatur idem Diploma fuiſſe extortum ab Eccleſia Toletana contra id quod objicit Hiſpalenſis.*

VI. *Toletanus Archiepiſcopus Pragmaticis Regum Philippi II. & III. Epiſcopis cæteris Hiſpaniarum prælatus fuit.*

VII. *Philippus III. Toletano Præſuli Eminentiæ titulum tribui mandat, quem poſt annos mille Urbanus Octavus Cardinalibus tribuit.*

VIII. *Altera ex cauſis in Memoriali adductis, nempe aliud* Diploma Regium *anno* 1722.

IX. *Defenditur Diplomatis ejuſdem æquitas, & Jus Toletanæ Eccleſiæ.*

X. *Tertia cauſa edendi Memorialis prætenditur ab Eccleſia Hiſpalenſi; nempe* Epiſtola Marchionis Grimaldi.

XI. *Ipſamet epiſtola exhibetur.*

XII. *Eccleſia Toletana propugnare debet ſua jura.*

XIII. *Ab Eccleſia Hiſpalenſi idem fieret pro ſua cauſa tuenda.*

XIV. *Reſpondetur invidioſæ clauſulæ Memorialis in* Primatum *Toletanum, quem labefactari non poſſe oſtenditur.*

XV. *Summorum Pontificum Oracula pro Tolatana Eccleſia optime ſemper merita de Apoſtolica Sede.*

I. HIſpalenſis Eccleſia ſuo in Memoriali orditur dicere : *Se conſidera oy provocada de la ſanta Igleſia de Toledo, y obligada a romper el ſilencio, que ha obſervado en quatrocientos y ſetenta y quatro años*. Quod nobis redditur: „ Cogitat provo„ cari ſe ab Eccleſia Toletana, cogique hodierno die finem „ imponere ſilentio, quod 474. annos nunquam interruptum „ ſervavit. Credo equidem non invitus allata Memorialis verba eſſe certa; quæ idcirco ſumma cum fide proferre volui, ne tam ex mea, quam ex legentis ſive audientis parte aliquid veritati deeſſe videar. Certe Hiſpalenſis Eccleſia nullam afferre poteſt novam cauſam, ob quam jure poſſit dicere, ſibi a Toletana moleſtiam aliquam inlatam eſſe, quod haud ita multo poſt palam facturi ſumus; propterea ſcite, liberaliterque rem veram expoſitura in Memoriali non ait: *Intelligit*, ſeu, *exploratum habet*, ſed, *cogitat provocari ſe*, proindeque ad cauſam ſuam dicendam compelli. Hiſtoria omnis Principum exemplis abundat, qui plus æquo laudis appetentes, ubi quam voluerunt gloriam aſſequendi ſpe exciderunt, exclamant ſibi factam injuriam, honeſtique belli nomine jus alienum violenter invadunt. Nabuchodonoſor Rex ille animi elatione celeberrimus, meditans Reges finitimos, genteſque magis diſſitas propriæ ditioni ſubjicere, inexplebilem animi ſui cupiditatem, ſpecioſo nomine, cauſam belli jactat, eiſque acerbiſſimum bellum indicit. Legitima videbatur belli cauſa: *Ut defenderet ſe*; re autem latebat ſimultas: *Dixit cogitationem ſuam in eo eſſe poſitam, ut omnem terram ſuo ſubjugaret imperio*. Nolim ego eamdem fuiſſe mentem Hiſpalenſi Eccleſiæ. Cogitat provocari ſe ab Eccleſia Toletana eo tantum nomine, quod hæc ſingularem adhibuit curam, ne ſibi Primatus dignitas præriperetur in Hiſpanias, quam rectiſſime obtinuit, ſummoque jure tueri debet. Quamobrem deducit inſtructum agmen, delendi animo ſplendorem maximum Toletanæ. Id vero ſi legitimum belli genus; ecquod violentum dicendum erit?

Judith. c. 2.

II. Eccleſia Hiſpalenſis inanem ludit operam rationes aucupans, quibus perſuadeat ſe motam eſſe ad ſuum libellum Memorialis nomine evulgandum: nam homines non ſtudioſi hanc potiſſimam, & veram fuiſſe cauſam dicent; quod Eccleſia Hiſpalenſis jamdiu apud ſe habuerit hujuſmodi feturam pene totam derivatam atque expreſſam e contentione

Pri-

Primatus Lugdunenſis, quam Gallorum inſignis Juriſperitus Petrus de Marca publicis literis conſignavit, antequam Lutetiæ Pariſiorum Archiepiſcopus renunciaretur, qui alias alio in gradu cauſas defendendas ſuſcepit. Enimvero quum Præſes eſſet in ſuprema Curia, vindicem acerrimum geſſit juris Regii; deinde Præſul, moxque Epiſcopus factus, Summorum Pontificum, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem conſtanti animo propugnavit; quippe cui ad omnigenam eruditionem inſtructo, Auctorum graviſſimorum dicta, & documenta ad omnes cauſas aptiſſima præſto erant. Ex hoc igitur tractatu, qui eſt Appendix ad Concilium Claromontenſe Tom. 26. Regiæ editionis Conciliorum, tota ferme eruditio educta eſt, qua Hiſpalenſis Eccleſia Memoriale ſuum inſperſit, vel rarum eſt admodum aliunde decerpta invenire. Sunt quædam, negare non auſim, ante hoc tempus inaudita, quæ Scriptor Memorialis proprio marte concinnavit, eademque legere erit libri tertii Paragr. 1. & ſeqq. Quid vero? Potius conſilium fuerat vel non ſcripſiſſe, vel ſaltem non edidiſſe; ubi enim forte contingat, ut mente excogitentur quæ famam bonorum offendunt, necnon eorum qui ad Aras evecti merentur obſequium, prudentis eſt ea occultare. Verumtamen hanc rem gravius, maturiuſque pertractandam intelligo, at non eſt hic locus: ubi ad tertiam mei operis partem ventum erit, argumenta iſta refellenda pleniori ſermone me ſuſcepturum promitto.

Tom. 26. Conc. edit. Reg.

Infra cap. 8. par. 3. cap. 3.

III. Hanc unam fuiſſe, ut diximus, potiſſimam cauſam ex ipſo Memoriali conjicitur. Et ſane tria illa, quibus permotam ſe fuiſſe ait Hiſpalenſis Eccleſia ad libellum Catholico Regi exhibendum, publicamque in lucem edendum, altiori procul meditatione omnes vident præpropere, & ex induſtria fuiſſe procuſa, & abſoluto jampridem operi præfixa, non e contrario priuſquam labori manus admoveretur, excogitata; pariterque omnes intelligunt multum temporis abſumtum re tum cogitanda, tum elucubranda. Se moveri ait Hiſpalenſis Eccleſia duobus Diplomatibus invictiſſimi Regis noſtri, (qui utinam diutiſſime ſervetur incolumis) conditis pro Eccleſia Toletana, quorum alterum prodiit 1721. pridie Idus Septembres, alterum inſequenti anno octavo Idus Majas; tertio autem moveri ſe vehementius ait epiſtola Marchionis Grimaldi data eodem anno tertio Idus Majas.

Quæ

Quæ quum ita ſint, tam brevi paucorum menſium intercapedine a conditis Diplomatibus ad libellum editum, abunde perſpicuum eſt hanc Eccleſiam adoptaſſe ſibi filium, quem alia natum parente unuſquiſque fatebitur, & antiqui Auctoris conatum, ementito recentis nomine, promulgaſſe.

IV. Cæterum ut luce clarius conſtet de nullitate cauſarum quæ jactantur motrices evulgati libelli, eas cognoſcere ſingillatim oportet; ſingulis enim perſpectis, ni fallor, unicuique prudenti de re tam dilucida perſuaſum erit. Cognoſcamus primum e Regiis Diplomatibus conditum anno 1721. pridie Idus Septembres pro Toletanæ Eccleſiæ Præſulibus. Ait igitur Rex: *Que ſiendo conveniente diſtinguir en el tratamiento la Dignidad de los Prelados de Toledo, de los demàs Arzobiſpos, y Obiſpos de eſtos Reynos, por ſer la mayor, que en ellos ay, como por los meritos de el que al preſente lo es, ha venido ſu Mageſtad, en permitir à todos le dèn al riferido Arzobiſpo, como à los que en adelante lo fueren, el tratamiento de* Excelencia, *que es el mayor, que ſe permite à la mas elevada esfera, y el mas diſtintivo en ſus reales Dominios, por ſer el dicho Arzobiſpo Primado de las Eſpanas*. Quod nobis ſonat: „ Quum deceat obſervan„ tiori Præſules Toletanos officio proſequi, quam Archiepi„ ſcopos, & Antiſtites cæteros Regni noſtri, tum quia illi „ dignitate his præſtant, tum quia reſidens hodie Archie„ piſcopus virtutis, & ingenii dotibus eſt clariſſimus; Re„ gi placuit unicuique permittere, ut eidem Archiepiſcopo, „ ejuſque ſucceſſoribus *Excellentiæ* titulum tribuant; quo qui„ dem honore omnium ampliſſimo, ſingularique tota Hiſpa„ nia, eos tantum proſequi licet, qui ſublimiori ſunt in lo„ co poſiti, eoque id nomine tantum concedit, quia Tole„ tanus Archiepiſcopus Hiſpaniarum eſt Primas.

Mem.pag.2.

V. Diploma iſtud a Toletana per ambitum extortum fuiſſe, ait Hiſpalenſis Eccleſia, ut ſe opprimeret, ſuprema Regis benignitate abutens, parumque ſinceris ſuggeſtionibus Regiam Majeſtatem inducens ad id præſtandum. Niſi fugeret Hiſpalenſem Eccleſiam, qua ratione Toletana a Rege impetravit, ut qui Primatialem Hiſpaniarum ſedem hodie tenet, quique eum ſequentur Archiepiſcopi, tali honore dignarentur, quod adeo invidioſum ſibi eſſe demonſtrat, erubeſceret rem adeo incertam, & veritati tanto proximam intervallo docuiſſe. Nullus dubito, quin prius Diploma illud

ema-

emanaverit, nemine Aulicorum inſcio, quam ad aliquem Toletani Capituli de iſto ambitu eſſet quid perlatum. Ecquid igitur Eccleſia Hiſpalenſis in omnium hominum conſpectu de Toletana expoſtulat, quod ſcilicet hæc molita fuerit ſe opprimere tanta injuria? Ecquid nullo ſtabiliori fundamento, quam leviſſimæ ratiocinationis innixa, Hiſpaniarum Primatialem graviſſimæ culpæ conſciam accuſat, Regia nempe auctoritate abuſam minus ſincera ſuggerendo? Toletanæ Eccleſiæ, ut jus ſuum, ſuamque præeminentiam tueatur, prætextus Excellentiæ ſuæ impares non ſunt opus; quippe cujus æquitati firmiſſimum eſt præſidium nudam veritatem præſeferre.

VI. Age vero; Toletana Eccleſia ſuperiorem ſuo Præſuli reverentiam quæſierit, quam quæ cæteris debetur Hiſpaniarum Præſulibus. Proinde aliquis eam condemnet? Quod eſt æquiſſimum; quod eſt omnibus manifeſtum de eo fuiſſet ſollicita. Et ſane Pragmaticis Regum, qui Philippum V. præceſſerunt, agentibus de officio erga Hiſpanienſes omnes, cautum fuit, ut Præſules Archiepiſcopi, & Epiſcopi *Dominationis* honore cohoneſtarentur, Archiepiſcopus vero Toletanus *Dominationis Illuſtriſſimæ*, quia Primas. Det mihi hanc veniam Hiſpalenſis Eccleſia: interrogare ipſam cupio, ut intelligam quid reſpondeat. Parumne ſincera ſuggeſta fuerunt centum abhinc annis & amplius, utrique Pilippo II. & III. Regibus omni laude ſuperioribus, idque conata fuit Toletana Eccleſia, ut Hiſpalenſem opprimeret, quum Pragmaticæ illæ fuerunt conſtitutæ? Minime id quidem, inquiet. Ecquos igitur, Deus bone, ſuggeſtus non ſinceros, ecqua conſilia generoſitati, & Catholicæ Religioni Toletanæ Eccleſiæ non convenientia, opprimendi cauſa Hiſpalenſem, neceſſe habuit Rex noſter feliciter regnans, qui novit Proavorum Diplomata e *Recollectis legibus*; ut, quum omnibus Hiſpaniarum Præſulibus æque tribui animadverteret titulum *Illuſtriſſimi*, Toletano Archiepiſcopo alium permitteret ſplendidiorem? Sic Jure gentium, & Civili ſanciendum fuit. Id complures conſiderantes ab eo jam tempore, quum Toletanos Præſules Cardinalatûs ampliſſima dignitas defecit, iiſdem *Excellentiæ* gradum deberi cognoverunt; & idcirco non pauci ex Hiſpaniarum Magnatibus tali eos honore dignati ſunt, quidquid virtus, & modeſtia Præſulum contra niteretur, qui urbani-

tatis tam lautæ honorem recuſantes, nunquam paſſi ſunt, ut decor iſte ſuorum Tribunalium Documentis præfigeretur, uſquedum Rex ipſe, ad quem ſpectat de hujuſmodi officiis omnis quæſtio, animi ſui voluntatem expreſſit: etenim ſibimetipſi dignitatis altioris gradum tribuere, non recte inſtituti animi argumentum eſt, facileque negotio id cenſoria virgula perſtringeretur, non ſecus atque contrarium obſequio, quo Regem, & per eum ſancita unuſquiſque debet vereri. Quare affirmare non dubito, quod, ſiquis auderet ſecus facere, pro palmari ejuſmodi audacia ignominiæ nota ipſi eſſet inurenda.

VII. Inſuper, ut dicam quod ſentio, incautus mihi certe videtur fuiſſe, qui curavit, ut Rex, (ad quem unum pertinet ſuis in Regnis officii gradus definire pro ſubditis omnibus, quacumque ii fulgeant dignitate,) quis Archiepiſcopo Toletano conveniret gradus, declararet. Ipſi enim Pragmaticis tum Philippi II. A. 1586., tum Philippi III. A. 1600. ſancitum fuerat, ut ſupremus, & ampliſſimus omnium titulus tribueretur, nempe *Eminentiæ*, quanquam Cardinalatûs honore ſummo non cenſeretur; quippe Toletanus Archiepiſcopus, perinde ac ipſi Cardinales, earum vi Pragmaticarum cohoneſtabatur, qui id temporis Eminentiſſimi non dicebantur, quod nomen inſigne poſtea ex Urbani VIII. Decreto adhiberi cœptum eſt. Verum ipſamet Philippi III. verba audiantur ſua in Pragmatica octavo Idus Junias ſignata Anno 1600. quæ ad amuſſim alteri Philippi II. reſpondent; etenim meæ opinionis perſpicua veritas, vel iis patebit qui mihi maxime adverſantur. *Prohibimos*, ait Rex, *y defendemos, que ninguna perſona pueda llamar Señoria Illuſtriſſima, de palabra, ni por eſcrito, à otra alguna de qualquier eſtado, condicion, grado, y oficio que tenga, por grande, y preeminente que ſea, excepto à los Cardenales, que no es mi voluntad, que ſean comprehendidos en eſta ley. Aſſimiſmo, por la grandeza de la Dignidad de el Arzobiſpo de Toledo, es exceptuado en dicha ley, como Primado de las Eſpañas, aunque no ſea Cardenal.* Quorum ſententia eſt: „ Prohibitum, vetitumque omnibus volumus, ne „ voce, aut ſcripto ullus cujuſcumque ſtatus, conditionis, gra„ dus, & officii, licet ampliſſimi ac præſtantiſſimi, ſalute„ tur nomine Dominationis Illuſtriſſimæ, præter Cardina„ les, quos hac lege teneri non noſtri conſilii eſt, pariter-

que

„ que Toletanum Archiepiſcopum, quem pro ſumma Pri-
„ matus Hiſpaniarum dignitate, tametſi Cardinalatus inſi-
„ gnia non obtineat, legis noſtræ conditionibus ſolutum de-
„ claramus. Ex allatis Philippi III. verbis liquido conſtat Regis mentem fuiſſe, ut Toletanus Archiepiſcopus quanquam Cardinalitia dignitate non præfulgeat, tamen titulum Cardinalium proprium accipiat. Quum autem poſt Decretum Urbani VIII. *Eminentiæ* titulus Cardinalibus congruat, idem Toletano Archiepiſcopo, propter dignitatem Primatûs ſummam, tribuendus videretur. Equidem id affirmare poſſum, mille jam annos ante *Eminentiæ* titulo ſalutatum fuiſſe Toletanum Archiepiſcopum. S. Presbyter Beatus Aſturicenſis, Heteriuſque Uxamæ Epiſcopus in literis ad Elipandum traditis tali eum honore dignati ſunt, quæ legi poſſunt penes eruditum D. Nicolaum Antonium Hiſpalenſem origine, & S. illius Eccleſiæ Canonicum ita ſignatæ: *Eminentiſſimo, nobis, & Deo amabili Elipando Toletanæ Sedis Archiepiſcopo*. Hæ literæ datæ fuerunt anno circiter 783.

D. Nicol. Anton. Hiſt. Biblioth. vet. Hiſp. tom. 1. l. 6. c. 2. n. 35. fol. 325.

VIII. Ad alteram nunc venio cauſam, quæ Hiſpalenſem Eccleſiam permovit, nempe ad aliud Diploma octavo Idus Majas 1722. a Rege conditum pro Eccleſia Toletana; in quo mandavit: *Que la Eſcritura de Concordia en orden à la paga de el Subſidio, y Eſcuſado, que han eſtipulado las Igleſias de Caſtilla, y Leon con ſu Mageſtad, ſin perjuicio de el derecho de las partes, la firmen los Capitulares de la Santa Igleſia de Toledo, como lo han hecho en otras Concordias, y las demàs Igleſias ſe adhieran à la Concordia, ò ſin adherirſe, uſen de ella en virtud de la condicion eſtipulada en la Concordia firmada de los referidos Capitulares de Toledo*. Idem latine redditum ſonat: „ Ut codicil-
„ lus Concordiæ, quod ad ſolvendum Subſidium, & *Excu-*
„ *ſatum* (ut dicunt) quem Caſtellæ, ac Legionis Eccleſiæ
„ cum Rege ſtipularunt, amotis quibuſcumque præjudiciis
„ partium, a Capitularibus Eccleſiæ Toletanæ ſubſignetur,
„ quemadmodum aliis in conventionibus actum fuit; & Ec-
„ cleſiæ cæteræ Concordiæ adhæreant, vel ſi ſecus fecerint,
„ ad illam teneantur, vigore conditionis ſtipulatæ in con-
„ ventione a laudatis Toleti Capitularibus ſignata. Hoc Diploma, non negamus ab Eccleſia Toletana omnem curam adhibitam, ut conderetur. Neque enim par erat, ut tot elapſis annis, quibus viguerat quidquid Regio in hoc Diplo-

mate expreſſum legitur, Toletanæ jus Eccleſiæ antiquaretur ob recens excogitatum conſilium. Quod ab immemorabili in more poſitum fuit, ſervatumque eſt ſuper hoc ex eo tempore, quum Summi Pontifices Hiſpaniarum Regibus conceſſerunt Subſidium, & *Excuſatum* in omnem Legionis, & Caſtellæ Clerum, ita ſe habet: Conſtituta ſolvendæ pecuniæ ſumma & ſponſionis conditionibus, ſtipulatur Concordia, cui tantummodo ſubſcribit Eccleſia Toletana per ſuos Capitulares; ea vero Concordia obligantur Eccleſiæ omnes ex facultate, & cura Toletanæ ab ipſis demandata. Id omne confirmatum videtur in Memoriali; etſi quod ad Hiſpalenſem Eccleſiam attinet, aliter ſe rem habere autumat. Quam rem, quia mihi de ea non liquet, nec probare, nec improbare auſim, ne dicar rem incertam aut negaſſe, aut affirmaſſe.

IX. Praxim hanc inconcuſſam, & immemorabilem turbare molita eſt in Convento noviſſimo Hiſpalenſis Eccleſia, quod non parum negotii faceſſivit Toletanæ, ut jus Regaliorum tueretur. Profecto vereor, ut Hiſpalenſis Eccleſia munus illud ſingulare Toletanæ pro jugi expreſſione, manifeſtaque confeſſione Primatûs acceperit. Siquidem ipſa evicit ſatagendo, ut Eccleſiæ aliquot ab ea, quam cum Toletana inierant, ſocietate diſcederent, (quod clandeſtinum conſilium eo in congreſſu conceptum fuit, quod A. 1718. univerſæ Hiſpanienſes Eccleſiæ habuerunt Madriti, quatenus ex pluribus opportune colloquiis, in quæ tum temporis veni cum quibuſdam earum Curatoribus Eccleſiarum, exploratiſſimum mihi eſt:) ea tamen diſceſſio non fuit diuturna, etenim Eccleſiæ illæ quantocyus veterem ſocietatem, atque neceſſitudinem inierunt. Quid igitur miratur Hiſpalenſis Eccleſia Toletanam haud eſſe paſſam, ut tanti momenti Actum antiquaretur? Velis certe remiſque contendit, ut Regem admoneret perveterem ſimili occaſione conſuetudinem, ritumque ab immemorabili conſervatum: Rexque de veritate illius conſuetudinis inſtructus, æquiſſimam Toleti relationem accepit. Quid hac in re peccatum ab Eccleſia eſt? Quid ab æquitate diſcrepat Regium Diploma? Quidnam aliud id fuit quam Poſſeſſorem inſiſtere, ut ſua de poſſeſſione ne dejiceretur, & Prætorem edicto decernere, ut qui in poſſeſſione erat, is in ea permaneret, integra relicta partibus de jure diſceptatione

tione? Neminem omnium futurum ſcio, modo Jus Civile a primo limine ſalutaverit, qui tum Eccleſiæ Toletanæ cauſæ, tum Regio Diplomati, æquitatem & jus non concedat.

X. Id vero, quo omnium poſtremo ait, ſe moveri Eccleſia Hiſpalenſis in Memoriali, audire non pigeat: *Però*, inquit, *donde ſe manifieſta mas la eficàz negociacion de la Santa Igleſia de Toledo, y el deſconſuelo de la de Sevilla, es la carta, que el Marquès de Grimaldo eſcriviò en nombre de el Rey al Reſidente, que la Santa Igleſia de Sevilla tiene en Roma.* Id eſt: „ Unde „ autem, negotiatio Eccleſiæ Toletanæ luculentius emicat, „ mœrorque Hiſpalenſis; epiſtola illa eſt, quam Grimaldus „ Marchio Regis nomine ad Præfectum dedit, qui Romæ „ Hiſpalenſis Eccleſiæ res procurat. Primum hujus epiſtolæ caput, nempe curam maximam, ſummamque diligentiam adhibitam a Toletana Eccleſia pro jure ſuo tuendo, patefieri non nego; alterum vero, ideſt Eccleſiæ Hiſpalenſis mœrorem, illis literis exhiberi, ne orator quidem omnium diſertiſſimus mihi perſuadeat. Cæterum ut ab omnium animis hujus rei ſuſpicio, ſiqua irrepſit, penitus amoveatur, ipſammet Marchionis epiſtolam exhibemus, quam qui totam perlegerit, ne minimum quidem mœroris Eccleſiæ Hiſpalenſis indicium continere intelliget. Melius dixerat hac epiſtola ſuam expoſtulationem niti, quod ipſa evidentius, quam laudata Diplomata, doloris ſui præſefert cauſas. Hoc dici ab eadem maluiſſe probabile eſt; ſicuti eſt certum minus recte explicatam ab ea fuiſſe ſententiam ſuam: ſed audire jam oportet epiſtolam quæſtionis hujus fundamentum, & caput. *Mem. pag. 3.*

XI. Epiſtolæ Marchionis Grimaldi, ad Curatorem Eccleſiæ Hiſpalenſis Romæ commorantem datæ Regio nomine, exemplum ſic ſe habet. *Siendo indubitable la Primacìa de la Santa Igleſia de Toledo, cuya prerrogativa goza por indultos Apoſtolicos, Reales Deciſiones, Leyes de el Reyno, y la inviolable practica, obſervada por tantos Siglos, que declaran à favor de la Santa Igleſia de Toledo dicha Primacìa; y aviendo entendido el Rey, que V. S. con el motivo de averſe viſto nominado (ſegun el orden de lo eſcrito) anteriormente al Doctoral de la referida Igleſia, en la reſolucion de ſu Mageſtad, para la junta formada ſobre las diferencias de la Caſa, y Real Hoſpital de Santiago, intenta preferirle, y pienſa hacer novedad en las concurrencias, que en eſſa Corte ſe ofrecen à V. S. y al mencionado Doctoral Don Domingo de Buſta-*

 mante,

mante, me manda ſu Mageſtad ad advertir à V. S. aver ſido de ſu Real deſagrado el intento, ò pretenſion de V. S. y lo que huviere executado ſobre ella, ſundandola en un error de equivocacion contra lo que V. S. ni ninguno de otra Igleſia puede ignorar, ſobre la bien eſtablecida Primacia de la Santa Igleſia de Toledo, y aſſi lo executo, para que hallandoſe V. S. en eſta intelligencia, ſe aparte de ſu mal ſundada pretenſion. Dios guarde à V. S. muchos anos. Madrid, y Marzo 18. *de* 1722. *El Marquès de Grimaldo*. Cujus ſententia nobis eſt: „ Quum minime dubius ſit Eccleſiæ Toletanæ Primatus, Dignitas ejuſdem Eccleſiæ propria, uti reſcripta Summorum Pontificum, deciſiones Regum, Regni ſanctiones, ac perennis tot ſæculorum uſus declarant; quumque ad Regem perlatum fuerit, te hac dumtaxat de cauſa, quod nomen tuum legeris ante illud Eccleſiæ Toletanæ Canonici ſignatum (tali enim ordine ſcripta erant) in eorum Catalogo, quos juxta Regis deliberationem Domûs, & Hoſpitalis Regii S. Jacobi negotia compoſituros congregari oportuit, moliri ut præferaris, noviſque rebus ſtudere, competendi oblata occaſione iſta in Aula cum ſupra memorato Canonico D. Dominico Buſtamante, Regia ipſius Majeſtate juſſus ſum te monere, ægre admodum a ſe auditum conſilium iſtud tuum, ſeu potius voluntatem, & quidquid ea in re præſtiteris ambiguitatis errorem ſecutus, contra id, quod neque te, neque alium ullum cujuſcumque Eccleſiæ latere poteſt de optime conſtituto Primatu Eccleſiæ Toletanæ; tantis ego mandatis obſequutus ſum, ut tu hæc intelligens ab errore opinionis amoveare. Deus Optimus Maximus te diutiſſime ſervet incolumem. Madrito XV. Kalendas Aprileis 1722. Grimaldus Marchio.

XII. Ejuſmodi eſt epiſtola, quæ poſtremo omnium movit Eccleſiam Hiſpalenſem, ex qua, fateor, niſi quis ingenuerit, ſollicitudo ulla provenire non poteſt. Dubitariſne unquam, quin Eccleſia Toletana Primatialis præeminentiâ, nec Caſtellæ, nec Legionis, ſed nec Hiſpalis Eccleſiis contra nitentibus, fruita ſit? Nonnulla jam diximus prima in Animadverſione; adducemus autem plura capite XX. alterius partis: ubi vero ad tertiam partem ventum erit, a capite quinto longe etiam majora pergemus afferre. Eccleſiæ Toletanæ curam omnem adhibendam eſſe, ne honor ſuus, ne

Part.2.cap.20. *Part.3.cap.5.&6.*

ne ſua dignitas periclitetur, probe novit Hiſpalenſis; quamobrem aſſequi mente non poſſum, quid ipſa miretur tanta illam ſollicitudine proſpicientem honori ſuo, cujus defenſio quanti momenti ſit, unuſquiſque vel minus exquiſito ingenio aſſequi poteſt. Quod ſi neutiquam afflixit Eccleſiam Hiſpalenſem 474. annorum ſpatio diligentia per Toletanam adhibita ob tuendam præſtantiam ſuam, & jura Primatûs; quiſnam ſanæ mentis exiſtimet, a leviſſimo hoc prætextu, (non enim cauſa dici poteſt) profectam eſſe afflictionem illam, ac mœrorem tam gravis, tamque obſervantis Eccleſiæ? Siniſtra hæc quidem opinio de Hiſpalenſi Eccleſia non incidit. Equidem tanti eam facio, ut non modo minimis hiſce rebus, ſeu nugis, (quo eas aptiori nomine appellem, ignoro,) verum etiam rebus aliis majoris momenti ſuperiorem eſſe ſentiam.

XIII. Induci vix poſſum, ut credam, prudentibus perſuaſum iri, attentionem Dominici Buſtamantis Canonici Toletani, minus æquam fuiſſe; aut ullum ex Hiſpalenſis Eccleſiæ Capitulo ejuſdem ſententiæ futurum. Quorum ſi forte aliquis ita ſentiret, dicto ejus venerabundus acquieſcerem, herbamque, ut ajunt, porrigerem. Verumtamen quæro: ſi Canonicus Hiſpalenſis fuiſſet Toletanus, & hic e contrario Hiſpalenſis, quemnam hac in contentione honoris ſe Hiſpalenſis geſſiſſet? Num Toletano conceſſiſſet? Num præteriiſſet rem ad Capitulum ſuum deferre? Meridiana luce clarius eſt, cætera omnia fore intermiſſa, donec eſſet definitum, uter dignitate præiret, Toletanuſne Hiſpalenſi, an contra hic Toletano, prout eorum utrique vices Capituli ſui gerenti agendum eſt. Enimvero quum Romæ ambo commorentur, ſitque utrique impoſitum munus Eccleſiam ſuam tuendi, totumque illius corpus exhibendi, neutrum decebat ab eo, quo fungebatur munere quoquo in ſuorum popularium congreſſu diſcedere. Certum ſcit Eccleſia Hiſpalenſis, ubi de inferiori loco res eſt, quæ illatio fiat; nam Præſulum ſubſcriptiones non raro adducit, arguendi cauſa, quod is non præſtet reliquis Præſulibus, qui inferiori loco ſubſcribit.

XIV. Jam vidimus quam levia ſint, quam infirma, quibus permotam ſe eſſe dixit Eccleſia Hiſpalenſis, necnon veram cauſam novimus, cur Memoriale illud prodiret in lucem.

cem. Reliquum eſt igitur, ut, antequam venio ad tertiam Animadverſionem, aliquot Memorialis verba exponam, quæ planum faciant quidquid de vera Libellum edendi cauſa jam dictum eſt. Sic legitur Paragrapho penultimo laudati Memorialis: *Eſtos paſſos, que la Santa Igleſia de Toledo ha dado en pocos meſes, en orden à fabricarſe una dominante exaltacion, ſobre todas las demàs Igleſias de los Dominios de V. Mageſtad.* Nempe: „ Progreſſus, ii quos paucorum ſpatio menſim Toletana fe- „ cit Eccleſia; ut ſibi Solium erigeret, unde in Eccleſias „ cæteras dominaretur, quæ tuis in Regnis ſitæ ſunt. Hæc ſane citra admirationem legi audirive non poſſunt, vixque ab hominibus acris ingenii credita erit Eccleſia Hiſpalenſis rem propoſuiſſe non modo incertam, ſed etiam falſam propria ejuſdem Eccleſiæ confeſſione declaratam, uti ex Memoriali cognoſcitur. Haud ignorat Hiſpalenſis Eccleſia, (nam variis in locis ſui Memorialis id fatetur) fugitque omnino neminem, quod Toletana annos ſupra ſexcentos Primatum ſervavit, quem illa movendi cauſa, concitandique Hiſpanienſes Eccleſias, inviſo Dominationis nomine appellat.. Primatialem vero ſemper cognitam ab Eccleſiis Hiſpaniæ, & ab ipſâmet Hiſpalenſi, oſtendam parte altera pluribus capitibus. Rara quidem totis in Caſtellæ ac Legionis Regnis reperitur Eccleſia, quæ dignitatem illi ſuam inviderit; nulla vero, in quam Toletana jura Primatus libere non exercuerit. Quamobrem aſſequi mente nullatenus poſſum, quid Hiſpalenſis jactitet novos illos progreſſus ad exſtruendum, quod tot ante annos ædificatum fuit, perinde ac modo Primatum ſuum conſtituere ordiretur. Næ ad veritatem propius accederet, ſiquis Hiſpalenſem diceret meditatam eſſe ſuo illo Memoriali deſtruere Toletanum Primatum, firmiter atque ab antiquiſſimis temporibus conſtabilitum. Quoniam vero hic angulari firmiſſimoque lapide innititur, nec eluvione torrentium, nec immaniſſimis ventorum procellis dirui unquam poterit.

Mem. pag. 5.

Part. 2. cap. 15. 16. & 20. part. 3. c. 6.

X V. Quæ tantam hanc præſtantiam Primatus Eccleſiæ Toletanæ conſtituerunt; quæ in priſtinum reſtituerunt poſt eam aſſertam in libertatem virtute fortiſſimi, atque invicti Regis Alphonſi VI.; quæ demum præſidio fuerunt adverſus Bracarenſis, & Tarraconenſis Eccleſiarum molimina, ea ſcilicet ſunt magna & ſingularia ejuſdem merita; ſunt Romanorum Decreta Pontificum, quorum auctoritatem Reges

Ca-

Catholici acerrime, ut æquum erat, propugnarunt, quam rem ab Hiſpalenſi Eccleſia negatam fuiſſe unquam nulla docent monumenta, contra autem plura confirmatam ab eadem eſſe teſtantur. Iſta ſane, iſta rectiſſima via eſt, qua ad majorem Eccleſiæ dignitatem venitur. Patens, manifeſtumque eſt omnibus, exclamant Summi Pontifices, qui Decretales, ac ſanctiones Romanorum Pontificum viderint, quam bene ſit merita Toletana Eccleſia de Apoſtolica Sede, nullo non tempore incolumitati ſtudens ipſius: quare ampliſſimam, ac ſingularem nominis gloriam adepta eſt *propriæ ac ſpecialis filiæ; columnæ ſtabilis & Eccleſiæ immobilis firmamenti*, quod altera parte fuſius demonſtrabimus. Hac ire pergens Eccleſia Toletana honorem a Summis Pontificibus tantum obtinuit. Hac progrediens dignam ſe reddidit, quæ a Pontifice Maximo inter Hiſpanienſes omnes Eccleſias princeps inſtitueretur. Proinde humanitatis parum fuiſſe videtur Eccleſiæ Hiſpalenſi, quæ ſiniſtra dumtaxat, & falſa quædam ad gratiam Catholicorum Regum aucupandam compoſita memorat; nec meritorum, rerumque a Toletana geſtarum facit mentionem ullam, quibus Primatum Hiſpaniarum adepta eſt.

Adrian. IV. Innoc. III. Honor. II. Lucius II. Alex. III. Cæleſtin. III.

Part. 2. c. 3. & 4.

CAPUT III.

ANIMADVERSIO III.

Memoriale præſefert exempla Auctorum depravata, & corrupta.

SUMMA CAPITIS.

I. *Cenſores utplurimum peccant eadem, quorum alios admonent.*

II. & ſeqq. uſque ad XI. *Sex apertiſſimi errores deteguntur in Memoriali in explicatione verborum Strabonis Geographi, ubi deſcribit Hiſpaniam antiquam.*

XI. & ſeqq. uſque ad XV. *Diſſertatio de Fundatione Eccleſiarum Aſiæ, quas demonſtratur non eſſe fundatas a S. Joanne, licet id innuere videantur S. Hieronymi verba.*

XV. XVI. XVII. *Ex Actis Apoſtolorum, & auctoritate Spondani, & Cornelii a Lapide evincitur, quod tempore prædicationis D. Pauli Epheſi Eccleſia nondum fuerat conſtituta.*

XVIII. *Præterea Eccleſiam Antiochenam fundavit S. Petrus. Non igitur a S. Joanne omnes Eccleſias Aſiæ fundatas liquet.*

XIX. *Explicatur vera ſententia verborum S. Hieronymi.*

XX. *Spondanus eadem interpretatur, quam interpretationem ſequi oportet, ne Sacræ Scripturæ contrarium aliquid aſſeratur.*

XXI. *Eccleſia Hiſpalenſis non recte interpretans eadem verba, decepta eſt.*

I. Quanquam vereor, ne tituli hujus novitate ſint perculſi, qui in tantæ eruditionis volumine nihil deprehenſum iri cenſoria dignum virgula opinabantur; tamen arbitror, quod ubi ſæpius expenderint allata exempla, eaque ſpecie quidem vera, re autem falſa conjecerint, opinionis errorem ſecutos ſe eſſe fatebuntur, quum de illis præpropere judicarunt: *Non ſemper adſunt quæ videntur: decipit frons prima multos*: ait Philoſophus. Ea ſiquidem infelix hominum conditio eſt, ut eadem a nobis peccari, quorum alios incuſamus, alii nec ii quidem lyncei conſpicentur. Quamobrem mihi valde probatur ſententia illa quæ in Memoriali legitur: *Conſta que es neceſſario mucho tiento para hablar con acierto de coſas antiguas, en que rara vez ſe atina con las congeturas ſolas, y mucho menos, quando ſe quiere con anſia, lo que ſe afirma, viendoſe todo de otro color, quando la viſta paſſa por el vidrio de la paſſion.* Eadem latine redditur: „ Multam diligentiam adhibendam „ liquet, ut de antiquorum rebus probabilis ſermo fiat, in „ quarum cognitionem raro conjectura quis venit, multo „ autem minus, quum rei quam affirmat cupiditate flagrat; „ ſenſus enim oculorum fallit animi affectio. Quæ quam ſibi conſtans, quam vera ſit, apertiſſimum erit ex iis, quæ hac tertia in Animadverſione cæteris longiori multis capitibus differentur.

Phædr. fab. lib. 4.

Mem. pag. 65. prope fin.

II. At vero non modo dicta, ſed facta etiam præſtanda illi erant: ita enim haud ſibi flagellum paraſſet, quo vapularet. Facienda primum præcepta inde tradenda nos docuit maximus inſtitutor Chriſtus: *Cœpit facere, & docere.* Trabem prius e noſtris oculis eruendam, poſtea ex alienis feſtucam infinitæ Sapientiæ conſilium eſt; cujus divinam ſententiam adagium noſtrum exponit: *Quien tiene tejado de vidrio, no tire piedras al de ſu vecino.* Qui vitreo ſub tecto es, lapides in alienam domum ne jacito. Equidem, ingenue fateor, me ad ejus libelli eruditionem atque elegantiam nequicquam niti, ut parem afferam eloquentiam; nihilo tamen minus ea qua ſum tenuitate ingenii futurum ſpero, ut Auctorum exempla oſtendam quam corrupte Memoriale protulerit.

Act. Apoſt. cap. 1.

Matth. 7.

lerit. Arduam ſane provinciam videor ſuſcepturus, inficias ire non auſim, at illud Propertii uſurpare non dubito:

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires.

Maximam quippe mihi gloriam polliceor, quum omnes qui hanc Animadverſionem perlegerint, ſatis a me factum eſſe meo muneri faſſi erunt.

III. Primum igitur ordiar dicere de duobus illis graviſſimis, quæ peccavit in Hiſpaniarum Provinciis deſcribendis, quorum alterum eſt fidei atque integritatis vitium in afferendo verborum textu, alterum Geographiæ, inſigne quidem, iiſque notiſſimum, qui aut Tagi ripas obambulaverint, aut orbis terrarum imaginem viderint: quod ſane mirandum eſt maxime, in opere tam erudite conſcripto rem ejuſmodi irrepſiſſe, quæ craſſioris minervæ homines non lateret. De Toleto, ejuſque agro loquitur, quam, ut oſtendat Anno quingenteſimo & ſexageſimo primo ab Urbe condita, ante natum vero Chriſtum centeſimo nonageſimo; item ſequiori ætate, dum Tiberius Cæſar moderaretur Imperium; ignobilem fuiſſe Urbem, & agrum obſcurum, hæc de Strabone refert: *Deſcriviendo eſte Autor en el libro tercero de ſu Geographia los Pueblos que habitan las orillas del Tajo, hablando de los que miran al poniente, y medio dia, que eran los de la Luſitania, llamados aora Eſtremadura, dice de ellos*: Inter Hiſpanos gens ampliſſima, *y hablando de los Vacceos, y Calaycos, que aora ſon los Gallegos, y Caſtellanos, dice de ellos*: Famæ minoris populi; *y ſe incluyen en los Vacceos los Carpentanos, que ſon los de el territorio de Toledo: y ſin nombrar por ſu nombre lugar alguno, de todos ellos dice*: Reliqui ſunt indigni, de quibus verba fiant, propter humilitatem, & ignobilitatem. Eadem latine: „ Auctor, Geographiæ libro tertio, Populos deſcribens Tagi „ ripas incolentes, ubi de iis loquitur, qui Meridiem verſus, & Occaſum degunt, nempe in Luſitania, quam hodie Eſtremaduram vocant: *Inter Hiſpanos*, inquit, *gens ampliſſima*. De Vaccæis autem, & Callaicis, qui hodie dicuntur Gallæci, & Caſtellani, ait: *Famæ minoris Populi*. „ Vaccæi Carpentanos comprehendunt, qui ſunt Populi Toleto viciniores, & contermini, nullumque proprio nomine „ locum appellans, de omnibus una ſimul dicit: *Reliqui ſunt indigni, de quibus verba fiant, propter humilitatem, & ignobilitatem*.

Mem. p. 55. in fin. 56. in princip.

IV. Quod primum obſervandum eſſet, inferius explicaturus, hoc impræſens animadverto, quod Callaicos eſſe ait Gallæcos, quum ſupra monuerit, Straboni ſermonem eſſe de incolentibus Tagi ripas; eſt ſane id apertiſſimus error, non enim obvium menti eſt, quî Gallæci inter Tagi accolas recenſeantur; dum media inter flumen, & Gallæciam ſita ſunt Eſtremaduræ pars, & vetus Caſtilia tota. Supra quinquaginta leucas protendi Tagi alveus oporteret, ut ejuſdem oras incolerent Gallæci. Neque vero id mirandum videretur, ſi Strabo, qui audita dumtaxat ſcribebat, nec Hiſpanias propriis oculis perluſtrarat, Geographiæ vitio tam inſigni culparetur; ſed Hiſpanum genere, & eruditione præſtantem culpam ſibi eamdem adoptare eo tantum nomine ut Toleto adverſetur, apertiſſime oſtendit quò devenit qui ſeſe ſponſione fidei ſuæ laceſſit. Notandum eſt obiter quantæ levitatis futuri ſint qui in rebus tam perſpicuis hallucinantur: quare, Strabonis auctoritate integra permanente apud omnes, ejuſdem exemplum perperam allatum literati rejicient.

V. Præſtantiſſimi Geographi auctoritas nequaquam eſſet ad perſuadendum idonea, ſi vitium illud certum, & evidens ad eumdem ſpectaret: at ſecus eſt. Nihil eorum legitur apud Strabonem, quæ a Memoriali aſſeruntur: locus enim prolatus tum a re propoſita aberrat, tum vocum ſignificatio quam exhibet Memoriale, vix, immo ne vix quidem reſpondet Græci Scriptoris ſententiæ. Quod præcipuum graviſſimumque caput eſt Animadverſionis meæ ad illa verba, quæ ſupra exhibui. Non ea Strabonis fuit mens, ut Populos ad oras Tagi ſitos deſcriberet, nec per eum Luſitani Populi (hi ſunt, ait Hiſpalenſis Eccleſia, qui Eſtremaduram incolunt) *Gens ampliſſima* nuncupantur; nec de Vaccæis, Callaicis, & Carpetanis, quos inter Toletani recenſentur, verba faciens, dixit: *Reliqui ſunt indigni, de quibus verba fiant, propter humilitatem, & ignobilitatem.* Nec verba iſta, nec ſuperiora in tertio Geographiæ libro occurrunt: Incredibile quidem primo aſpectu, at verum referam. Eccleſia Hiſpalenſis proculdubio alterutrum credidit, ſeu ſcripta Strabonis ab omnibus *Mem. 1. part. §. 5. n. 59. pag. 57.* Mundi Bibliothecis exulare, ut ipſa hac in occaſione inſultat; ſeu eamdem fidem ſuis adhibituros homines, qua Pythagoram docentem auditores venerabundi auſcultabant, cujus auctoritas tanti apud omnes momenti erat, ut ipſa tantum

tum ad unamquamque rem aſſerendam ſatis eſſet, hac de cauſa, quod: *Ipſe dixit*.

VI. Verum enim vero quum a Catholica Religione inſtituti ſimus, perfectæ uſum rationis uni Deo Summo ſubjiciendum, utpote qui infinita Veritas, & Sapientia eſt, nobiſque ſummas & infallibiles veritates proponit, humanum captum excedentes; idcirco alieniſſimum rati ſumus pari obſequio res illas proſequi, quas tum cernendi oculis, tum ſi falſæ ſint, evincendi ratione, poteſtas nobis facta eſt. Ea quæ diximus vera eſſe cognoſcet quicumque Geographi librum tertium adierit pag. 161. impreſſum A. 1521. Quo autem evidentius appareant, ejuſdem Strabonis verba ſubjiciemus.

VII. Deſcribit Auctor Hiſpaniæ peninſulam libro tertio a pag. 145. ad 185. eamque in tres dumtaxat Provincias dividit, nempe Tarraconenſem, Bæticam, Luſitaniam, terminos unicuique ſuos attribuens. Quum vero ad Luſitaniæ deſcriptionem pervenit pag. 161. hos illi terminos tribuit. Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον, ἡ Λυσιτανία ἐστὶ μέγιστον τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, καὶ πλείστοις χρόνοις ὑπὸ Ῥωμαίων πολεμηθέν. περιέχει δὲ τὸν χώρας ταύτης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ὁ Τάγος, τὸ δ᾽ ἑσπέριον καὶ τὸ Ἀρκτικὸν, ὁ Ὠκεανὸς, τὸ δ᾽ ἑωθινὸν, οἵ τε Καρπητανοὶ καὶ οἱ Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Καλλαϊκοὶ τὰ γνώριμα ἔθνη, τἆλλα δὲ οὐκ ἄξιον ὀνομάζειν διὰ τὴν μικρότητα καὶ τὴν ἀδοξίαν. Quæ Geographi verba ſic latine redduntur. *A Tago verſus ſeptentrionem, eſt Luſitania maximam comprehendens Hiſpanorum gentem. Hujus regionis dextrinum latus Tagus includit, Occiduum, & Septentrionale Oceanus, ortivum Carpetani, Vettones, Vaccæi, & Callaici nobiles gentes: reliquæ enim ob parvitacem, & obſcuritatem non ſunt dignæ mentione.* Quibus verbis luculenter probatur quod diximus: primum: a Strabone non deſcribi eos Populos qui ad oras Tagi habitant, (in quibus Gallæcos certe non poneret) ſed ejus Provinciæ terminos, quæ Luſitania tum temporis dicebatur. Secundo: Provinciam quam ipſe Luſitaniam appellat, eamdem non eſſe quæ nobis Eſtremadura. Tertio: de nullis ab eo Populis proferri, *Gens ampliſſima*, quæ vox nuſquam hoc in Auctore occurrit, ut jam præmonuimus. Quarto: denique ab ipſo dici Luſitana Provincia, quæ Carpetanos, hodie Toletanum Regnum, complectitur, *Maximam comprehendens Hiſpanorum gentem*. Ipſiſſima Geographi ſententia eſt, nihil immuto.

Strab. Geogr. lib. 3. pag. 161.

VIII. Provinciam, quæ olim Luſitania dicebatur, comple-

plecti Toletum, ejuſque Regnum; præterquam quod ex jam allatis liquido conſtat, ſemel atque iterum Marineus ſiculus teſtis eſt, qui apertiſſimis verbis affirmat, Toletum in medio Luſitaniæ ſitum eſſe. En ipſiſſima ejus verba: *Eſt autem Luſitania ea pars Hiſpaniæ, quæ fluminibus Tago, Durio, & Ana continetur; in cujus fere medio ſita eſt Toletana civitas in umbilico totius Hiſpaniæ.* Et in Paralipomeno Hiſpano pervetuſto, quem ab Epiſcopo quodam Gerundæ conſcriptum volunt, ubi de Continentis Hiſpaniæ terminis ſermo eſt, ita legitur: *Poſt Andaluſios, Toletum eſt uſque in Celtiberiam, citerioremque Hiſpaniam per oram fluvii Tagi uſque ad Durium, in quibus terminis ſunt ampliſſimæ civitates. Et omnis hæc Regio Luſitania dicitur.* Sic utriuſque Scriptoris auctoritate comprobatur Toletum in Provincia olim Luſitania dicta ſitum eſſe. Quapropter eæ laudes, quibus Memoriale Toletanos effert, neque id immerito, ad recentiores pertinent Toletanos.

Marin.Sicul. lib. 2. pag. 5. 7. & 8. in fine.

Paral. Hiſp. lib. 1. pag. 4. edit. tertiæ ann. 1545.

IX. Quinto: allata Strabonis verba evincunt ſe viſa nequaquam fuiſſe ab Auctore libelli in libris Geographi; etenim ſedulitate vel mediocri perlecta ob oculos poſuiſſent peculiarem Carpetanorum mentionem, quos ille non refert, immo errorem opinionis ſecutus adjungit: *que ſe incluyen en los Vacceos los Carpentanos*: „ Vaccæi Carpetanos comprehendunt: Geographiæ vitium non leve, dicente Mariana Hiſpaniarum hiſtorico graviſſimo: *Los Vaccèos Pueblos de Caſtilla la Vieja*. „ Vaccæi veteris Caſtiliæ Populi. Auctor vero arbitratu ſuo loquitur, id quippe magis conducit infirmandæ laudi Toletanæ Urbis, adſtruendæque opinioni, in quam pertrahere alios contendit, nempe antiquis temporibus Primatu non eſſe uſam Toletanam Eccleſiam: ſic fallens (non auſim dicere de induſtria) eos qui Libello integram fidem adhibentes, tenent Carpetanos, qui ſunt Toletani Regni, a Vaccæis comprehendi veteris Caſtiliæ Populis, *ſe comprehenden en los Vacceos, que ſon Pueblos de Caſtilla la Vieja*. Profecto ſi Auctor Strabonem adiiſſet, Carpetanos habuiſſet obvios, unde culpa illa grandi vacaret, qua eos confudit, & Vaccæis admiſcuit. Quod ſolenne eorum eſt, qui negligunt ante auctores inſpicere; quam eorum ſententiam referant.

Marian. l. 3. c. 24.

X. Sexto demum: Strabonis locus oſtendit, loquentem ipſum de Vaccæis, & Callaicis, qui ſunt Gallæci, & Caſtellani, neutiquam dixiſſe indignos de quibus verba fiant; dum po-

potius ampliſſima proſequitur laude Carpetanos, Vettones, Vaccæos, & Callaicos quos percenſet, *nobiles gentes* appellans. Quorſum igitur tot inanium congeries dictorum pugnantium cum iis quæ a Strabone proferuntur, ipſomet producto teſte, & patrono cauſæ, cujus adverſam partem tuetur, atque teſtatur? Quod vincendi genus Mamertinus prudentiſſime glorioſum nuncupavit. *Glorioſum victoriæ genus eſt ab eo, cum quo decertem, arma capere, quæſitumque ab adverſario teſtem illinc ſtare, & hinc dicere.* Hinc intelliget quicumque Animadverſionem hanc citra ſtudium legerit, quantula præſtanda fides Libello: nos tamen argumenta tam firma ſubjiciemus ad doctrinarum inconſtantiam adſtruendam quibus ille ſcatet, ut ſapientibus admirationi, ſtupori literatis futura ſint.

Claud. Mamert. ap. Solorz. tom. I. de Jure Indiar. lib. 3. cap. 5. n. 13.

„ Hæc jure optimo obſervata eſſe ab eruditiſſimo Au„ ctore hujus operis ſatis evincunt verba ipſa Geographi græ„ co idiomate relata num. VII. quibus apprime reſpondent „ latinitate donata in verſione, qua uſus fuit Defenſor Pri„ matiæ Toletanæ. Cæterum monitum te velim, humaniſ„ ſime Lector, neque verſionem, neque editionem unicam „ factam eſſe Geographiæ ab Strabone græce conſcriptæ: „ multiplex enim ejuſdem operis editio verſioque eſt. Hu„ juſmodi verſionum quamlibet adire amabo non pigeat; „ porro invenies Hopperi, Xilandri, Iſaacii Caſaubo„ ni, aliorumque diligentia & labore Geographum hunc „ latine redditum, ac ſæpe editum Baſileæ, Pariſiis, Am„ ſtelodami eadem omnino præſeferre, quæ vindex eruditiſſimus Toletani Primatus attulit. At extat etiam prima „ illa verſio partim a Guarino Veronenſi, partim a Typher„ nate confecta, quam poſtea Cunradus Heresbachius, ac „ denique Hieronymus Gemuſæus, Henricus Glareanus, „ & Joannes Hartungus ab innumeris erroribus repurga„ runt; hanc vero quoniam de integro reficere oportebat, „ quod laudati viri non præſtiterunt, ideo medica adhuc „ manu indigentem eruditi omnes rejiciunt. Profecto in hu„ juſmodi verſione leguntur ea verba quæ Memoriale præ„ ſefert tanquam ad rem ſuam aptiſſima. Attamen id neu„ tiquam labefactare poteſt illibatam fidem hujus doctiſſi„ mi Auctoris, tum quia vera ipſe refert, tum præcipue „ quia ſex errores, quos diſtincte percenſet, in Memoriali aper-

Nota Auct. hujus verſion.

„ apertiſſimi ſunt. Certum enim eſt I. Staboni ſermonem „ non eſſe de incolentibus Tagi ripas, quum ſcopus illius „ ſit deſcriptio terminorum, quibus comprehendebatur Pro- „ vincia tunc Luſitania appellata. Certum eſt II. Provin- „ ciam hanc olim non fuiſſe circumſcriptam terminis & Po- „ pulis, ad quos dumtaxat Eſtrematura nunc protenditur. „ Certum III. eſt elogium illud Geographi *Gens ampliſſima* „ relatum ab Eccleſia Hiſpalenſi nequaquam accipiendum „ de ſolis Populis Eſtrematuram incolentibus, ac de omnibus „ qui tunc Luſitani dicebantur. Certum IV. eſt Carpetanos „ in Vaccæis non potuiſſe comprehendi, quum hi degant ultra „ montes, illi citra. Certum eſt V. ab Strabone de Vaccæis, „ & Callaicis loquente, non eſſe dictum: *Reliqui ſunt indigni*, „ *de quibus verba fiant*, *&c.* Quum enim Geographus, Me- „ moriali teſte, eos ſupra memoraverit, appellaveritque „ Populos minoris famæ; qua ratione quum de aliis ſermo- „ nem inſtituit, de iiſdem iterum locutum eſſe affirmabitur? „ VI. demum eſt certum, craſſo, maximoque in errore ver- „ ſari Memoriale, ubi Carpetanos excludit a Populis ex- „ preſſe, nominatimque a Geographo recenſitis, namque „ proculdubio in omnibus editionibus Carpetani primi „ recenſentur. Sex hoſce errores, quos vindex laudatus „ Toletanæ Primatiæ carpit in Memoriali nemo omnium „ excuſare poterit: omneſque admiratione dignum exiſti- „ mabunt, quod Memorialis Auctor habuerit præ manibus „ editionem Strabonis vitiatam atque corruptam, quum „ omnibus ex Bibliothecis tam obviæ, tam frequentes ſup- „ petant fideliſſimæ Strabonis ejuſdem verſiones. Nunc ve- „ ro proſequar cætera.

XI. Pagina decima ſeptima de Eccleſiis loquens, quas Exarchatus vocabat antiquitas: *Eſtas*, inquit, *eran tres Diœceſis. La de Aſia, cuya cabeza era Epheſo; la de Ponto, cuya cabeza era Ceſarea de Capadocia; y la de Tracia, cuya cabeza era Bizancio, todas las quales las fundò San Juan Evangeliſta; como dixo San Geronimo*: Totas Aſiæ fundavit, rexitque Eccleſias. *Fundadas eſtas Igleſias por San Juan, por eſta prerrogativa, ſus Obiſpos ſe trataron como Autocephalos.* Id eſt, „ Eccleſiæ iſtæ „ erant tres Diœceſes; nempe Aſiæ, cujus caput Epheſus, „ Ponti, cujus caput Cæſarea, & Thraciæ, cujus caput By- „ zantium: quas omnes fundavit D. Joannes Euangeliſta

te-

„ teſte Hieronymo: *Totas Aſiæ fundavit, rexitque Eccleſias.* „ Quarum Eccleſiarum Epiſcopi ob præſtantiam fundato- „ ris ſeſe gerebant perinde atque *Autocephali*. Rem creditu perdifficilem, atque incertam hæc verba continent: etenim Aſiæ omnes Eccleſias haud fundavit D. Joannes. Hieronymi autem verborum ſenſus qninam ſit ex Auctoribus, qui proferentur, planum fiet. Doceo nunc firmiſſimis rationibus doctrinam Memorialis de harum Eccleſiarum fundatione incertam eſſe. Et re vera S. Joannes graviſſimorum Auctorum ſententia Epheſum non migravit, niſi anno trigeſimo octavo poſt Chriſti mortem, idque vir ſingulari doctrina, & eruditione P. Azorius luculenter oſtendit: *Joannes*, inquiens, *poſt Hieroſolymam captam & dirutam a Tito, & Veſpaſiano Imperatoribus Romanis, anno trigeſimo octavo a morte Chriſti Domini ab Hieroſolymis in Aſiam ſe contulit, & Epheſi commoratus rexit Aſiæ Eccleſias, quas Petrus, & Paulus fundaverant. Et anno Chriſti nonageſimo ſecundo ex Aſia Romam adductus in dolium ferventis olei apud Portam Latinam conjectus, & nihil læſus in Pathmos inſulam relegatus eſt.* Hæc graviſſimus Theologus. *P. Azor tom. 2. part. 2. l. 1. cap. 24. pag. 100.*

XII. Audiamus pari gravitate Theologum, Sacræ Scripturæ oculatiſſimum interpretem Cornelium a Lapide, qui in commentariis Actuum Apoſtolorum expendens quo tempore Joannes Epheſum ſeſe contulit, &, primuſne illam fundarit Eccleſiam; *Hinc*, ait, *recte docet Beda anno Chriſti nonageſimo ſeptimo, Epheſinam Eccleſiam primitus non a S. Joanne, ſed a Paulo fuiſſe fundatam: unde S. Ignatius ſcribens ad Epheſios, Paulum Joanni in ædificatione Eccleſiæ Epheſinæ præponit. Epiphanius hæreſi quinquageſima prima ait, S. Joannem in ſenectute curaſſe Aſianam Eccleſiam.* Hoc Cornelii teſtimonium abunde ſatis apertum videtur. *Cornel. in Act. c. 19. pag. 288.*

XIII. Pagius item ſenior tomo primo critices Baronianæ in eamdem ſententiam loquitur, ubi poſtquam demonſtravit Beatiſſimam Virginem Mariam Epheſi nunquam fuiſſe, ſapienterque diſcuſſerit Concilii Epheſini primi textum qui affertur, expreſſe affirmat hac de cauſa S. Joannem non antequam ſenuerit migraſſe in Aſiam, ſeque Epheſum contuliſſe; ut nempe Beatiſſimæ Virgini perpetuo ſocius adhæreret: *Quæ ſit ratio, cur illam tardius adierit, curaturus Eccleſiam, quam jam Paulus fundaverat* idem Cornelius jam di- *Pag. tom. 1. p. 35. n. 3.*

 xe-

Digitized by Google

xerat ad duodecimum Actorum caput, ubi memorata diuturna Joannis manſione in Jeruſalem, ſic fatur: *S. Joannes diutius ibidem manſit, ut ſerviret B. Virgini, cui a Chriſto datus erat cuſtos, immo filius*. Ad alios nunc Auctores æque graviſſimos progrediamur.

Cornel. in cap. 12. Act. Apoſt.

XIV. Cardinalis Baronius, & Spondanus vir clariſſimus ita ſentiunt. *Joannes in Aſiam profectus, eas Provincias, quibus jam Petrus (ut vidimus) Euangelium annunciaverat, & Eccleſias complures erexerat prædicatione ſua excoluit. At vero Epheſinam a Paulo fundatam, a Joanne curatam eſſe, auctor eſt Iræneus. Et certo probari videtur ex his, quæ de Pauli illic prædicatione, & mora triennii inferius dicentur: ſicut & eumdem Paulum complures alias ejuſdem regionis Eccleſias fundaſſe, ſatis ex eo colligitur, quod Lucas in Actis demonſtret, eum diverſas Aſiæ Provincias prædicando peragraſſe; ipſe vero Paulus alibi teſtetur, ſe minime prædicaſſe, ubi jam receptum eſſet Euangelium*. Hucuſque doctiſſimus Epiſcopus.

Baron. n. 1. ad ann. 44. Spondan. tom. 1. ad ann. 44. n. 11. pag. 23.

XV. Ab hac Auctoris graviſſimi ſententia non ſtatim recedens rem conſidero, qua, ni fallor, belliſſime comprobatur id, quod docere conſtitui. Liquet ex Actuum capite decimo octavo D. Paulum Epheſi manſiſſe, necnon cum Hebræis in Synagoga diſputaſſe, quo ſane tempore nulla adhuc Epheſi Eccleſia conſtituta fuerat, neque Euangelium annunciatum. Et quanquam Apoſtolus in Synagoga cum Judæis diſputavit, præcipua tamen Myſteria fidei eiſdem non aperuit; unde in magna rerum ignoratione, ut videre erit, verſabantur, eo quod diutius ibi commorari non potuit Paulus, ſicut ab iiſdem rogabatur: *Devenitque Epheſum: ipſe ingreſſus Synagogam diſputabat cum Judæis, rogantibus autem eis ut ampliori termino maneret, non conſenſit*. Quumque idem Apoſtolus veniſſet Cæſaream, (Cappadociæ, an Syriæ fuerit, utrimque Auctores videri poſſunt penes Cornelium ad idem caput) Antiochiam, Galatiam, & Phrygiam; iterum ſe contulit Epheſum, in qua Urbe quid geſſerit ex ſequentis capitis verbis apparet: *Factum eſt autem, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus veniret Epheſum, & inveniret quoſdam Diſcipulos; dixitque ad eos, ſi Spiritum Sanctum accepiſtis? At illi dixerunt: neque ſi Spiritus Sanctus eſt audivimus. Ille vero ait: in quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt in Joannis Baptiſmate*. Qua ex hiſtoria ad verbum relata in Actis Apoſtolorum, firmiſſimum con-

Act. Apoſt. c. 18.

Corn. a Lap. in Act. c. 18. v. 22.

Act. Apoſt. c. 19. verſ. 1.

conficitur argumentum, Eccleſiam Epheſi a D. Paulo eſſe fundatam, illud autem ſic ſe habet.

XVI. Quum Apoſtolus Epheſum rediit, qui illic morabantur diſcipuli Baptiſma inſtitutum a Chriſto Domino haud acceperant; non ergo erat Epheſi Eccleſia Chriſti; quod evidens certe eſt, nondum enim reſeratum erat oſtium, qua in illam patet aditus. Præterea illi Diſcipuli tanta in eorum quæ ſpectant ad Chriſti fidem ignoratione detinebantur, ut ne præcipuum quidem ejuſdem fidei Myſterium noſcerent, quo altiſſima Myſteria cætera nituntur; omnibus enim patens eſt eos latuiſſe Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis; quippe qui faſſi ſunt nihil de Spiritu Sancto ſe audiviſſe. Ergo Joannes nondum Epheſiis nunciaverat Euangelium Chriſti, neque fundarat Eccleſiam. Quod manifeſtum fit; nam Eccleſia Chriſti fidem amplecti nequaquam poteſt, niſi confiteatur, & credat Myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis; neque ipſam prædicare Joannes poterat, abſque declaratione tanti illius Myſterii. Ergo ſi Diſcipuli iidem Spiritum Sanctum eſſe non audierant; quis revocare in dubium auſit S. Joannem nondum Epheſi predicationis munere functum fuiſſe, neque Chriſti Eccleſiam ibidem fundatam ab eo tum viguiſſe, quum Epheſi prædicantem Paulum audiebant?

XVII. Idem luculenter probatur D. Lucæ verbis eodem Auctorum capite. Refert ipſe, quantum prædicatione profecerit Divinus Præco; quot, quantiſque in Aſia miraculis claruerit; quantas denique conciverit turbas Demetrius, Epheſiorum animos excitando adverſus Apoſtolum gentes innumeras convertentem: *Videtis, & auditis, quia non ſolum Epheſi, ſed pene totius Aſiæ Paulus hic ſuadens avertit multam turbam, dicens, quoniam non ſunt Dii, qui manibus fiunt.* *Act.19.v.26.* Hæc enim fidem faciunt, quod ante id temporis, quum Paulus ad Chriſti fidem Gentes illas concionibus, & miraculis convertebat, D. Joannes neque Epheſi, neque in ulla ex Aſiæ Provinciis nunciaverat Chriſti Euangelium, neque ullam Eccleſiam fundaverat: etenim Idolo-latriam proculdubio damnaſſet, nec Paulus iram illorum primus expertus eſſet, quod Idolo-latriam condemnabat, & Divinitatem in manufactis eſſe inficiabatur. Plures revera ex eodem Spondano textus afferri poſſent (attamen miſſos facio, ne copia eorum lectorem oneret) qui omnes propoſitioni adverſantur, quam falſitatis conamur arguere.

XVIII. Huc accedit, quod in Aſiaticarum numero Eccleſiarum Antiochena Syriæ recenſetur, quam Hiſpalenſis Aſiaticam eſſe non ibit inficias. Hæc vero ea eſt abſque dubio quam Divus Petrus conſtituit, antequam venit in Europam: abſque dubio inquam, etenim dubitari non licet de re, quæ conſtanti Majorum traditione firmatur, quamque auctoritas Conciliorum, Scriptores omnis generis, ejuſdemque Cathedræ anniverſaria ſolennia teſtantur, uti Baronius, & Spondanus affirmant, qui, ad undequadrageſimum annum poſt Chriſtum, de Antiochena Eccleſia loquentes; *Quam*, inquiunt, *hoc ipſo anno ab eo* (Petro) *fuiſſe erectam atque in eadem poſtmodum ſeptem annis ſediſſe Epiſcopum, Majorum traditione, Conciliorum auctoritate, & omnis generis Scriptorum teſtificatione, necnon ipſius inſtitutionis anniverſaria celebritate antiquitus in ipſa Catholica Eccleſia fieri ſolita, die vigeſima ſecunda Februarii, demonſtratur*. Quæ quum ita ſint, non igitur Joannes Eccleſias Aſiæ omnes fundavit.

Baron. tom. 1. ann. 39. Spondan. ad ann. 39. n. 3. p. 65.

XIX. Reſtat nunc ut D. Hieronymi verba quæ Hiſpalenſis Eccleſia e Breviarii lectionibus, quæ ſeptimo Kalendas Januarias leguntur, decerpſit, conſiderentur. Ea ſcilicet quum ejuſdem S. Doctoris vere ſint, magnum poſſent negotium faceſſere. At integra cum fide proferantur: luce clarius erit aliam iiſdem ſubjectam notionem eſſe, ab ea quam videntur exhibere. Quod ut oſtendam, verba ipſamet Doctoris maximi afferenda erunt, qui poſtquam ait, Joannem e fervent oleo incolumem evaſiſſe, pergit narrare, quomodo in Pathmos inſulam relegatus fuit, unde Domitiano jam trucidato, atque Imperii habenas moderante Nerva, reverſus fuit Epheſum, ibique permanens ad uſque Trajani tempora totas Aſiæ fundavit, & rexit Eccleſias. *Sub Nerva Principe rediit Epheſum ibique uſque ad Trajanum Principem perſeverans totas Aſiæ fundavit, rexitque Eccleſias*. Quæ quidem verba ſi literali tantum ſenſu accipiantur, non ſolum a veritate erunt aliena, ſed Sacræ etiam Scripturæ contraria; nam ſignificare videntur a Domitiani obitu Joannem in Aſiam reverſum Eccleſias ibidem fundaſſe: ſecus autem Scriptura teſtatur, longe ante Principes Apoſtolorum interfectos in Aſia Eccleſias extitiſſe, quibus uterque Apoſtolus Petrus & Paulus epiſtolas conſcripſerunt.

XX. Neceſſe eſt igitur, ut veram Doctoris Maximi ſen-

ten-

tentiam exponam, certo enim ſcio, nihil anceps a tanto viro prolatum iri. Ampliſſimus Cardinalis Baronius, & clariſſimus vir Henricus Spondanus rem luculenter enodant. Audiamus poſtremum, qui utriuſque partes explebit: *Quod Hieronymus dixit*, (verba ejus ſunt) *totas Eccleſias Aſiæ ab eodem Joanne eſſe fundatas, ſic intelligimus, ut eas adhuc novellas, verbis, atque ſcriptis ſtabilierit; quum ea in regione plures hæretici agerent*. Et certe hic S. Hieronymi verborum genuinus ſenſus eſt; hæc ſancti Doctoris mens, cui verba ipſa ſervire nos docet Jus Canonicum: *verba ſervire debent intentioni, non intentio verbis*. Quum enim Euangeliſta Epheſum rediit, poſtquam paſſus Romæ Martyrium, & in Pathmos inſulam relegatus fuit, quæ D. Hieronymus memorat, Epheſina jam Eccleſia fundata erat, & S. Timotheus Martyrii palmam retulerat, qui primus fuit Epheſi Antiſtes ex Euſebio apud Spondanum.

Spondan. ubi ſupra.

Cap. intellig. de verb. ſignis.

Euſeb. hiſt. l. 4. apud Spondan. ad ann. 57. n. 52.

XXI. Ex allatis conſtat de ambiguitate doctrinæ Fundationis Eccleſiarum Aſiæ Apoſtolo Joanni adjudicatæ, quam doctrinam veluti certam amplexa eſt Eccleſia Hiſpalenſis, nequaquam expendens quo ſenſu accipi oporteret Hieronymi verba. Nos autem, D. Hilario docente, S. Doctoris verba juxta veram eorum intelligentiam expoſuimus. *Intelligentia enim dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus*.

Mem. pag. 115.

Hilar. lib. 4. de Trinit.

CAPUT IV.

ANIMADV. III. CAP. II.

Exhibentur aliæ doctrinæ incertæ, & vitiatæ.

SUMMA CAPITIS.

I. *Falſo traduntur in Memoriali eſſe Apochryphæ Decretales Pontificum a D. Clemente ad S. Siricium.*

II. *Bellarminus docet non Apochryphas, ſed vitiatas eſſe Decretales ante annum 300.*

III. *Hæreticorum, Græcorumque fraude multa irrepſerunt in ſanctiora volumina.*

IV. *Idem evincitur Bellarmini auctoritate.*

CAP. IV. V. *Ex mente Suarez rejicienda eſt opinio Hæreticorum contra Decretales priorum ſeculorum Eccleſiæ.*
VI. *Defenſio earundem Decretalium.*
VII. *Ratio cognoſcendi num ſcripta ſint apochrypha.*
VIII. *Decretales citatæ a Pontificibus & Concilii Vaſenſis Patribus, contra quam tradit Memoriale Hiſpalenſe.*
IX. *Pp. Gelaſius prædeceſſorum Pontificum Decretales percenſet, & Ruffinus latinam fecit epiſt. Decretalem S. Clementis.*
X. XI. *Memoriale negat Patriarchatum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, & præeminentiam Conſtantinopolitanæ, conſtituta eſſe in Oecumenico Concilio II. Conſtantinopolitano* I. *& confirmata in Chalcedonenſi Oecumenico IV. & rejicit ad Lateranenſe IV.* 1215.
XII. *Bellarmini auctoritas contra hujuſmodi doctrinam.*
XIII. *Card. Baronius, & Spondanus affirmant anno ſaltem* 554. *Eccleſiam Hieroſolymitanam Patriarchalem factam eſſe.*
XIV. *Summi Pontifices, & Concilia ante Lateranenſe IV. fidem faciunt Præſules Conſtantinopolitanum, & Hieroſolymitanum fuiſſe Patriarchas.*
XV. *S. Gregorii teſtimonia de hac re.*
XVI. XVII. *Aliæ auctoritates idem adſtruentes.*
XVIII. *Alia Summorum Pontificum teſtimonia.*
XIX. XX. & XXI. *Teſtimonia Conciliorum Generalium VI. VII. & VIII.*
XXII. & XXIII. *Concilium Lateranenſe IV. non confert, ſed confirmat primum locum poſt Romanum Pontificem Patriarchæ Conſtantinopolitano, contra doctrinam Memorialis.*
XXIV. *Confirmatur exemplo, & concluditur.*

I. DOcere hîc ſaltem deſiiſſet Eccleſia Hiſpalenſis res adeo incertas; impune ferret. Verum præclariores etiam ſuperioribus fallaciæ in oculos incurrunt. Pag. 12. ſui Memorialis affirmat apochryphas, nullaſque habendas eſſe Decretales omnes epiſtolas, quæ D. Clementis, & S. Siricii mediis 380. annis emanarunt, tametſi Vviclephii propoſitio ejuſmodi a Conſtantienſis Concilii Patribus damnata fuerit. *Decretales epiſtolæ* (ſic ille effutiebat) *ſunt apochryphæ, & ſeducunt a Chriſti fide.* Siquidem hanc Memorialis auctor animadvertit in duas diviſam eſſe partes; quarum alteram oſtendit damnationi obnoxiam non fuiſſe, *porque*, inquit, *la apoyan deſpues de la condenacion oy los Autores ſiguientes Belarmino, &c.* (Mem. pag. 12.) „ Quippe quæ poſt eam latam ſententiam his hodie Auctoribus nititur: Bellarmino, &c. Ad ampliſſimi hujus viri nomen obmutui, certumque habui non ante deſcendere ad ceteros, quam tanti, quo utitur Anathema illud, Patroni mentem

tem aſſequerer. Tot numero, tantaque volumina verſaturo mihi (etenim data opera non appoſuerat is locum) diu laborandum non fuit, controverſia enim illa fuit obvia, quæ agit de ſuprema Pontificis auctoritate, meumque deſiderium explevit. Maximus hic aſſertor Catholicæ fidei præ argumentis cæteris, quibus legitimam Romanorum Pontificum ſucceſſionem in Apoſtoli Petri locum evincit, quartumdecimum ducit ex eorumdem Pontificum teſtimoniis, quæ in tres claſſes dividit.

II. *Prima claſſis*, ait, *continet epiſtolas Pontificum, qui ſederunt uſque ad annum* 300. *in quibus Magdeburgenſes, & Calvinus fatentur vere aſſeri Primatum, ſed eas epiſtolas dicunt eſſe confictas, & recentes, ac falſo Pontificibus adſcriptas.* Nihilo tamen minus Decretalium auctoritate utitur, quas ſancti Pontifices condiderunt Clemens, Anacletus, Evariſtus, Alexander, Pius, Anicetus, Victor, Zephyrinus, Callixtus, Lucius, Marcellus, Euſebius, Melchiades, & Marcus. Patet igitur has neque omnino apochryphas, neque nullius auctoritatis judicatas a tanto viro: non enim teſtimonia illarum afferret ad rem adſtruendam perinde magnam, ac veram. Vitiatas alicubi eaſdem fuiſſe non diffitetur, ſeque idcirco non omni ex parte veras, atque indubitatas temere affirmaturum: ſibi vero nequaquam convenit cum Memoriali, iis nempe auctoritatem omnem detractam fuiſſe.

Bellarm. tom. 1. controv. l. 2. de Rom. Pontif.

III. Re quidem vera Hæreticorum induſtriâ tum in laudatas Decretales, tum in vetuſtatis graviſſima monumenta, tum etiam in ſanctorum Patrum ſcripta, & Oecumenica Concilia irrepſit, quidquid ſuadente malitia, ad roborandos errores, veritatem oppugnandam, & falſitatem firmandam eſſet ſatis. Præterea neminem Eruditorum præterit, id in more poſitum fuiſſe Græcorum, ut ſacra plerumque volumina mille fallaciis inſpergerent. In quinta Oecumenica Synodo tot inter capita Hæreticorum inſaniſſima, quibus anathema fuit inflictum, malitia, & fraus Græcorum nomen intulit Honorii Romani Pontificis, qui ne latum quidem unguem a fide deflexit; uti teſtantur ampliſſimi Cardinales Bellarminus, & Sfondratus, necnon erudititiſſimus Joannes Garnerius. At vero Oecumenica illa quinta Synodus eam ob rem dicenda erit apochrypha? Hujuſmodi item Nicæna, toto Catholicorum orbe celebratiſſima, habenda erit, eo quod

Joan. Garn. in lib. Diurn. Rom. Pont. in append. ad not. cap. 2. pag. 180, n. 28.

Bellarm. tom. 1. l. 4. de Rom. Pont. c. 11.

Card. Sfondrat. Gall. vindic. diſſ. 3. §. 1. n. 9.

quod in ea dinumerantur anni contra quam Orientis Provinciæ, ac cæteræ nationes conſueverunt, juxta morem tum temporis in Hiſpania dumtaxat vigentem, nempe annos putandi per Æras; namque illa dicitur congregata eſſe 300. ſexageſima tertia Æra, præterquam quod ejuſdem chronologia tum temporum, tum Conſulum difficilis maxime reperitur? Ecquis auſit id aſſerere? Profecto ne impudentiſſimo quidem ore aliquis, niſi mea me fallit opinio.

Tom. 2. Conc. edit. Regia p. 232.

IV. Verumtamen facturum me operæ pretium arbitror, ſi ſapientiſſimi Cardinalis verba oſtendero a Memorialis ſententia penitus diſcrepare. Is, poſtquam expendit Summorum Pontificum auctoritatem a D. Clemente ad S. Marcum, continuo proſequitur. *Ad hæc nihil reſpondent, niſi eſſe recentia, & ſuppoſititia. At quamvis aliquos errores in eas irrepſiſſe non negaverim, nec indubitatas eſſe affirmare audeam; certe tamen antiquiſſimas eſſe, nihil dubito. Mentiuntur enim Magdeburgenſes.* cent. 2. cap. 2. ad finem. *Quum dicunt nullum fide dignum Auctorem citaſſe has epiſtolas, ante tempora Caroli Magni.* Hæc docet Bellarminus tribus nominibus Eminentiſſimus, nempe Cardinalatûs dignitate, doctrinæ laude, vitæque ſanctimonia ab iis quæ Memoriale refert diſcrepantia.

Bellarm. ubi ſupra.

V. Quæ ab hæreticis data reſponſio mirum in modum arridet Memoriali, quin etiam æquo magis exultans illud efficit. Quapropter audiendum erit, quid de eadem ſentiat eximius Doctor Suarez in libro quem Catholicæ Fidei Defenſionem inſcripſit adverſus Angliæ Regem Jacobum. Graviſſimus & juxta luculentiſſimus Auctor, quum Pontificum auctoritatem ſummam probaverit ex Decretalibus eorumdem priſca memoria petitis, Hæreticorum pone reſponſum affert idem, quod tanto Patrono, & adverſario noſtro Memoriali adſtruitur. *Reſpondent*, ille ait, *non conſtare prædictas epiſtolas Decretales eſſe legitimas, imo multa in eis reprehendunt, propter quæ earum auctoritatem contemnunt.* Ipſis iiſdemque verbis utitur Memoriale, ut deſpectui habendas oſtendat Pontificum Decretales. At ſapientiſſimus idem Doctor quanti reſponſum id faciat attendamus: *Verumtamen*, continuo proſequitur, *hæc reſponſio non ſolum apud Catholicos, ſed etiam apud quoſcumque eruditos & prudentes viros tanquam frivola & incredibilis rejicienda eſt.* His verbis abrogat Hæreticorum commenta laudatus Auctor.

P. Suar. defenſ. Fidei lib. 3. c. 16.

VI.

VI. Cum ſententia hac tam præclara viri præter plurimos commendabilis, qui tum omnium ſibi exiſtimationem collegit, tum divinitus inſtitutus ad rerum omnium ſapientiam eſt viſus, nihil enim ſuis in eruditiſſimis operibus quid minus probandum, (arguendum non auſim dicere) reperitur; quicumque ingenio magis præſtet perquam difficile comparabit ea, quæ leguntur in Memoriali. *Oy*, ait, *no ſe puede negar, que ſon ſupueſtas, y el que lo dudare deſpues de tantos eruditos, que lo afirman, podrà vèr à Don Manuel Schelſtrate en ſus Antiguedades Ecleſiaſticas iluſtradas*. Eadem latine: „ Hodie negari non poteſt, ſuppoſitias eſſe (Decretales epiſtolas). Siqui autem tot virorum eruditione ſingularium opinione poſthabita, id revocarent in dubium, Emmanuelis Schelſtratii Antiquitates Eccleſiaſticas illuſtratas adire non dedignentur. Itane vero? Eouſque opinionis error adducit? Ego hercle, ego in dubium revoco; eoque id magis ago, quoniam præterquam quod eximii Doctoris allata verba id ſuadent, volumen integrum ab eruditiſſimo Franciſco Turriano ven. Societatis Jeſu elaboratum ſcio, quo in volumine tum legitimas oſtendit Decretales epiſtolas, tum Hæreticorum conatus deprehenſos oppreſſit, & Criticorum verſutias eluſit. *Mem. ibidem.*

VII. Quod ſi nec tantæ auctoritatis homines, nec firmiſſima argumenta ſunt ſatis, ut dubitem, utrum epiſtolæ Decretales vere ſuppoſititiæ habendæ ſint, quæro ab Eccleſia Hiſpalenſi: Rei hujus, quam indubitatam affert, undenam evidentia peti poteſt? Etenim in re tam remota quid certi ſit intelligo, experientia magiſtra, dum ne illa quidem, quæ noſtra memoria evenerunt, indubitata reperiuntur. Duplici ratione Archiepiſcopus Pariſienſis monet cognoſci poſſe, utrum ſcripta ſint apochrypha, necne. Ac primo: *Opuſcula in quibus ſunt nævi quidam*. Quo ſenſu Decretales epiſtolæ dici poſſent apochryphæ; at nullius auctoritatis habendas, immo negligendas, pace dixerim id affirmantis, Emmanuel Schelſtratius nequaquam docet: quibus autem argumentis rem oſtendit, eorum aliis aptari poteſt perſpicua, facilis, ac vera ſolutio; aliis vero valde probabilis. Quod obiter dictum ſit, pergo enim differere his majora. *Petr. de Marcha de concord. Imper. & Sacerd. lib. 3. cap. 2. 5. 7.*

VIII. In calce octavi numeri hæc leguntur: *Todo eſto* *Mem. ubi ſupra.*

 ſe

ſe ha dicho, para que en lo que en adelante ſe dixere, no ſe oponga el texto de las dichas Decretales, como firme apoyo de la antiguedad, conſtando averſe fabricado en el ſiglo nono de la Igleſia, que es quando ellas parecieron la primera vez. Id eſt „ Quæ „ omnia dicta ſunt, ne iis quæ mox dicturi ſumus Decre- „ talium earumdem Textus objiciatur, veluti firmiſſimum „ antiquitatis præſidium, quum conſtet nono Eccleſiæ ſe- „ culo fictas eſſe, quo primum tempore adhiberi ſunt cœptæ. Id vero quam falſum ſit ex eo potiſſimum liquet, quod non ſemel prolata earumdem teſtimonia occurrunt ante id tempus, quum traduntur eſſe conditæ. Et ſane in Synodo Vaſenſi quæ congregata fuit in Gallia Narbonenſi anno redemtionis noſtræ 442. nempe annis duodeſexaginta & tercentis ante primordia ætatis decimæ, hæc habentur Canone ſexto: *Ex epiſtola S. Clementis utilia quæque præſenti tempore Eccleſiis neceſſaria ſunt proferenda.* Poſtea verba ipſa Decretalium leguntur, quæ quoniam ſatis multa ſunt, nec ad rem noſtram facientia, miſſa facimus. Sanctus item Pontifex Leo, quem Magnum ob res præclare geſtas appellant, quique circa eamdem ætatem floruit, S. Innocentii I. Decretales memorat, aliorumque Præceſſorum ejus, ut ex ſecundæ ipſius epiſtolæ quinto capite unicuique apertum fiet.

Conc. Vaſenſ. in Gall. Narb. ann. 442. tom. 7. Conc. impreſſ. Reg. pag. 285.

IX. Gelaſius, qui Apoſtolicam Sedem decimum circiter annum ante ſextum ſeculum explebat eo in diplomate, quod dedit de libris authenticis, quodque videre etiam eſt in Decreto Gratiani, percenſet Decretales Præceſſorum epiſtolas. Huc accedit, quod Ruffinus, qui circa dimidium quinti ſeculi florebat, ab ſe in latinum idioma verſam eſſe teſtatur S. Clementis epiſtolam, quam ne forte aliquis dicat interiiſſe, graviſſimus Auctor Gennadius affirmat ipſam eamdemque a Ruffino latine converſam eſſe, quæ præ omnium manibus verſatur. Quapropter falſo dicuntur Decretales epiſtolæ nono primum ſeculo prodiiſſe. Quamvis autem nonnulli ex Eruditis noſtrorum temporum contra ſentiant, tamen adverſus auctoritates allatas ii nequicquam inſurgunt. Itaque fatendum eſt longe ante ſeculum nonum eaſdem Decretales viguiſſe.

Gelaſ. P. Decret. de lib. Authent.

Decret. 15. cap. 3.

Gennad. de Viris Illuſtr. in Ruf.

X. Aliam inſuper doctrinam æque falſam Memoriale præfert, quæ ſæpiſſime fit obviam. Ac primum: pag. 16. ſermonem habet de Patriarchalibus Conſtantinopolitana, &

Mem. p. 16.

Hic-

Hieroſolymitana, quæ fuerunt conſtitutæ ab Oecumenica ſecunda Synodo Conſtantinopolitana prima, necnon confirmatæ a Chalcedonenſi ex Oecumenicis quarta, in qua ſancitum fuit, ut Conſtantinopolitana Alexandrinam, & Antiochenam præiret. Ait autem clam non eſſe, quod inſtitutio illa Patriarchalium, & Conſtantinopolitanæ præeminentia jam tum non viguerunt, auctoritas enim deerat Pontificis Summi (benigne nimis nobiſcum agit, ſubreptitium quippe melius dixerat, quoniam Legati S. Leonis I. Paſchaſinus, & Lucentius ejuſmodi Decreto non præerant.) Quapropter Pontifex Leo Chalcedonenſi Concilio comprobato Canonem illum rejecit, quemadmodum ex epiſtola 53. habetur, quæ in fine laudati Concilii legitur Tom. IX. in hæc verba: *Non convellantur jura Primatuum, nec privilegiis antiquitus inſtitutis Metropolitani fraudentur Antiſtites.* Qua in re mihi ſecum conſtat. *S. Leo epiſt. 53. tom. 9. Conc. Reg. impreſſ. pag. 213.*

XI. Verum enim vero aberrat toto Cælo tum pluribus in locis, tum præſertim ubi refert: *La Sede Apoſtolica pudo diſſimular eſte atentado con aquellos Principes, y Prelados, que lo executaron; mas nunca ſe pudo reducir à conſentirlo, mucho menos à aprobarlo, haſta el tiempo de Innocencio III. en el Concilio quarto Lateranenſe el año de 1215. quando eſte Pontifice aprobò eſtos Canones.* Hoc eſt: „ Potuiſſe fieri, ut S. Sedes uſurpationem hanc Pontificiæ auctoritatis cum iis Principibus, Præſulibuſque, per quos perpetratum eſt facinus, diſſimularet; nequaquam vero ut admitteret, ratumque haberet uſque ad Innocentii III. tempora in quarto Concilio Lateranenſi habito redemtionis anno 1215. tum ſiquidem Pontifex eumdem Canonem approbavit. Haud facile negotium eſt ejuſmodi doctrinam fulcire, utut laudati Concilii, aliorumque vetuſtiorum auctoritas, Summorumque Decreta Pontificum, graviſſimorumque Auctorum monumenta producantur. Rem attente conſideremus, patebit hujus doctrinæ imbecillitas, immo vanitas. *Mem. part. 2. n. 92. pag. 239.*

XII. Omni ſuperior laude Bellarminus Cardinalis affirmat, Conſtantinopolis ac Hieroſolymorum Patriarchatus legitimam, pacificamque dignitatum ſuarum poſſeſſionem iniiſſe ab ſexto ſæculo. Verba ejus referam. Ait igitur, quod Conſtantinopolitani, & Chalcedonenſis Concilii Decretis non ſuffragantibus; *Non ante Juſtiniani tempora id à*

Bellarm. tom. 1. de Rom. Pont. l. 7. cap. 24. §. His acceſſit.

Romanis Pontificibus impetravit, tempore autem Juſtiniani, id eſt, poſt annum Domini 500. tum Imperatoris opera, tum Pontificum Romanorum permiſſione, cœpere Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus Epiſcopi in numero Patriarcharum haberi, nullo amplius reclamante.

XIII. Quamvis autem Card. Baronius, & Henricus Spondanus Juſtiniano vertunt vitio, quod 131. novella Decretum exhibuerit præeminentiæ ac Patriarchatus Conſtantinopoleos, cæteroqui Synodorum, quas dixi, ſanctionibus comprobatum; tamen affirmant, quod A. D. 554. Hieroſolymorum Eccleſia Patriarchalis renunciata fuit in quinta Oecumenica Synodo, Cæſareæ ac Scythopolis Metropolitanis eidem ſubjectis, qui ad Antiochenum olim Patriarcham ſpectabant; & Berytenſe, ac Rubenſe, qui pertinebat ad Alexandrinum Patriarcham; additis inſuper Suffraganeis aliis à variis Metropolitanis detractis, ut Metropolis Hieroſolymitanæ decus non eſſet impar dignitati Patriarchatus, quam pridem fuerat aſſequuta. Hæc autem verba eorum ſunt. *Nunc vero Hieroſolymitana Eccleſia Patriarchatu vere aucta cognoſcitur.* Unde novum in ſcribendo de ipſiſmet Patriarchatibus crimen nuper admiſſum emergit, quod nempe Anatolii Conſtantinopolitani, & Juvenalis Hieroſolymitani Præſulum Succeſſores, (in quorum gratiam Chalcedonenſe Concilium id Decretum condidit, quod S. Leo non ſolum rejecit, ſed per literas objurgavit etiam audaciam Patrum,) *de facto, ac propria auctoritate in Patriarchatuum poſſeſſionem veniſſe.* Nam Hieroſolymitano ſaltem non defuit quintæ Synodi Oecumenicæ auctoritas, Romano Pontifice non repugnante, ſi expreſſe annuiſſe non dicitur.

Baron. tom. 8. n. 552. pag. 441. Spondan. tom. 2. ad ann. 554. n. 18.

XIV. Patriarchatus quidem ipſos ante Concilium Lateranenſe quartum Innocentii III. ævo extitiſſe, teſtimonia comprobant locupletiſſima tum Summorum Pontificum; tum Conciliorum, quæ Lateranenſe ipſum præiverunt, in quo Conſtantinopoleos, & Hieroſolymorum Præſules Patriarcharum nomine, atque honore decorantur, tribus aliis digniori habito Conſtantinopolitano. Principem occupari locum tot inter teſtimonia, quæ ſuppetunt, neceſſe eſt a S. Pontifice Gregorio & ſanctitate, & doctrina præſtantiſſimo. Quod ut luculentius fiat, animadvertendum erit, id in Pontificum antiquorum more fuiſſe poſitum, ut quumprimum

D. Petri Cathedram poſſiderent, Patriarchas, & Præſules cæteros Autocephalos certiores facerent de ſumma dignitate, quam recenter fuerant conſequuti. Quod liquet ex eruditiſſimi Garnerii opere inſcripto: Liber Diurnus Rom. Pontificum: Lutetiæ Pariſiorum excuſo anno 1680. Eamdem conſuetudinem A. Redemtionis 608. viguiſſe tradit Euthimius Sygebenus ſua in Panoplia ſic ſcribens: *Vſque ad tempora Sergii Conſtantinopolitani. Romanos Pontifices in Epiſcopatus ſui exordio literis canonicis ad Sedes omnes Patriarchales tranſmiſſis, ſymbolum (ſuæ fidei) inſeruiſſe*. Etenim quum idem Sergius 608. anno Patriarcha Conſtantinopolitanus fuerit conſecratus, morem illum ſervatum fuiſſe eodem anno evidenter apparet. Evidentius autem fiet ex epiſtola 24. libri primi quæ legitur in XIII. volumine Conciliorum, quem S. Pontifex Gregorius dedit ad quatuor Præſules Conſtantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ, ac Hieroſolymorum, tribuens locum principem Conſtantinopolitano. *Gregorius Joanni Epiſcopo Conſtantinopolitano, Eulogio Alexandrino*. Undecimo item libro ex alia Pontificis ejuſdem epiſtola Patriarchæ nomen expreſſum habetur; *Gregorius Cyriaco Patriarchæ Conſtantinopolitano*.

Joan. Garn. l. diurn. Rom. Pont. ad not. cap. 2. in Append.

Euthim. Sygeb. Panop. tit. 12. ap. Garn. ſup. p. 163.

S. Greg. in Regeſt. l. 1. Indic. 9. ep. 24. tom. 13. Concil. ed. Reg. p. 170.

Idem lib. 11. epiſt. 47.

XV. Sanctiſſimus idem Pontifex in epiſtola ad Natalem Epiſcopum Salonicæ, quam Morinus memorat, verba faciens de Honorati Archidiaconi temeritate: *Quod ſi*, ait, *quilibet ex quatuor Patriarchis feciſſet, ſine graviſſimo ſcandalo tanta contumacia tranſire nullo modo potuiſſet*. Et libri ſeptimi epiſtola quinta, quam Pontifex dedit ad Reginam Galliarum Brunechildem poſtquam anathemate percuſſit eos ſchiſmaticos, qui ab Eccleſiaſtica diſciplina ut recederent, ſuoque viverent arbitratu, Deciſionum Sacroſancti Chalcedonenſis Concilii affectabant inſcitiam, ſic ſcribit: *Sed ita eos erroris labes imbibit, ut ignorantiæ ſuæ credentes, univerſam Eccleſiam, atque omnes quatuor Patriarchas, non ratione, ſed malitioſa mente refugiant*. Ubi recenſente S. Pontifice quatuor Patriarchas dubitandi locus remanet nullus, quin legitimos ipſe habuerit Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum, quibus omiſſis duo tantum Patriarchæ numerabantur.

Joan. Morin. l. 1. exercitationum exerc. 7. pag. 62.

S. Greg. Reg. ep. 37. l. 2. indict. 10.

XVI. In Oecumenica octava Synodo (res erat de Photio deponendo Patriarcha Conſtantinopolitano intruſo) dixiſſe ferunt Photii ſectatoribus Græcorum Imperatorem

Baſil. Imp. in Conc. Gen. 8. act. 6.

Baſilium: *Judicium quatuor Patriarcharum quis reſcindet? Ad quem, ut ab Anathematis cenſura expediamini, confugietis, qui in quadruplici hoc Patriarcharum foro eſtis condemnati?* Quamobrem Anaſtaſius Bibliothecarius qui circa annum 850. Redemtoris florebat, Eccleſiæ corpus Myſticum comparat cum mortali hoc, atque humano quo utimur; nam quinque ſunt Patriarchales Eccleſiæ, non ſecus ac quinque ſunt corporis ſenſus; & quemadmodum hi ab una pendent voluntate, ita prorſus eorum quinque Patriarcharum una eademque eſſe debet voluntas. *Quum Chriſtus in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, Tot Patriarchales ſedes, quot in mortali corpore ſenſus locaverit, profecto nihil generalitati deeſt Eccleſiæ, ſi omnes illæ ſedes unius fuerint voluntatis.* Hunc Bibliothecarii locum videre eſt apud eruditum Morinum. Luculentiſſimum ſuppetit aliud Balſamonis teſtimonium, a quo proferendo me abſtineo, etenim quinque Patriarcharum hiſtoriæ admiſcuit auctor errores non leves.

Anaſt. Biblioth. ep. ad Adr. II.

Jo: Morin. l. 1. de Primat. exerc. 7. pag. 58.

Balſam. de Patriarch. privil. jur. Orient. lib. 7.

XVII. Nullo autem pacto ſunt omittenda, quæ leguntur apud S. Theodorum Studitem epiſt. 129. quam affert P. Sirmondus volumine quinto. Florebat is quidem circa A. 820. nam Card. Bellarminus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis obitum ejuſdem refert prædicto tempore: *Miraculis clarus migravit in Cœlum anno* 820. Itemque Baronius tomo nono ad annum 826. mentionem de illo facit. Complures extant ejuſdem epiſtolæ adverſus Hæreticos, quas omnigena eruditione P. Jacobus Sirmondus publica luce donavit ſuorum operum laudato volumine V. in quarum una contra Iconomacos ſcripta, de Apoſtolis ſermonem inſtituens ita fatur: *Quinam porro ſunt eorum ſucceſſores? Qui Romanam nunc primam Sedem tenet. Qui Conſtantinopolitanam ſecundam. Qui Alexandrinam, & Antiochenam. Qui & Hieroſolymitanam.* Hinc fas eſt cognoſcere, quod anno circiter 820. nempe 390. ante habitam Synodum Lateranenſem quartam, doctrina, & ſanctitate inſignis Pater Conſtantinopolitanam Eccleſiam *ſecundam* appellabat, Alexandrinæ, & Antiochenæ ipſam præponens.

Jacob. Sirmond. tom. 5. pag. 180.

Bellarm. de ſcript. Eccleſ. ann. 820.

S. Theod. Studites ep. 129. apud Sirmond. ubi ſupra pag. 582.

XVIII. Pontifex Nicolaus I. variis in epiſtolis ad Michaelem Imperatorem, ad Photium Præſulem intruſum Conſtantinopolitanum, alioſque ad Epiſcopos, qui collatis una ſuffragiis verum Patriarcham Ignatium depoſuerant, hunc

hunc tali honore dignatur. Ac primo quædam ex iis epiſtolis præfert: *Dum hæc gerebantur, nondum Rhodualdus, & Zacharias Epiſcopi detecti erant, quod ipſi depoſuiſſent Patriarcham Ignatium.* Quinta ad Michaelem Imperatorem novem ſaltem vicibus *Ignatium Patriarcham* appellat. Septima, in qua Acacii fit mentio, *Patriarcha* item ſcriptum habet. Sic quæ duæ ad nos epiſtolæ pervenerunt P. Jacobi Sirmondi operâ, a Theodoro Papa conſcriptæ, idem exhibent nomen: namque earum altera ad Patriarcham Conſtantinop. ſcripta eſt, altera *Ad Epiſcopos, qui conſecrarunt Paulum Patriarcham Conſtantinopolitanum, propter Pyrrhum Ex-Patriarcham.* At vero quoniam exemplis apertiſſime oſtendimus, Conſtantinopolitanum Præſulem Patriarchæ nomine decoratum; operæ pretium erit oſtendere, Hieroſolymitanum quoque honoris ejuſdem compotem a Pontificibus factum eſſe. Paſchalis II. in literis ad Ghibellinum Præſulem Hieroſolymorum ita loquitur: *Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Reverendiſſimo Fratri Hieroſolymitano Patriarchæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum canonice ſubſtituendis.* Honorius II. in ſuis ad Guarimundum orditur ſcribere; *Honorius ſervus ſervorum Dei venerabili Fratri Guarimundo Hieroſolymitano Patriarchæ.* Profecto exempla plura ſuppeterent, quæ rem luculentiſſime comprobarent; nobis autem in præſentia ſatis ſuperque erit poſuiſſe ob oculos pauca exempla Pontificum Romanorum, qui multo ante Concilium Lateranenſe quartum, Conſtantinopoleos, ac Hieroſolymorum Antiſtites veros Patriarchas habuerunt, illumque Alexandrino, & Antiocheno ſuperiorem declararunt.

Nicol. I. ep. 5. ad Mich. Imp.

Sirmond. to. 14. Conc. Impreſ. Reg. pag. 590.

Paſch. II. tom. 26. pag. 290.

Tom. 27. pag. 55.

XIX. Reliquum eſt modo, ut idem in Oecumenicis Conciliis eſſe factum demonſtrem, quæ poſtea celebrata ſunt. In ſexta Oecumenica Synodo Conſtantinopolitana tertia cunctæ Actiones, quæ decem & octo fuere, ſecundùm Pontificis Agathonis Legatos Gregorium exhibent Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum, qui plerìſque in ejuſdem Actionibus Patriarchæ nomine decoratur. Et revera, decima prima Actione legitur epiſtola S. Sophronii Hieroſolymorum Patriarchæ, abunde referens quæſtiones Fidei uſque ad id temporis definitas, atque hæreſes profligatas, earumque conflatores damnatos, quæ ad Sergium ſic inſcribitur: *Domino in omnibus Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Fratri, & Conſacer-*

Tom. 16. Concil. pag. 31. Sexta Synod. Gen. Actio 11.

cerdoti Sergio Archiepiſcopo , & Patriarchæ Conſtantinopoleos Sophronius inutilis ſervus. Et Actione decima ſecunda : *Antiochus religioſus Lector ; & Notarius Sanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopoleos* : Et infra . *Accipiens religioſus Antiochus alterum codicem , relegit habentem exemplar epiſtolæ Sergii quondam Patriarchæ Conſtantinopoleos* . Eademque Actione ſæpe numero Menas Patriarcha dicitur Conſtantinopoleos ; pariterque Sergius non ſemel eodem nomine decoratur . Actione demum tertia decima & Sergius idem , & Pyrrhus , & Petrus , & Paulus frequenter Patriarchæ Conſtantinopoleos nuncupatur :

Actio 12.

XX. Id prorſus eſſe præſtitum , quoties alii Conſtantinopolitani Præſules memorantur , palam eſt . Verba referam quæ verſus finem Actionis prædictæ legi poſſunt . *Gregorius Deo amabilis Diaconus ... dixit : Palyplycum Domine , ſive regeſtum , in quo continentur exemplaria Synodica , quæ facta ſunt a Thoma , Joanne , & Conſtantino , ſanctæ memoriæ quondam Patriarchis hujus Regiæ Urbis mihi præſto eſt* . In Synodo autem generali ſeptima Nicæna II . Taraſius tanquam Conſtantinopoleos Patriarcha præſedit , præceſſitque cæteris , præter Adriani Pontificis Legatos , & quacumque in Concilii ejus Actione tum ipſa Synodus , tum Legati Patriarcham illum ſæpe numero appellant ; quin etiam , quod majoris momenti eſt , Actione ſecunda Andriani I. literæ lectæ fuerunt , quæ ita inſcribebantur . *Dilecto Fratri Taraſio Generali Patriarchæ , Adrianus ſervus ſervorum Dei ſalutem* .

Sept. Synod. Gen. tom. 18.

Act. 2. pag. 301.

XXI. In Oecumenica octava Actione decima , capite vigeſimo primo , Decretum hoc legitur : *Definimus neminem prorſus Mundi potentium , quanquam eorum , qui Patriarchalibus ſedibus præſunt , inhonorare , aut movere a proprio Throno tentare ; ſed omni reverentia , & honore dignos judicare : præcipue quidem ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ , deinceps Conſtantinopolitanum Patriarcham , deinde vero Alexandrie & Antiochiæ , ac Hieroſolymorum* . Allatis hiſce rationibus quæ luculentior , & ad rem probandam præſentior adduci poſſit , ignoro . Quod ſi ita ſeſe res habet , undenam loquendi veritas , ſcribendique ratio recta deſumta erit ab Eccleſia Hiſpalenſi ?

Oct. Syn. Act. 10. cap. 21.

XXII. Unum adhuc ſupereſt ad iſtituti noſtri veritatem comprobandam , quod num. 7. ſum pollicitus me palam facturum : nempe auctoritatem ipſam Concilii Lateranenſis quarti , qua Memoriale nititur , ab eo , quod ipſum Me-

Mem. pag. 239.

Memoriale aſſerit, diſcrepare. Audiatur Decretum Concilii: *Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes, ſacra Univerſali Synodo approbante, ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam... Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant.* Conc.Lat.4.Can.5.

XXIII. Decretum ſane iſtud, pro eo ut in Patriarcham Conſtantinopolitanum primæ ſedis, ac loci honorem tunc primum conſerat poſt Romanum Pontificem, ſupponit potius, & confirmat antiquum, quo utebatur: ſiquidem Canon aperte dicit: *Antiqua Patriarchalium Sedium privilegia renovantes*, ſancitque eadem obſervanda, primum locum impertiens Conſtantinopolitanæ. Enim vero niſi Eccleſia iſtæc tali jampridem honore inſignis fuerat, quînam repeti memoria idem honor debuit? Atqui Lateranenſe Concilium renovare nequaquam poterat privilegium illud, quod Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum primum conceſſerant, irritum quippe haberi neceſſe erat, nam S. Pontifex Leo I. non probaverat. Quum igitur Lateranenſe ratum ſe habere oſtendat Conſtantinopolitani Patriarchæ honorem, ipſum renovando, fatendum erit longe ante id temporis ab ea Eccleſia cœptum eſſe eodem uti.

XXIV. Si forte fortuna, ut Angliæ gentes, ac Septentrionis provinciæ cæteræ ad Catholicam Fidem reducerentur, a qua turpiſſime deſciverunt, Concilium aliquod ſive Bulla Pontificia poteſtatem faceret earum Principibus Eccleſiaſticos redditus ſibi habendi, quos hodie per vim præreptos contra Eccleſiaſticam immunitatem, Eccleſiâ ipsâmet repugnante, uſurpant; haud certe innovata eſſe dicerentur privilegia eorum Principum, ſed venia iſta potius de integro impetrata: etenim omnino nemo (rationis modo non expers) ea quæ nunquam fuere, innovari poſſe ſentiret. Luce igitur clarius apparet ex ipſo Lateranenſis Concilii Decreto, quod ante ipſum conditum Conſtantinopolitana Eccleſia Patriarchales inter cæteras, Romana dumtaxat excepta, quæ omnium caput eſt, ſemperque fuit, principem locum obtinuit. Quare corruunt omnia, quæ hac de re Eccleſia Hiſpalenſis commenta eſt.

CAPUT V.

ANIMADV. III. CAP. III.

Falſitas rerum quas Memoriale diſſerit de Archiepiſcopi nomine.

SUMMA CAPITIS.

I. *Archiepiſcopi nomen in Occidente notum ante Barbarorum invaſionem.*
II. *Ante octavum ſeculum erant Archiepiſcopi in Occidente.*
III. IV. V. *Teſtimonia evincentia, quod Archiepiſcopi in Hiſpania fuerint ante id temporis.*
VI. *Epiſtola Benedicti ſecundi Petro Notario Regionario, evincit Archiepiſcopos in Hiſpania tunc fuiſſe.*
VII. VIII. *Duo vetuſtiſſima monumenta majorem etiam antiquitatem bujus rei evincunt.*
IX. *In Gallia vero multo antea erant Archiepiſcopi, D. Remigio Teſte.*
X. *Idem auctoritatibus adſtruitur.*
XI. XII. *In Anglia antiquiſſimam Archiepiſcopalem dignitatem eſſe multa argumenta evincunt.*
XIII. *Duæ Synodi Anglicanæ idem confirmant.*
XIV. *Secunda poſt Chriſtum ætate erant Archiepiſcopi in Anglia.*
XV. *Duorum Pontificum epiſtolæ in Conciliis habentur idem teſtantes.*
XVI. *S. Symmachi auctoritate idem adſtruitur.*
XVII. *S. Gregorii Magni auctoritas.*
XVIII. *Aliorum Pontificum teſtimonia.*
XIX. & XX. *Conciliorum teſtimonia.*
XXI. *Ipſius Memorialis auctoritas.*
XXII. *Oſii tempore potuiſſe in Hiſpania cognoſci Archiepiſcopalem dignitatem.*
XXIII. XXIV. *Ineruditorum error de Archiepiſcopi nomine in Occidente primis Eccleſiæ ſeculis confutatur.*

I. EMergentem me e tenebris quas Eccleſiaſticæ hiſtoriæ luci obduxerat Memoriale, nubes aliæ non minus obſcuræ ſubeunt, at inde etiam me extricare pro virili contendam. Res eſt de Archiepiſcopi nomine: deque eo ita obgannit: *Apellido, que antes de ſu perdida no eſtaba introducido en Eſpaña, y no ſolamente en Eſpaña no lo eſtaba, pero ni en toda la Igleſia Occidental, excepto en Theſalonica, en el Ilirico, y en Acridos, ò por otro nombre, la nueva Juſtiniana en la Dar-* Mem. p. 32. n. 33.

da-

dania. Quod nobis ſonat: „ Nomen novum, & ante id tem-
„ pus inauditum in Hiſpania, quum Maurorum poteſtatis
„ eſt facta: quid in Hiſpania dico? Ne in ulla quidem Oc-
„ cidentis Eccleſia, præter quam Theſſalonicæ, Illyrici, &
„ Acridæ, ſeu mavis in nova Juſtinianea in Dardania nomen
„ illud auditum fuerat. Effatum ſane valde amplum: quod ut tuto proferre quis poſſet, multa ei viſenda erant aliorum ſcripta! Nullus dubito quin Eccleſia Hiſpalenſis, ſtudii licet, ac diligentiæ multum impenderit, non tamen ſategerit, ut tuto poſſet ſententiam ejuſmodi pronunciare. Quapropter diſſentiri pergam, futurum ſperans, ut aperte oſtendam, ante hoſtium irruptionem, totâ Hiſpaniâ, aliiſque in Occidentis Eccleſiis, tribus iis omiſſis, quarum in Memoriali fit mentio, Archiepiſcopi nomen innotuiſſe.

II. Pulcherrimum Hiſpaniæ Regnum Gentes immanitate barbaræ octavo ſeculo ſeſe volvente diripuerunt, quo autem potiſſimum anno id evenerit non noſtri inſtituti eſt perſcrutari. Mea id ſolum intereſt, complures Præſules in omnibus Occidentis Provinciis Archiepiſcopos nuncupatos eſſe ante octavum iſtud ſeculum, demonſtrare. Quod ut facilius oſtendam, dabo operam, ut Lector agnoſcat, quibus incluſa terminis, quaſque Provincias comprehenderit Occidentalis Eccleſia. Nec aggredienti mihi hæc præſtare, opus erit conſulere aliorum ſcripta, utpote quem ſatis ſuperque inſtituit Memoriale. Ex eo cum primis intelligo Patriarchatum Occidentis complecti Europam totam, excepta Thracia, cæteriſque Provinciis, quæ ad occiduam Africam ſpectant. Quapropter quicumque Antiſtites fient obvii in Europæ Provinciis, Hiſpania præſertim, Gallia, Anglia, & Italia, nomine Archiepiſcopi, ii non ſolum adſtruent inſtitutum noſtrum, ſed etiam palam facient, quod jure prudenterque Memorialis effatum perſtrinximus. Jamvero ad rem docendam aggredior. *Mem. pag. 17. n. 18.*

III. Nomen iſtud *Archiepiſcopi* nec ignotum, nec inſuetum in Hiſpania erat. Teſtemque hujus rei Eccleſiam ipſam Hiſpalenſem appello, quæ ſuo in Memoriali profert S. Iſidorum Hiſpalenſem Archiepiſcopum in ethimologiarum libro ſic apertiſſime loquentem: *Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & Epiſcopis*. Quibus certe verbis *Archiepiſcopi* mentio eſt, de ſenſu enim vo- *Mem. pag. 33.* *S. Iſid. lib. ethim.*

cis nihil ad nos. Pergo: In MSS., quæ aſſervantur Toleti, & in Regio D. Laurentii Monaſterio in Eſcuriali, & Ovetana in Urbe, hæc leguntur: *Cæſar Conſtantinus Imperii ſui quarto anno, quum eſſet in Hiſpania, convocatis ejus Epiſcopis, totam Provinciam in ſex Archiepiſcopatus partitus eſt*. Et de ea diviſione, quæ Regis Vvambæ tempore facta fuit, neque ab ullo noſtrorum Hiſtoricorum revocatur in dubium, ſic ſcriptum reperitur: *Legio civitas Sacerdotalis, & Regia, & Lucus: hæc nulli ſubdantur Archiepiſcopo, vel Primati*.

D. Garſia Loayſa Conc. Hiſp. p. 131. — *Idem pag. 137.*

IV. Diviſione autem Cathedralium cum ſuis Metropolitanis expleta, proſequitur idem Scriptor: *Hæ ſunt ſedes harum duarum Hiſpaniarum octoginta ſub dominio Gothorum, tam Archiepiſcopales, quam Epiſcopales: hæc igitur noſtra inſtitutio, quæ aſſenſu omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum dictarum ſedium, facta eſt. Hæc omnia ſupraſcripta legit glorioſus Rex Vvamba in Concilio Toletano, ubi omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi convenerant: quæ ſubſcriptione omnium confirmata ſunt. Quiriaco Toletano Archiepiſcopo, e Primatiæ dignitate, & Fide Catholica conſiſtente*. Quo quidem loco animadvertendum cenſeo, quam frequenter nomen Archiepiſcopi profertur, ut noſcatur, quam tritum eſſet Gothorum Regum ævo Archiepiſcopi nomen, antequam Barbaræ gentes Hiſpaniæ Regnum invaderent.

Idem pag. 142.

V. Atvero, quum ſuſpicio quædam ſuboriatur, ne forte Hiſpalenſis Eccleſia fidem minus adhibeat hiſce MSS. (ſint licet eorum pleraque integræ fidei, & idcirco tum a criticis maxime acutis, tum ab Lynceis monumentorum veterum interpretibus nequaquam rejecta) aliud producam teſtimonium Lucæ Tudenſis penes Jacobum Sirmondum Scriptorem Gallicum, quo manifeſtum fiet Ervigii Regis tempore, qui Vvambæ breve Regnum conſequutus eſt, Archiepiſcopos in Hiſpania plurimos extitiſſe. Sirmondus igitur de Ervigio ſcribens, hæc ait: *Qui, ut proditum eſt a Luca Tudenſi, Romani Pontificis aſſenſu ſtatuit, ut nullus Archiepiſcopus Hiſpaniarum ſubderetur alicui Primati*. Ervigio ergo Rege non erat Hiſpanienſibus ignotum Archiepiſcopi nomen.

Jacob. Sirm. tom. 4. col. 223.

VI. Quid ad hæc Hiſpalenſis Eccleſia? Teſtimonia, ni fallor, iſta ſingula floccipendet. Malum! Sunt quædam, non diffiteor, quæ fortaſſe aliquis carpat; ſunt tamen alia, quæ, uti docuimus, cenſoriam virgulam haud timent. Intelligo: mox alia referam, quæ non ſolum inſtituto meo faciant

ciant fidem, ſed etiam allatis auctoritatem adjungant. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ omnes tradunt, quod ſexta Oecumenica Synodo abſoluta, Leo II. in Hiſpaniam legavit Presbyterum Petrum nomine, qui ob munus onuſque ſibi injunctum *Notarius Regionarius* vocabatur. Supremum diem obit Leo, & Benedictus II. ad Pontificatus faſtigium evectus tradita ad Petrum epiſtola demandatum ante a Leone munus confirmat. Obſervandum hîc obiter, quod licet graviſſimi Auctores pro non legitimis habeant quatuor epiſtolas a Leone conſcriptas, tamen quam dedit epiſtolam Benedictus, nulli non habent ratam, ut ex Eminentiſſimo Aguirre cognoſci poteſt. *Card. Aguir. tom. 2. pag. 716.* Hac igitur in epiſtola Benedicti II. argumentum eſt rei, quam pertractamus, præſentiſſimum: *Tuam ſtrenuitatem*, ipſiſſima ejus verba ſunt, *Dominus Leo Papa Hiſpaniarum provinciam ire diſpoſuit ad Præcellentiſſimum, & Chriſtianiſſimum Regem, & ſanctiſſimos Archiepiſcopos, & Eccleſiarum Præſules ibidem conſtitutos.* *Bened. II.* Hinc aperte conjicitur, Hiſpaniam, antequam incurſionibus pateret Barbarorum, Archiepiſcopi nomen multis e ſuis Præſulibus attributum noviſſe.

VII. Hæc evenerunt anno circiter 684. ſed his etiam remotiora exempla duo producam. Primum patet ex Emeritenſi Concilio habito Æræ noſtræ anno 704. qui reſpondet 666. communis Æræ octavo Idus Novembres, Receſvinti Regis duodeviceſimo. Hac in Synodo Selva Ægiditanus Epiſcopus ſecundo loco ſubſcribit, ut ſequitur: *Ego Selva Ægiditanæ Civitatis Eccleſiæ Epiſcopus pertinens ad Metropolim Emeritenſem, hæc inſtituta cum Archiepiſcopo meo Proficio, a nobis definita ſubſcripſi.* *Conc. Emeritenſe.* Præclarum certe teſtimonium, quod ad indagandum non multi ingenii, non multæ eruditionis ſuppellex requiritur, ſed omnibus copia videndi eſt in collectione Conciliorum, a D. Garſia de Loayſa editorum pag. 523, *D. Garſias de Loayſa pag. 523.* & editionis Cardinalis Aguirre voluminis ſecundi pag. 632. *Card. Aguir. tom. 2. pag. 632.* Teſtimonium dixi: immo totidem teſtimonia ſunt, quot ſubſcribentes Epiſcopi, quorum ſinguli verbis iiſdem utuntur: *ſimiliter ſubſcribo.* Quæ verba (ut monet Innocentii III. epiſtola ad D. Petrum Archiepiſcopum Compoſtellæ, quæ Suffraganeos ad hanc Metropolim, & Bracarenſem ſpectantes declarat,) *Innoc. III. epiſt. ad Petr. Archiep. Compoſtellan.* aptiſſime inter ſe cohærent cum Selvæ ſubſcriptione, ejuſque ſententiam totam amplectuntur. Itaque A. 666. Archiepiſcopi nomen erat in Hiſpania non inſuetum, nec inauditum.

VIII. Alterum, quod pollicitus ſum exemplum Lucæ Acherio acceptum refero ſua ex editione veterum literarum, quas Epiſcopi varii Barcinonenſes, & S. Ildephonſus invicem conſcripſere, idemque eduxit ex Archivo Corbejenſis Abbatiæ in Occitania, quæ item memorantur a Card. Aguirre. Eas inter extat quam Barcinonis Epiſcopus, ſeu Ciriacus, ſeu Quiricius is diceretur, ad S. Ildephonſum dedit Archiepiſcopum Toletanum, ita inſcriptam: *Domino ſanctiſſimo, & vere mihi ſpecialiter pertimendo Ildephonſo Archiepiſcopo*: *Quiricius ſervulus veſter*. Ex hoc tantæ vetuſtatis monumento jampridem in lucem edito ab Auctore (ut ait Card. Aguirre) tum virtute, tum eruditione præſtantiſſimo; quippe cui fides maxima eſt adhibenda, cæteris, quæ nuper attulimus exemplis adjuncto, propalam fit vel remotiſſima illa tempeſtate nomen Archiepiſcopi totâ Hiſpaniâ frequens extitiſſe.

Card. Aguir. tom. 2. p. 533.

D. Lucas Acher. tom. 1. p. 308.

Card. Aguir. ubi ſup.

IX. In Gallia vero nihil antiquius voce iſta. Chriſtiana fides, & Archiepiſcopi nomen apud Gallos per idem tempus innotuit. Enimvero quamvis non pauci Chriſtiano nomine cenſerentur in Gallia ab univerſalis Eccleſiæ primordiis, ante tamen Chriſtianum dici Regnum non cœpit, quam S. Remigii opera renaſceretur fonte Baptiſmatis Rex ille Magnus Clodoveus, qui primus omnium cum Ludovici nomine, Chriſtianiſſimi cognomentum adeptus, hoc idem poſtea ſuis ſucceſſoribus hereditarium reliquit, ut æque ſapiens, ac eruditus Illuſtriſſimus Meldenſis Epiſcopus Jacobus Benignus Boſſuet ſcriptum reliquit tomo 1. Hiſtoriæ univerſalis in Sereniſſimi Delphini, cujus erat Præceptor, inſtructionem diſpoſitæ. Qui Gallicanam ſcripſerunt hiſtoriam omnes haud dubie appellant Archiepiſcopum Remenſem Divum Remigium, non ſecus atque Hiſpanienſes Hiſtoriographi Sanctos Leandrum & Iſidorum Archiepiſcopos nuncupant Hiſpalenſes, Divumque Ildephonſum Archiepiſcopum Toletanum. Cæterum non ſe unum dignitate illa eſſe fruitum Archiepiſcopus Remenſis præclare oſtendit teſtamento, quod extrema in valetudine ab codem obſignatum videre eſt apud Floroardum inter Hiſtoricos Galliæ celeberrimum, ſua in hiſtoria Remenſis Eccleſiæ. Sanctus hic Archiepiſcopus ſucceſſoribus mandat, ut ſatagant, ſintque valde ſolliciti, ne Catholica Religio labefactetur; ac ſubinde docet, quid præſtandum foret, ubi Regum aliquis eam teme-

Illuſtr. Boſſuet hiſt. univ. tom. 1. ad ann. 506. p. m. 220.

Joan. Morin. to. de Primat. exerc. 25. pag. 192.

merare non eſſet veritus. *Convocatis*, inquit, *Remorum Diœceſis Epiſcopis, primum admoneatur; & deinde Eccleſia Remenſis præſata, adjuncta ſibi ſorore Eccleſia, ſcilicet Trevirenſi, iterum conveniat. Tertio vero Archiepiſcopis tantummodo Galliarum tribus, aut quatuor convocatis, Princeps ille, quicumque fuerit moneatur*. Itaque apud Gallos D. Remigio Remenſem Eccleſiam gubernante, ab anno ſcilicet Redemtionis 470. ad 544. graviſſimis id Hiſtoricis tradentibus, qui ſeptuaginta Archiepiſcopatûs annos eidem tribuunt, complures in Gallia Præſules Archiepiſcopali dignitate decorabantur.

Floroard. hiſt. Eccl. Rem. l. 1. c. 18. apud Mor. ſup.

X. Quapropter non erit novum audire quod anno 594. ſeptimo Calendas Junias non pauci Galliæ Præſules Archiepiſcopi nomen ſubſcripſerint, quo die S. Gregorius Magnus privilegio quodam donavit Monaſterium S. Medardi in Sueſſionenſis Epiſcopi Diœceſi, quod monumentum habetur inter epiſtolas 38. & 39. S. Pontificis libro ſecundo, Conciliorum autem decimotertio volumine ſemel, atque iterum decimoquarto. Complures itaque Galliæ Præſules Privilegio huic ſubſcripſerunt. Primo legitur ſtatim ſub D. Gregorii nomen: *Euterius Arelatenſis Archiepiſcopus*. Quod vero admirandum magis, undetrigeſimo loco eſt: *Flavius Remorum Archiepiſcopus*. Cæterum ante id temporis anno ſcilicet 581. Matiſconenſe Concilium in Burgundia fuerat celebratum, quod Memoriale affert. Cujus Concilii ſexto Canone Archiepiſcopi prohibentur Miſſam celebrare abſque Pallio. *Archiepiſcopus Miſſas dicere non præſumat ſine Pallio*. Unde conjicitur tum quoque notum, ac frequens in Gallia Archiepiſcopi nomen fuiſſe, quod manifeſtius fiet ex iis, quæ dicturi ſumus.

S. Greg. Regeſt. l. 2. poſt ep. 38. tom. 13. Conc. pag. 310. & tom. 14. p. 108.

Mem. pag. 218.

Conc. Mat. can. 6.

XI. In Anglia demum Archiepiſcopalis dignitatis tam frequens cognitio erat, ut omni proculdubio affirmem, Eccleſiæ Hiſpalenſi ne primum quidem hiſtoriæ caput a venerab. Beda conſcriptæ fuiſſe perſpectum. Siquidem tantus hic Auctor tum florebat in Anglia, quum hoſtium facta fuit in Hiſpaniam irruptio. Satis multa ex eo poſſent afferri, quod quoniam longum eſſet, propoſitum mihi eſt pauca in medium adducere. Libri igitur primi 24. capiti locuturus de D. Auguſtino, ejuſque ſociis in Angliam iter inſtituentibus, præfigit hunc titulum: *Ut Arelatenſis Archiepiſcopus epiſtolam pro eorum ſuſceptione miſerit*. Et capite 27. *Interea*, in-

Beda l. 1. c. 24.

Idem cap. 27.

inquit, *Vir Dei Auguſtinus venit Arelas, & ab Archiepiſcopo ejuſdem Civitatis Euterio, Archiepiſcopus gentis Anglorum ordinatus eſt.* Libri ſecundi capite ſecundo de Anglicanis Epiſcopis
Idem lib. 3. cap. 2. obſiſtentibus ait: *Illi nihil horum ſe facturos, neque illum pro Archiepiſcopo habituros reſpondebant.* Ejuſdem libri capite tertio:
Idem cap. 3. ibid. *Auguſtinus Britanniarum Archiepiſcopus ordinavit duos Epiſcopos.* Et
Idem ibi cap. 4. capite quarto loquens de Auguſtini ſucceſſore Laurentio: *Laurentius Archiepiſcopatus gradu potitus.* Cujus obitum refert ca-
Idem ibi cap. 7. pite ſeptimo: *Beatus Archiepiſcopus Laurentius Regnum Cæleſte*
Idem ibi cap. 9. *conſcendit.* Et capite nono: *Ordinatus Paulinus Epiſcopus a*
Idem ibi cap. 18. *Juſto Archiepiſcopo.* Et capite duodeviceſimo: *Juſtus Archiepiſcopus ad Cæleſtia Regna revocatus eſt.*

XII. Pergo. Libri tertii capite ſeptimo verba faciens
Idem l. 3. cap. 7. de Eleuterio per Aygelbertum miſſo: *Quo honorifice*, inquit, *a populo, & Rege ſuſcepto, rogaverunt Theodorum tunc Archiepiſcopum Dorovernienſis Eccleſiæ, ipſum ſibi in Antiſtitem conſecra-*
Idem ibi cap. 20. *ri.* Et capite vigeſimo: *Electus eſt Archiepiſcopus Cathedralis Dorovernienſis ſextus Deuſdedit.* Præſulem pariter Eboracenſem idem Beda Archiepiſcopum appellat, teſte Emmanuele Schelſtratio, qui hæc refert ubi agit de Confeſſione auriculari. Bedæ autem verba ſunt hujuſmodi: *Excepta Sanctorum Patrum per Egbertum Archiepiſcopum.* Emmanuel igitur poſt
D. Emman. Schelſtrat. de Conc. antiq. can. 2. c. 9. ar. 7. Egberti ejuſdem aliquot allata verba: *Jam*, inquit, *intelliges de quali confeſſione loquatur ipſe Egbertus, Eboracenſis in Anglia Archiepiſcopus.* Joannes item Morinus affirmat, Codici
Jo. Morin. tom. de pænit. in fin. cuidam MS. hunc titulum præfixum ſe vidiſſe: *Excerptum de Canonibus Catholicorum Patrum, vel pœnitentiæ ad remedium animarum Domini Egberti Archiepiſcopi Eburacæ civitatis.*

XIII. Huc accedunt duo Anglicanæ Synodi. Prima nationalis habita 668. anno, cujus mentio eſt apud Bedam, & habetur Conciliorum Regiæ impreſſionis volumine decimoquarto, coacta Agathone Pontifice imperante, quem ſtudium ardens Catholicæ Fidei ad Anglicanæ Eccleſiæ ſtatum cognoſcendum inflammabat. Hanc rem Pontifex ut aſſequeretur, in Angliam legavit Abbatem quemdam nomine Joannem. Congregata fuit hæc Synodus Præſidente
Conc. Angl. to. 14. Conc. impreſſ. Reg. p. 346. in eadem Theodoro: *Gratia Dei Archiepiſcopo Britanniæ Inſulæ, & civitatis Dorovernienſis.* Ubi vero de Fide agi cœptum
Beda lib. 4. cap. 17. eſt, unanimi conſenſu omnes ipſam eamdemque profeſſi, quam
Idem Conc. ibid. euſque celebratæ Synodi tenuerant, *Nos omnes*, inquiunt

ſub-

ſubſcribimus, qui cum Theodoro Archiepiſcopo Fidem Catholicam exponimus. Quæ autem fuit altera Synodus comprobandæ rei deſtinata, fragmentum potius eſt Anglicanæ Synodi longe quidem vetuſtioris alterâ, quippe quæ congregata fuit Symmacho Pontifice. (De loco ubi celebrabatur parum liquet.) Fragmentum videre eſt in decimo Conciliorum volumine; ubi legere eſt: *Contigit, ut Dubricius Landavenſis Præſul Sedis auctoritate Synodi Archiepiſcopus Urbis Legionum ad Hiſcæ fluenta anno Domini quingenteſimo duodecimo deſignaretur.* Quibus teſtimoniis quum abunde ſatis probetur Archiepiſcopi nomen fuiſſe in Anglia frequens, antequam vaſtaretur Hiſpania, copiam, quæ occurrit maxima, cæterorum lubenti animo prætermittimus.

Tom. X. Conc. Reg. impreſſ. pag. 214.

XIV. At vero quæ hucuſque produximus minus vetera videantur, quando vetuſtiſſima oculis monumenta ſubjecero, quæ Lectorem obſecro ut attendat. Altero poſt Chriſtum ſeculo ad finem properante nempe anno 171. moderari cœpit Eccleſiam, ut Papebrochius ait; & Baronio teſte 179. migravit in Cælum S. Pontifex Eleuterius. Hujus autem Pontificatus tempore nomen dedit Orthodoxæ Fidei Anglorum Rex Lucius, qui primus omnium Regum Chriſti Fidem amplexus eſt. Rex idem literas ad S. Eleuterium tradidit petitorias, obtinendi cauſa Miniſtros, qui numerum Chriſtianorum augerent, gentes ſibi ſubditas ad Catholicam Fidem inſtituendo, ut aquâ Baptiſmatis eædem regeneratæ fierent Eccleſiæ membra. Cujus voti compotem facturus Regem Pontifex eò miſit viros inſignes, qui ſanctum Lucii deſiderium explerunt. Audiendus hîc apposite loquens Joannes Azorius egregius doctor, qui, poſt relatam a ſe Lucii Regis converſionem, ita proſequitur: *Hic, teſte Polydoro, lib. 2. de hiſt. Anglorum, & Damaſo in Pontificali ... Literas ad Eleuterium Pontificem Romanum miſit ... Eleuterius eo miſit Fugatium, & Damianum, viros ſingulari pietate præditos ... Erant tunc in Britannia Flamines octo viginti, & Archiflamines tres; in quorum locum totidem Epiſcopi, & tres Archiepiſcopi poſtea ſubſtituti ſunt.* Quo quidem exemplo Deum teſtor, nec perſpicuum magis aliud, nec antiquius deſiderari poteſt: nam apertiſſime oſtendit, quod quingentos ſupra annos, antequam Hiſpania noſtra alienæ pareret poteſtati, Præſules in Anglia erant per Legatos Romani Pontificis

P. Azor. tom. 1. p. 2. l. 11. c. 5. col. 1096.

ſecrati, qui Archiepiſcoporum munere ac dignitate utebantur.

Tom. 11. Concil. Reg. impreſſ. p. 6.

Tom. 13. pag. 3.

XV. Binis producendis literis ſuperſedeo, alterâ, quam dedit *Joannes Urbis Romæ Epiſcopus Zachariæ Archiepiſcopo*, quæ decimo primo Conciliorum volumini eſt inſerta; alterâ eorumdem Conciliorum decimo tertio volumini adjunctâ, quam Pelagius II. ſcripſit in hunc modum: *Dilectiſſimo Fratri Benigno Archiepiſcopo, Pelagius Epiſcopus.* Vereor enim, ut Eccleſiæ Hiſpalenſi, quo eſt acumine inter criticos, cum Pagio Seniori conſtet, qui epiſtolam utramque tenet dubiam, & perinde apochrypham rejicit. At vero quæcumque illæ ſint præteream, non enim deerunt quæ Summorum Pontificum teſtimonia proferam genuina, qui Præſules nonnullos ad ſuum ipſorum Patriarchatum ſpectantes Archiepiſcopos appellant: quorum primus erit teſtis, quem nullo poteſt pacto Eccleſia Hiſpalenſis rejicere, nam ipſamet telum iſtud contorſit prima.

Pag. crit. in Bar. ad A. 529. & 576.

Mem. p. 2. §. 5. n. 55. pag. 212.

T. Lab. tom. 4. Concil. col. 1311.

Tom. 10. Conc. Reg impreſ. p. 254.

XVI. Extat S. Symmachi Diploma ad Laureacenſem Præſulem Theodorum datum Redemtionis anno 448. in hæc verba: *Simmacus S. Apoſtolicæ Sedis gratia Dei Epiſcopus, Reverendiſſimo, & Sanctiſſimo Fratri Theodoro Laureacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo.* Quod licet non ſit obvium in Regiæ impreſſionis Conciliis, tamen videre eſt volumine quarto Labbejanæ editionis columna 1311. (non pagina, uti profert Memoriale:) quin etiam in Conciliis Regiæ impreſſionis par occurrit exemplum ejuſdem Symmachi. *Dilectiſſimo atque chariſſimo Fratri Laurentio Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, Symmachus Epiſcopus in Domino ſalutem.*

Tom. 14. Conc. Reg. Impr. p. 191. S. Greg. ibi & in Regeſt. l. 3.

Idem ib. ep. 60. 61. & 18.

XVII. Ex iiſdem Conciliis Regiæ editionis, quam ſequor, maxima exemplorum copia ſuppetet cupientibus videre quam multas Pontificum Romanorum epiſtolas ad varios Præſules Archiepiſcopos nomine ab iiſdem dictos: nobis enim ampliſſima relicta ſegete, ſpicilegium erit ſatis, ne ſubmoleſti Lectori ſimus. Locupletiſſimo nitimur teſte S. Gregorio Magno, cujus epiſtolæ tum decimo quarto Conciliorum volumini inſertæ, tum in tertio ſuorum operum collectæ id, quod probare contendimus, oppido confirmant. Sanctiſſimus iſte Pontifex libro primo Calaritano Antiſtiti ſcribens, frequentiſſime Archiepiſcopum vocat. *Gregorius Januario Archiepiſcopo Calaritano.* Et libro ſeptimo quinquage-

Digitized by Google

geſima epiſtola Præſuli Ravennæ: *Gregorius Marimano Archiepiſcopo Ravennæ.* *Idem ib. lib. 7. ep. 50.*

XVIII. Bonifacio item I. utimur teſte, qui ſemel atque iterum Cantuarienſem Præſulem eodem honore proſequitur. *Ad Juſtum Cantuarienſem Archiepiſcopum.* Et: *ad Juſtum nuper Roſenſem Epiſcopum, modo Meletii ſucceſſorem in Archiepiſcopatu.* *Bonif. I. ep. 7. p. 419. to. 14. Conc. & ep p. 616.* Præterea teſtes erunt Vitalianus I. ad Cretenſem Præſulem: *Vitalianus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Paulo Archiepiſcopo Cretenſi.* *Vital I. tom. 15. Conc. p. 375.* Et Agatho ſcribens Angliæ Regi, & Cantuariæ Præſuli: *Agatho Papa Romanus Elthelredo Merciorum Regi, & Theodoro Archiepiſcopo Cantuariæ.* *Agat. tom. 16. pag. 8.* (Regnum Merciorum duodeviginti amplectebatur provincias Mediterraneas Angliæ.) Nullum quidem ex allatis hucuſque teſtimoniis non decerpſimus e ſeculis octavum præeuntibus; itaque dubitari impune non licet, quin ſeptimo ſeculo tum Romæ, tum in Anglia nomen Archiepiſcopi frequens fuerit.

XIX. Jam vero Pontificum Romanorum auctoritate ſumma inhæſi, ut videor, ſatis: modo ad Concilia tum Oecumenica, tum Nationalia me vertam, quæ ſunt prius congregata, quam hoſtium illuvionem pateretur Hiſpania: unde palam erit, Archiepiſcopi nomen inter Occidentis Præſules minime ignotum fuiſſe. Oecumenicæ Synodi Agathone Pontifice habitæ 685. ſeu ante id temporis duodeviginti Seſſiones ſingulæ Archiepiſcopum Ravennatem appellant, quotieſcumque uſuvenit ejuſdem Vicarii mentio; qui ſtatim ſub Legatorum, & Patriarcharum nomina collocari nomen Archiepiſcopi, cujus gerebat vices, ſemper audiit. *Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Conc. c. 5. pag. 589.* *Concurrentibus .... Et Theodoro Religioſo Presbytero, & Vicario Theodori Archiepiſcopi Ravennatis.* *Synod. 6. Gen. tom 16.* Quo etiam pacto agitur erga Conſtantienſem in Cypro inſula, ut ex his liquet; *Theodoro Epiſcopo Thremothuntorum locum agente Epiphanii venerabilis Archiepiſcopi Conſtantiæ Cypri.* *Ibidem.* Iiſdemque ad amuſſim verbis in Synodi definitione ſubſcribunt. Seſſione inſuper quarta hæc habentur: *Sperabamus de Britannia Theodorum magnæ inſulæ Britanniæ Archiepiſcopum.* *Ibid. ſeſſ. 4.* Et decima: *Relectum eſt teſtimonium ſancti Epiphanii Archiepiſcopi Cypri.* *Ibid. ſeſſ. 10.*

XX. In Synodo Romano-Britannica (eo ſortita eſt id nomen, quod Anglicani plures Epiſcopi Romæ deſciverunt ab Archiepiſcopo Theodoro) Præſidente Agathone Romano Pontifice cauſa defectionis Epiſcoporum refertur. *Diſ-* *Tom. 16. Conc. pag. 13.*

 ſen-

ſenſio inter ſanctiſſimum Theodorum Archiepiſcopum, & cæteros ejuſdem Provinciæ Præſules. Poſt hæc ipſe Pontifex Maximus hunc habet ſermonem: *Simul omnes cum Archiepiſcopo duodecim Eccleſiæ Præſules nominantur: quos Archiepiſcopus, qui pro tempore ab hac Apoſtolica Sede Pallii honore decoratur, provehat.* Hos inter duodecim nonnullos fuiſſe Archiepiſcopos Pontifex videtur innuere, dum provehi eoſdem jubet ab Archiepiſcopo illo, qui S. Sedis Apoſtolicæ gratia uteretur Pallio. Procedente autem oratione crebro Theodorum Archiepiſcopum appellat. Hæc perinde ac ſuperiora teſtimonia interitum præiverunt Hiſpaniæ, ſeu nono id anno evenerit octavi ſeculi, ſeu alio quocumque, pro Scriptorum arbitrio, nihil enim noſtra refert: quippe inter omnes conſtat non ante ſeptimi ſeculi exitum eo calamitatis regna noſtra deveniſſe. Quo firmiſſimo nitentes fundamento cauſæ noſtræ partes pro virili tuiti ſumus, nempe nec Hiſpaniam, nec Occidentis Eccleſias Archiepiſcopi nomen ignoraſſe.

XXI. Quid vero immoror peregrinis hiſce auctoritatibus? Memoriale ipſum nos docet Patriarchæ, Primatis, & Archiepiſcopi nomina tum in Orientis, tum in Occidentis Eccleſiis, ac proinde in Hiſpaniis jamdudum innotuiſſe. Quare ipſomet cauſæ noſtræ Patrono jam facto quidquid ſupra diſſeruit haud dubie corruit, pariterque id quod affir-

Mem. p. 31. n. 32. mat pag. 31. n. 32. per hæc verba: *De lo haſta aqui dicho, conſtan algunas coſas dignas de obſervarſe, para lo que en adelante ſe ha de decir. La primera, que caſi en los cinco ſiglos primeros no fue conocido en Eſpaña el nombre de Metropolitano, ni de Arzobiſpo, ni de Sufraganeos.* „ Ex hucuſque dictis quædam conſideranda conſtant pro eorum captu, quæ haud „ ita multo poſt dicentur. Ac primo quod pene primis „ quinque ſæculis in Hiſpania clam fuerunt Metropolitani, „ Archiepiſcopi, & Suffraganeorum nomina. Quæ verba perinde ac ſuperiora, ut dixi, irrita redduntur ex iis, quæ Memoriale uti certa, & Hiſtoriæ integritati congruentia confirmat. Ea ſunt, Cordubenſem Epiſcopum Oſium Redemtionis anno 356. a Nicæna Synodo in Hiſpaniam reverſum, cui annos aliquot ante congregatæ Divi Silveſtri nomine Legatus præfuerat, ejuſdem Canones publicaviſſe; quam rem Memoriale hujuſmodi verbis exponit: *La publi-*

Mem. pag. 65. *cacion de los Canones de el Concilio Niceno, quæ hiſo Oſio en Eſpaña*

paña el año de 356. Ideſt „ Promulgatio Canonum Concilii „ Nicæni facta per Oſium in Hiſpania anno 356.

XXII. Hoc poſito, credibile eſt, Oſium eodem anno promulgaſſe Concilii caput trigeſimum nonum, quale eſt : *De cura, & poteſtate Patriarchæ in Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſui Patriarchatus*. Conc.Nic.cap.39. Itemque quadrageſimum primum, cui titulus: *De Synodo Archiepiſcoporum apud Patriarcham ſemel quotannis congreganda*. Ibid. cap. 41. Ubi etiam legitur: *Statuimus, ut omnes Archiepiſcopi ſemel per annum apud Patriarcham ſuum conveniant*. Proinde, ſi Memoriali alibi teſte, Hiſpanienſes Nicænæ Synodi Decretis obtemperarunt, utpote quæ vir adeo inſignis genere Hiſpanus promulgavit, nempe Oſius: dubitari nefas eſt, quin vel ea tempeſtate & audiri, & uſu recipi cœptum fuerit Archiepiſcopi nomen; necnon quotannis juxta Concilii Decretum conventio fieri apud Patriarcham, (quo frequenter nomine ipſe Primas vocabatur.) Hîc obiter cum doctiſſimo Coriolano obſervo, quod Concilia Toleti Coriol.part.2.c.2. ſæpe numero congregata locupletiſſimum ſunt teſtimonium Primatus Hiſpaniarum, quo jam eo tempore Toletana Eccleſia utebatur.

XXIII. Neque vero doctrinæ excuſandæ cauſa quam perſpicue falſam evicimus objiciantur quorumdam eruditorum auctoritates, qui eam temere, & imprudenter aſſerunt. Idque duplici ex capite: primum; quoniam effutiere hoc Sardicenſes nonnulli Calaritanæ Primatus Eccleſiæ oppugnatores, qui (nequicquam ſibi perſuadentes Baronii Cardinalis auctoritate niti ſententiam ſuam) quum apud S. Athanaſium, alioſque Patres eorum temporum animadverterint S. Luciferum Sardicenſis Eccleſiæ Metropolitanum nuncupari; graviſſimis ejuſmodi Auctoribus adverſari non dubitarunt, affirmantes, quod Metropolitæ, & Archiepiſcopi nomina primis Eccleſiæ ſeculis clam fuerunt in Occidente.

XXIV. Acceptum id refero præſtantiſſimo Viro Alphonſo Machino Calaritano Archiepiſcopo, qui antequam dignitatis hujuſce gradum aſſequeretur, Generalatus munere fungebatur ſacro in Ordine Redemtionis Captivorum; ipſe autem ſuo in volumine 1639. in lucem edito ita loquitur: *Ad hoc teſtimonium reſpondent contrarii, D. Athanaſium locutum fuiſſe more Græcorum: quia hoc nomen Metropolitæ, ſeu Archiepiſcopi, ut conſtat ex Baronio, & aliis Scriptoribus Eccle-* Machin. Archiep. Calar. lib.2.c.7. §.7.n.2.

 ſiaſti-

ſiaſticis eſt recens in Occidente, non uſitatum neque auditum primis ſeculis Eccleſiæ. Documentum certe iſtud, tanquam ſuo contrarium inſtituto Archiepiſcopus idem oppugnat, adjungens num. 4. *Addo falſum eſſe nomen Metropolitani, & Archiepiſcopi eſſe recens in Occidente; eſt enim antiquum & uſitatum a primis ſeculis.* Quam rem exemplis nonnullis comprobat, quorum partim adduximus, partim omiſimus: quod pertinet ad primum caput. Alterum vero eſt: quod excuſationis locum non habent, qui tum literas publice profitentur, tum principem occupare locum inter literatos cupiunt; etenim ejuſmodi homines ubi rem pro certa affirmant exemplis Auctorum, nequaquam exempla eadem a Scriptore alio debent petere, ſed ex ipſo fonte derivare, ne ſi forte corrupta præferant, pudoris ejus mancipia fiant, qui utplurimum ſequitur ſcribentis incuriam.

CAPUT VI.

ANIMADV. III. CAP. IV.

Deteguntur novæ fallaciæ Memorialis.

SUMMA CAPITIS.

I. *Obiter de Concilio Arelatenſi primo.*
II. *De Concilio Sardicenſi.*
III. *Falſa Memorialis doctrina de Præſulibus Epheſi, Cæſareæ, Cappadociæ, & Heracleæ.*
IV. uſque ad X. *In nulla ex Oecumenicis quatuor Synodis in Oriente celebratis tres Epiſcopi Epheſinus, Cæſarienſis, & Heraclienſis ſubſignant poſt Patriarchas, contra Memorialis ſententiam.*
X. *Opinio Memorialis de Primatibus.*
XI. *Eadem impugnatur.*
XII. uſq; ad XVIII. *Falſa eſſe demonſtratur auctoritatibus Conciliorum General.*
XIX. *Diſſertatio de duplici genere Legatorum Pontificis, quorum alii præferebantur Patribus Concilii, alii vero non ita.*
XX. *Clarius res patet e ſubſcriptionibus eorumdem Legatorum.*
XXI. *Memorialis verba in ipſummet retorquentur.*
XXII. *Falſo item aſſerit Memoriale de Toletanis Præſulibus, quod ad annum uſque 610. ſubſcripſerint ſe Provinciæ Carpetaniæ Epiſcopos.*
XXIII. *Ratio erroris oſtenditur.*
XXIV. *Vitium Chronologicum Memorialis valde patens.*

I.

I. MEmor. pag. 60. num. 62. hæc traduntur: *Que en el Concilio primero, General Niceno, ſe eſtableciò el govierno de los Metropolitanos: lo qual confirmò el Concilio Sardicenſe, tambien General, el año de 347. y deſpues confirmò el ſegundo Concilio General, y primero Conſtantinopolitano.* Id eſt: „ In prima „ Oecumenica Synodo Nicæna ſtabilitum fuit jus Metropo- „ litæ, quod Oecumenico item Concilio Sardicenſi fuit con- „ firmatum A. 347. Idemque poſtea Concilium generale „ ſecundum, Conſtantinopoleos primum iterum confirma- „ vit. Hæc quomodo ſecum ipſa conſentient? Tres hîc Synodi Oecumenicæ recenſentur Nicæna, Sardicenſis, & Conſtantinopolitana, quam ridicule igitur ſecunda diceretur hæc tertia? Præterea ſi Sardicenſis eo quod nonnullis Oecumenica fuerit, ejuſmodi habenda eſt, Nicæna igitur non erit prima; hanc quippe Arelatenſis prævivit, quam a S. Melchiade indictam ob Carthaginenſis Epiſcopi Cæciliani cauſam, quem Donatiſtæ infenſi perſequebantur, S. Gregorius deceſſoris conſilio inhærens celebravit. Hoc autem Concilium D. Auguſtinus appellat *plenarium ex univerſa Eccleſia collectum*; neque tamen ab Epiſcopis ſexcentis habitum, uti non pauci tradunt, idem Doctor affirmat, at dumtaxat ducentis, qui profecto numerus abunde ſatis explet Oecumenicam Synodum. Nihilo tamen minus inter generalia hoc Concilium non recenſetur.

Mem.p.60.n.62.

Aug. l.2. de Bapt. contra Donat.

S. Aug. l.1. contr. ep. Parm. cap. 5.

II. Quare id factum ſit luculenter exponit ſua in *Gallia vindicata* Cardinalis Sfondratus quem adeat Lector, nos enim digredi a re non expedit. Verum enimvero Sardicenſis, & Arelatenſis Oecumenicæ appellari non poſſunt, quin præpoſtera generalium enumeratio videatur. Non me præterit in Conciliorum collectione Sardicenſi eſſe nomen: Appendix ad Nicænam Synodum: ſicut me itidem non fallit, tum Auguſtino Concilium Sardicenſe non probari; tum ab Eminentiſſimo Bellarmino adſcriptum inter Concilia partim approbata, & partim reprobata; tum denique aliis Sardicenſia eſſe duo, quorum alterum probatum & generale aſſerunt, quippe quod Nicænæ Appendicem vident; alterum vero Conciliabulum primo abſoluto habitum ab Arianis, qui novos Canones condiderunt. De hac re Bellarminus ubi ſupra. Id ſi Eccleſia Hiſpalenſis monuiſſet, quidquid abſurdi ſit ſtatim obvium, ademerat. Et revera quum inter

Card. Sfondr. Gall. vindic. diſſert. 3. ad §. object.

Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Conc. & Eccl. cap. 7.

inter ſapientes Conciliorum generalium ſermo eſt, nemo eorum non intelligit de iis, quæ ab univerſa Eccleſia recepta ſunt, quibus certe Sardicenſe adjungi non poteſt.

III. Qua de re quum ſatis dictum ſit, progrediar. Memorialis pag. 17. de Epiſcopis Epheſi, Cæſareæ Cappadociæ, atque Heracleæ res eſt, quorum Eccleſias utpote (ait) ab Euangeliſta Joanne fundatas Autochephalas conſtat eſſe dictas, quia nullius Patriarchæ Primatui parebant, quamquam Summum Romæ Pontificem tanquam Eccleſiæ totius caput ſupremum venerabantur. Deque his ibi habetur hic

Mem. pag. 17. ſermo: *Y aſſi en los Concilios Orientales eſtos tres Obiſpos ſubſcrivian ſiempre immediatamente à los dos Patriarchas de Alexandria, y Antiochia, haſta el fin de el quinto ſiglo, que fueron violentamente deſpojados de eſta autoridad.* Videlicet: „ Itaque in „ Orientis Conciliis tres iſti Epiſcopi ſubſignabant propria „ nomina proxime Alexandrinum, Antiochenumque Pa„ triarchas, quæ porro conſuetudo ad finem uſque ſeculi „ quinti ſervata eſt, quum auctoritas ejuſmodi per vim iis „ ablata fuit. Quæ quidem non ſolum anceps ſed etiam perſpicue falſa noxa ab Eccl. Hiſpal. aberat, dummodo allatum Joannis Morini volumen inſpexiſſet, ubi de quinque Patriar-

Jo: Morin. de Prim. lib. 1. exerc. c. 3. p. 63. chis loquens: *Ubique enim*, inquit, *quinque hi Epiſcopi omnium primi, atque eodem ordine Conciliis, aut ipſi ſubſcribunt, aut ſi abſint, eorum Vicarii, & Legati. Cæteri omnes poſt hos nec ſemper primi, nec eodem ordine: quæ in Conciliis ex ſubſcriptionibus tibi innoteſcant.* Hoc ſi ex Conciliis Morino teſte comprobatur, nihil poteſt fieri luculentius.

IV. Quatuor in Oriente Concilia ſeculo quarto, & quinto ſunt habita: Nicænum nempe anno 327. Conſtantinopolitanum I. 383. Epheſinum 434. Chalcedonenſe, ut probabilior ſententia eſt, 454. congregatum fuit; licet aliquid inter Auctores interſit, quod ad rem noſtram parum refert. Quamobrem, ſi quatuor tantummodo generales Synodi in Oriente ſunt habitæ quatuor primis ſeculis, nam quinta 545. ſeu 546. congregata ſeculum pene integrum diſtat ab earum noviſſima Chalcedone convocata; nulloque in eorum quatuor Conciliorum proxime Patriarchas, tres Epiſcopi Epheſinus, Cæſarienſis, & Heraclienſis ſubſcripſerint, Memorialis effatum perſpicue falſum judicabitur.

V. Subſcriptiones Concilio Nicæno voluminis ſecundi Re-

Regiæ impreſſionis pag. 471. hæ habentur per ordinem ſic diſpoſitæ: Oſius. Alexander Epiſcopus Alexandrinus. Macharius Epiſcopus Hieroſolymitanus. Euſtachius Antiochenus. Joannes Perſa pro cunctis Eccleſiis Perſidis, & Indiæ magnæ. Leontius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ. Theonas Cyzicenus. Et pag. 431. Oſius, Alexander Epiſcopus Alexandriæ, Euſtachius Antiochiæ, Joannes Perſa pro cunctis Eccleſiiis Perſidis & Indiæ magnæ, Leontius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, Theonas Epiſcopus Cyzicenus, Macharius Hieroſolymorum. Jam liquet prima in Orientali Synodo habita quarto ſeculo tres Epiſcopos Epheſi, Cæſareæ Cappadociæ, & Heracleæ non proxime Patriarchas Alexandrinum, & Antiochenum ſubſcripſiſſe.

VI. In Oecumenica vero II. aliter ſeſe res habuit; quum enim ſancitum in ea fuerit, ut Conſtantinopoleos, & Hieroſolymorum Epiſcopi Patriarchatus dignitate perſungerentur, æque ac Alexandrinus, & Antiochenus; neceſſe erat, ut Hieroſolymitanus cæteros Præſules dignitate minores anteiret. Ita vero ſeſe geſſiſſent, ubi ratio antiquitatis, dignitatis, ac præeminentiæ Eccleſiarum quarumcumque rite habita eſſet, quod varie contigit in hoc Concilio: ſiquidem Nectarius Conſtantinopolitanus Præſul (Apoſtolicæ Sedis, ac Romani Pontificis Legato non præſidente immo nec præſente) primus obſignat, tum ſinguli e quatuor & viginti provinciis, in quas dividuntur, Epiſcopi. Harum prima Ægyptus; cujus Epiſcopi Timotheus, Alexandrinus primo loco, Dorotheus Oxyrinchites altero ſubſcribunt, &c. II. Palæſtina: Cyrillus Hieroſolymorum Præſul primo, ſecundo Theſſalius Cæſarienſis, &c. III. Phœnicia. Zeno Tyri Epiſcopus primo, &c. IV. Antiochia: Hujus autem ex Epiſcopis Patriarcha obſignat primus qui haud dubie ſtatim ſub Nectarii nomen par erat ut ſcriberet ob Patriarchatus dignitatem. Provinciæ demum Ciliciæ, quæ ordine eſt decima Heladius Cæſarienſis primo loco ſubſcribit, poſt eum alii ordinatim, nec eorum in numero vel Epheſini, vel Heraclienſis Epiſcopi nomen recenſetur: unde luculenter apparet hac in ſecunda Oecumenica Synodo trium Eccleſiarum Epiſcopos, nempe Epheſi, Cæſareæ Cappadociæ, & Heracleæ haudquaquam ſubſcribere proxime Patriarcharum nomina Alexandrini, & Antiocheni.

Conc. Conſt. to. 3. pag. 364.

K VII.

Conc. Epheſ. to. 5. Impr. Reg. p. 435.

VII. Tertium generale Concilium in Oriente habitum diximus Epheſinum contra Neſtorium convocatum temporibus Cæleſtini I. cujus loco præſedit S. Cyrillus Alexandrinus. In quo quid actum fuerit ad noſtrum pertinens inſtitutum videamus. Congregatos in eo Præſules frequenter contigit obſignare. Pag. 435. Actione prima recenſentur ordinatim nomina ſingulorum; videlicet: Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ: Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymorum: Memnon Epheſi: Flavianus Philippopolis: Theodorus Ancyræ; Firmus Cæſareæ Cappadociæ: & ſexageſimo tertio loco Aphthonatus Heracleæ: inferius denique centeſimo nono loco Euſebius Epiſcopus Heracleæ. Pag. autem 450. Iidem Epiſcopi hoc ordine obſignant: Cyrillus Alexandriæ; Juvenalis Hieroſolymorum, Firmus Cæſareæ, Memnon Epheſi, Theodorus Ancyræ. Pag. 524. ſententiæ contra Neſtorium prolatæ ita ſubſcribunt: Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ; Juvenalis Hieroſolymorum; Flavianus Philippopolis; Firmus Cappadociæ; Memnon Epheſi; & loco vigeſimo Euſebius Epiſcopus Heracleæ. Pag. 670. Alia Præſulum obſignatio fit obvia hoc ordine ſervato: Cyrillus Epiſcopus Alexandriæ; Arcadius Epiſcopus & Legatus, Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymorum; Projectus Epiſcopus & Legatus; Flavianus Epiſcopus Philippopolis, Philippus Apoſtolicæ Sedis Legatus; Firmus Epiſcopus Cæſareæ; Memnon Epiſcopus Epheſi; & quadrageſimo ſexto loco Euſebius Epiſcopus Heracleæ. Quibus ex locis omnibus locupletiſſima teſtimonia habentur ad evincendum, hoc in Oecumenico Orientali Concilio non ſtatim ſub laudatos Patriarchas, Epheſi, Cæſareæ Cappadociæ, & Heracleæ Præſules obſignaſſe.

Conc. Chalc. to. 8. a pag. 12. acta tamen incip. p. 87.

VIII. Reliquum eſt modo ut oſtendam ne in quarta quidem Synodo, nempe Chalcedonenſi eſſe factum quemadmodum Memoriale nos docet. Habemus hanc Synodum volumine octavo editionis Regiæ quam ſequor. In ea Præſulum congregatorum ſeries ita ducitur Actione prima. I. Paſchaſinus, & Lucentius Epiſcopi Legati D. Leonis, & Præſidentes in Synodo. II. Bonifacius Presbyter item D. Leonis Legatus. III. Anatolius Præſul Conſtantinopoleos. IV. Dioſcorus Alexandriæ. V. Maximus Antiochiæ. VI. Juvenalis Epiſcopus Hieroſolymæ. VII. Quintilus

tilus

tilus Epiſcopus Heracleæ Macedoniæ Viceſgerens Anaſtaſii Theſſalonicenſis Epiſcopi. VIII. Thalaſius Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ. IX. Stephanus Epiſcopus Epheſinus. X. Lucianus Epiſcopus Biciæ Viceſgerens Cyriaci Epiſcopi Heracleæ Thraciæ. Quo quidem in ingreſſu Concilii Epiſcopi Hieroſolymæ, ac Theſſalonicæ interpoſiti ſunt tribus extremis, eo quod Viceſgerentes quorum exhibent perſonam, eorum loco ſubſcribunt.

IX. Idem prorſus ordo ſervatur pag. 634. in definitione Concilii; hoc tantum diſcrimine, quod Legati Paſchaſinus, & Lucentius per ſe ipſi ſubſcribunt uterque hoc pacto: *Definiens ſubſcripſi*. O præclara Memorialis commenta! Ea poſterorum memoriæ mandantur, quæ quis mediocriter inſtitutus falſa, ac levia conjiciat; quis in ſcrutanda veritate curioſus cum iiſdem collata Conciliis, a veritate diſcrepantia reperiat, proindeque nullam iis fidem adhibendam eſſe publice contendat, quidquid multa Memorialis eruditio omnium animos occuparit. Ecquis non admiretur rem adeo perſpicuam, adeoque facilem cognitu tantis obvolutam tenebris proferri? Equidem ſentio cum Juriſperitis, quod: qui ſemel eſt malus, eum ſemper eſſe malumprobabile eſt.

X. Quæ jam diſſeruimus eorum pariter levitatem detegunt, quæ Memoriale tradit pag. 107. Longum ſane erit, non item incongruum, eadem hic afferre: *Los Primados que la antiguedad conociò ſin diſputa, de mas de el Sumo Pontifice, fueron los Obiſpos de Alexandria, de Antiochia, de Epheſo, de Ceſarea de Capadocia, y de Heraclea de Tracia en el Oriente... Regiſtrenſe todos los Concilios, que perſeveran oy con ſus ſubſcripciones en todos los ocho primeros ſiglos de la Igleſia, y ſe hallarà, que en todos ellos los referidos Primados en los Concilios Generales, Nacionales, y Provinciales, ſe han ſentado ſiempre en el Conſeſſo, y firmado con eſte orden de precedencia: primero el Sumo Pontifice, ſiempre que ha eſtado preſente; y ſino lo ha eſtado, ſu Legado, ò Legados, ſi fueron muchos; ſegundo, el Obiſpo de Alexandria; tercero, el de Antiochia, y deſpues de eſtos, los tres Exarchos de Aſia, de Ponto, y de Tracia, y el Primado de Africa. Todos eſtos quatro entre sì, por la antiguedad de ſus conſagraciones... Deſpues de la ereccion de los Patriarcados de Conſtantinopla, y Jeruſalèm, el de Conſtantinopla tomò el primer lugar entre los* Mem. pag. 107.

Patriarcas, y el de Jeruſalèm el ultimo. „ Primatus (ad verbum reddo) quos omni procul controverſia vetuſtas agnovit, præter Summum Romæ Pontificem, fuerunt Epiſcopi Alexandriæ, Antiochiæ, Epheſi, Cæſareæ Cappadociæ, & Heracleæ Thraciæ in Oriente... Videantur Concilia omnia quæ extant cum eorum ſubſcriptionibus totis octo primis Eccleſiæ ſeculis, palam erit Primates omnes quos diximus in Conciliis tum Oecumenicis, tum Nationalibus, tum Provincialibus perpetuo conſediſſe, ac ſubſcripſiſſe, ordine illo præcedendi ſervato. Primus ubique Pontifex Maximus, eoque abſente Legatus, aut Legati ſi eſſent plures; alter, Alexandrinus Epiſcopus; tertius, Antiochenus. Secundum illos tres Exarchi, Aſiæ, Ponti, Thraciæ; & Africæ Primas. Hi autem quatuor ſuæ conſecrationis antiquitate ſervata inter ſe obſignabant..... Poſtea vero quam Conſtantinopoleos, & Hieroſolymorum Patriarchæ ſunt conſtituti, Conſtantinopolitano princeps alios inter Patriarchas obtigit locus, Hieroſolymitano noviſſimus.

XI. Grandem quidem certe fiduciam! „ Videantur, inquit, Concilia omnia, quæ extant cum eorum ſubſcriptionibus totis octo primis Eccleſiæ ſeculis, &c. Eam vero quis crederet duxiſſe originem ſeu ab imprudentia, ſeu a negligentia, ſeu demum ab Eccl. Hiſpal. opinione, cui perſuaſum fuerit, omnino neminem reperiri toto quam late patet orbe, qui monumenta veterum, ſacraſque Synodos aut unquam viderit, aut olim viſurus ſit? Quaſi vero ſacra ea ſcripta penitus interiiſſent. Neque enim aliunde profecta eſſe videtur tanta ſcribendi ſecuritas; quippe ſi aliter ſeſe res haberet, ecquis adeo veritati contraria ſari eſſet auſus, quæ mox falſa perſpecta, veris etiam fidem detrahant? Ego profecto, ſapientum ingenia obteſtor, quæcumque a me prolata huc uſque ſunt, quæve impoſterum proferentur teſtimonia in judicium voco, ſummopere avens ut quæſtio fiat, utrum intentioni adverſantis, an depulſioni noſtræ veritas magis arrideat eorumdem; exinde autem æqua proferatur ſententia.

XII. Ex allatis paulo ante conſtat in nulla e quatuor Synodis quarto & quinto ſeculo congregatis methodum illam fuiſſe ſervatam, quam Eccleſia Hiſpalenſis præſcribit,

idque

idque idcirco præjudicatum haberi poteſt. Propterea perſequar opportune cognoſcere Concilia cætera, quæ ad octavi ſeculi finem habita ſunt. Quinta igitur (Oecumenica, ut falſo dicitur) Synodus Agapito Pontifice indicente, convocata fuit Conſtantinopoli, atque in ea præſedit Menas Urbis ipſius Patriarcha, Pontifice jam extincto. Prima hujus Actio Epheſi, & Heracleæ Præſules haud memorat. Altera exponit quo in loco ſinguli Patres ſederint hoc pacto. Menas Patriarcha ſedit medius omnium: dextra ſedebant Agapiti Pontificis Legati, Sabinus Epiſcopus Canoſſæ, Epiphanius Aſculanus, Aſterius Salernitanus, Ruſticus Feſulanus, Leo Naulenſis, præter hos Metropolitani novem, Epiſcopi decem & ſeptem. Siniſtram autem tenebant Hippacius Epiſcopus Epheſinus, Conſtantinus Heracleæ Metropolita, Theogenes item Metropolita Synadis, &c. *Tom. 11. p. 200. Reg. Impreſſ.*

XIII. Tertia Actione Menas pariter medius omnium. Dextrorſum iidem Legati, Metropolitæ duo, quinque & viginti Epiſcopi. Siniſtrorſum Hippacius Epheſi, Conſtantinus Heracleæ Metropolitæ, & Euſebius Metropolita Cyzicenus cum ſexdecim Metropolitanis, Epiſcopis quindecim. Quarta Actione Menas omnium medius; Legati, Metropolitanus Beryti, cum quinque & viginti Epiſcopis dextram; Hippacius Epheſinus, Conſtantinus Heraclienſis, & Euſebius Cyzicenus Metropolitæ, aliique duodecim, cum Epiſcopis quatuordecim ſiniſtram tenuerunt. Damnationi autem Antimi eadem in Actione ſubſcribunt primus Menas Conſtantinopolitanus, II. Hippacius Epheſinus, III. Conſtantinus Heracleæ, IV. Euſebius Cyzicenus; poſtea Pontificii Legati; Diaconi duo, viginti Epiſcopi. Quibus ſatis probatur, hac in Synodo contra quam aſſerit Memoriale actum eſſe. *Ibid. pag. 29.*

XIV. Concilium haud dubie quintum Oecumenicum Conſtantinopoleos ſecundum, coactum Vigilio Eccleſiæ clavum moderante, quod viſitur decimo ſecundo Conciliorum volumine, congregatos Præſules ita enumerando percenſet: I. Euſebius Patriarcha Conſtantinopoleos. II. Apollinaris Archiepiſcopus Alexandrinus. III. Dominus, ſeu Domnus Patriarcha Antiochenus. IV. Stephanus, Gregorius, Damianus Epiſcopi Viceſgerentes Euſtachii Hieroſolymitani. V. Benignus Epiſcopus Heracleæ in Peloponneſo Vi- *Tom. 12. Conc. Impr. Reg. pag. 8.*

 ceſ-

ceſgerens Eliæ Theſſalonicenſis. VI. Theodorus Cæſareæ Cappadociæ. VII. Andreas Epheſinus. VIII. Sextilianus Tunetanus Viceſgerens Primoſi Epiſcopi Carthaginenſis Metropolitæ Africani. Ordo idem tota Synodo ſervatur in octo Actiones diviſa. Pagina inſuper 228. Patres eodem plane ordine ſubſcribunt Decretis in ipſa Synodo Oecumenica. Quæ quum ita ſint, non igitur hoc in Concilio convocato ſeculo ſexto proxime Patriarchas ſubſcripſere, vetuſtate id exigente, Primas Africanus, Præſules Heracleæ Thraciæ, Cæſareæ Cappadociæ, & Epheſi: etenim tum Primati, tum tribus allatis Epiſcopis vidimus Theſſalonicenſem præire, cujus nomine Benignus Epiſcopus Heracleæ Peloponneſiacæ urbis, ſtatim ſub Patriarcham eumdem ſcribit.

Ibid. pag. 228.

XV. Sextum Oecumenicum Concilium Conſtantinopolitanum tertium indictum fuit ab Agathone Pontifice, qui moderabatur Eccleſiam ſeptimo ſeculo, anno circiter 641. noſtra enim nihil intereſt num ante, ſeu poſt id temporis, parvo certe diſcrimine, celebraretur. Duodeviginti Actiones habitæ in illo ſunt, quarum novem primis congregati Patres hoc methodo recenſentur. I. Theodorus, & Gregorius Presbyteri, & Joannes Diaconus Viceſgerentes Pontificis Agathonis. II. Gregorius Archiepiſcopus Conſtantinopoleos. III. Petrus Presbyter Viceſgerens, aut Vicarius Sedis Alexandrinæ. IV. Macharius Archiepiſcopus Antiochiæ. V. Theodorus Presbyter pro Epiſcopo Hieroſolymorum. VI. Joannes Epiſcopus Portuenſis, Abundantius Paternæ, Joannes Rheginus nomine Synodi Romæ coactæ CXXV. Epiſcoporum. VII. Theodorus Presbyter, Vicarius Theodori Archiepiſcopi Ravennatis. VIII. Baſilius Epiſcopus Gortynæ in Creta inſula. IX. Theodorus Epiſcopus Epheſinus. X. Siſimus Epiſcopus Heracleæ Thraciæ. De Cappadociæ Epiſcopo novem iſtis Actionibus nulla fit mentio. Actione autem X. & XI. octavum occupat locum pone Baſilium Gortynæ, quem proxime ſequitur Epheſinus Epiſcopus. XII. & XIII. eamdem ſedem octavam habuit Joannes Theſſalonicenſis, nonam Gortynæ, decimam Cæſareæ, undecimam Epheſi, decimam ſecundam Heracleæ Præſules tenuerunt.

Sext. Conc. Gen. tom. 16. pag. 42.

XVI. Actione pariter decima quarta ordo hic immutatur; decimo enim ſecundo loco eſt Epiſcopus Tremetuntis

tis Epiphanii Cypri Archiepiſcopi Viceſgerens, & decimo tertio Siſimus Epiſcopus Heracleæ. Idem ſervatur decima quinta, & decima ſexta, hoc duntaxat addito ad Epiphanii nomen; ideſt: Epiphanius Conſtantienſis Archiepiſcopus in inſula Cypri. Actione decima octava ita obſignant Patres. I. Legati Summi Pontificis Agathonis: proxime hos quatuor Patriarchæ propter ſuarum dignitatem Eccleſiarum: poſtea Epiſcopus Theſſalonicæ, Viceſgerens Archiepiſcopi Conſtantienſis, Viceſgerens Archiepiſcopi Ravennæ, & Epiſcopi Concilii Romani Legati ordinatim ſinguli aſſidebant, poſtea ſequebantur tres Epiſcopi, Cæſareæ, Heracleæ, & Epheſi. Duodevicesima Actione diſpoſitio prorſus eadem reperitur. Quapropter ne hac quidem in ſexta Synodo quatuor illos Epiſcopos Epheſi, Heracleæ Thraciæ, Cæſareæ, & Africæ Primatus, proxime Patriarchas Orientis locum ſeu ſubſcribendo, ſeu ſedendo tenuerunt.

Ibi pag. 522.

XVII. Sed nec ſeptima Oecumenica Synodus Eccleſiæ Hiſpalenſi ſuffragatur, quæ eſt Nicæna ſecunda. Prima enim Actione Epiſcopi omnes enumerantur congregati nulla omnino mentione facta nec de Epiſcopo Heracleæ, nec de Africæ Primate, quod item alterâ factum eſt, occaſione recenſendi qui Adriani I. acceperant literas; & tertiâ, in qua fuerunt acceptæ literæ Orientalium Epiſcoporum: & quartâ ubi Fidem profeſſi ſunt Patres. Quinta, & ſexta Epiſcoporum catalogus vacat. Septima Patres obſignant Decreta, definitioneſque Concilii: qua in re benigne actum eſt cum Eccleſia Hiſpalenſi aliquibus in editionibus Conciliorum, Epiſcopus enim Heracleæ cum cæteris Patribus recenſetur. Diſpoſitio tamen ſubſcribentium eſt hujuſmodi: I. Legati Adriani. II. Tharaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus. III. Agapitus Epiſcopus Cæſareæ. IV. Joannes Epiſcopus Epheſinus. V. Conſtantinus Epiſcopus Conſtantienſis in Cypro inſula. VI. Leontius Epiſcopus Heracleæ Thraciæ.

Sept. Conc. Gen. Nic. 2. tom. 18. pag. 245.

XVIII. Ita quidem ſe res habet in Synodo Nicæna II. volumine duodevicesimo pag. 585. Inſequenti autem volumine, in quo ejuſdem acta Synodi iterum referuntur, laudati tres Epiſcopi, non inficior, poſt Patriarcham Tharaſium proxime ſubſcribunt: nihilo tamen ſecius pag. 568. Præſulum nomina, qui convenerunt, relata ordine quintum præferunt

Tom. 19. pag. 568. & 583.

Digitized by Google

runt Conſtantium Epiſcopum Conſtantiæ Cypri, ſextum Leonem (ſic appellant hoc in loco,) Epiſcopum Heracleæ, Singulis jam productis Conciliis Oecumenicis, quæ primis octo Eccleſiæ ſeculis habita fuerunt, operæ noſtræ præmium ſane præclariſſimum aſſequuti eſſe videmur, eo quod opinionis errore ſublato planum fecimus, quam incertas res noſtra provocatrix evulgavit alacritate illa utens, ac libertate dicendi quam vidimus. Etenim ſtudio ac diligentiæ noſtræ ſatis erit factum, ubi homines norint offendi potius in Memoriali vitium poſſe quod conſtanter ſapientes abominantur, quam veritatem fieri obviam, quam docti aſſequi ſumma ope contendunt.

XIX. Revera ſi Eccleſia Hiſpalenſis diligentia in diſquirendis rebus æque ac eruditione præſtaret, nullus dubito, quin generaliter affirmaſſet *Legatum, ſeu Legatos ſi eſſent plures* primis octo Eccleſiæ ſeculis Pontifice Summo non præſidente Conciliis tum Oecumenicis, tum Nationalibus & Provincialibus, ſubſcripſiſſe primos, numero enim ſeptimo
Card Sfondr. p. 2. c. 1 n. 9. ſecus eſſe factum animadvertimus. Docebimus parte altera ab Eminentiſſimo Sfondrato inſtituti, duplex Legatorum Pontificis eſſe genus, qui aderant Conciliis; aliis enim jus, ac poteſtatem ſuam Pontifex in mandatis dabat, ut ſuo nomine præſiderent, aliis vero non ita; qui tamen a Summo eodem Pontifice legabantur ut Conciliis adeſſent. Legatus, ſive Legati, quibus Pontificis auctoritas in mandatis erat licet neque Epiſcopi, neque Presbyteri dignitate fulgerent, ſingulis tamen præferebantur, ſeu ſedendum, ſeu ſubſcribendum eſſet: contra Legati alii non ſicut aliis honore Legationis, ita jure præcedendi omnibus, comparabantur. Teſtes mihi erunt primo, Arelatenſe Concilium convocatum cauſæ cognoſcendæ gratia Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis a Donatiſtis delati, quo convenerunt Legati Pontificii Claudius, Vituſque Presbyteri cum Diaconis Eugenio, & Ciriaco, quorum profecto nullus ut videtur præſedit, namque Synodica Cæcilianum innocentem aſſerens, nullius præfert nomen Lagati ſubſcripti.

XX. Deinde Epheſinum quod capitis hujus num. 7. referebam. In hoc Cyrillus, & Arcadius Legati ſubſcribunt primi, Projectus autem, & Philippus, quanquam eodem munere Legationis fungentes, nonniſi poſt Epiſcopos plures

obſi-

obſignant. Denique Concilium Conſtantinopolitanum II. ac generale V. ut libet nonnullis, quæ res mihi non conſtat ut antea monebam: utcumque autem ſit, in ea Synodo ab Agapito indicta neque conſederunt, neque ſubſcripſerunt primo loco; quin ſeptem Legatis Epiſcopis, Hippacii Epheſini Præſulis nomen, & Conſtantini Heracleæ, & Euſebii Cyziceni, qui poſt Menam Patriarcham proxime ſubſcribunt, præſignatum legitur. Quare ſapienter monuit Card. Sfondratus, uti ſupra indicavimus, hanc Legatorum duplicem conditionem. *Sciendum eſt non omnes Pontificum Legatos ſemper Conciliis præſediſſe, præſertim Provincialibus, nec ſemper primo loco poſitos, niſi cum mandato præſidendi mitterentur.* Cum quo homines etiam doctiſſimi ſentiunt Card. Perronius, Petrus de Marcha, & Marchio de Mondejar. Itaque digniſſima Eccleſia Hiſpalenſis norit, ſe tot peccaſſe in Eccleſiaſtica hiſtoria, quot bene de eruditis merendi cauſa gloriatur docere ſuopte ingenio; necnon memoria opportune repetat, quæ nos prudenter ſuperius admonuit, nempe *que es neceſſario mucho tiento, para hablar con acierto, en coſas tan antiguas.* Id eſt „ Multum diligentiæ neceſſario adhibendum eſſe, ut „ de rebus adeo remotis recte ſentire quis poſſit. Quod certe conſilium, præterquam quod ſapientiæ plenum, maximo erit uſui ſcriptori, qui rebus tot ſeculis a noſtra memoria diſſitis coacervandis dat operam.

Card. Sfond. Gall. vindic. diſſ. 3. §. 1.

Card. Perr. Replic. c. 40.

Marcha de concor. l. 1. c. 2.

Marchio de Mond. differt. Eccl. diſſ. 4. c. 3. n. 53.

Mem. pag. 65.

XXI. At enimvero, quum noſtris oculis propoſitæ fuerint res adeo diſcrepantes a veritate, hanc mihi det veniam, certum mihi eſt ſua ipſius verba in ipſam convertere: *Si eſto no es abuſar de la buena fee de el publico, y de los que à ciegas creen quanto ſe dà à la prenſa, es à lo menos una demaſiada confianza, de que no avrà quien examine lo eſtampado en los libros impreſſos. Pero el preſente ſiglo, con ſemejantes exemplares, ha entrado en mas deſconfianza, que los paſſados, y aſſi, ſe cree con mas tiento, y con examen de los fiadores. Por eſta cauſa ſe ha pueſto, con tanta individualidad, y diſtincion lo que conſta de los Concilios, y Bulas de los Sumos Pontifices, para que nadie ſe fie de lo que imprime la paſſion, quando eſta ſe hace tema de mantenecer, lo que una vez ſe dixo con poca conſideracion.* „ Hoc niſi eſt abuti hominum fide, præſertim eorum, „ qui cæco impetu ducuntur, ut credant quæcumque præ„ lis commiſſa fuerint, audax certe fiducia dicenda erit,

„ quaſi defuturi illi ſint, qui quoniam Typis editas, res „ haud quaquam expendant. Jam vero hæc noſtra tempora, „ quam ſuperiora conniventia minus ingenia ferunt, quæ „ maturiorem Scribentibus fidem adhibent, expenſis antea „ argumentis, quibus ſcripta eorum confirmantur. Qua- „ propter nobis religio fuit diſtincto, ac peculiari ſermone „ non proferre quæ Conciliis Bulliſque Pontificum conſtant, „ ne forte alicui perſuaſum ſit, quidquid alii ſtudioſe ni- „ mis ediderunt, ac pertinaciter tuiti ſunt poſtea, quæ te- „ mere locuti erant. Mirandum ſane conſilium, ac ſententiam Philoſopho dignam, quæ præſentis inſtar antidoti nobis præbetur ab Eccleſia Hiſpalenſi adverſus vehemens earum rerum ſtudium, quæ literis commendantur! Cui equidem reponam quod Cæleſtis Medicus in Euangelio terrenum illum, mortalemque monuit: *Medice, cura te ipſum*.

XXII. Jam ſatis luculenter oſtendimus quantum, & quam ſæpe Eccleſiaſticam depravat hiſtoriam Memoriale Hiſpalenſis Eccleſiæ ampliſſimo nomine promulgatum: quæ res, opinor, inde orta erit, quod Auctor temere, & nullo conſilio ad rem gerendam acceſſit, ſeu nimis confidit, minuſque diligenter quam par erat, ad res tam varias, tamque multas coacervandas paratum ſe præbuit. Cæterum ne his quidem ridiculis ſubterfugiis defendi poteſt quod Memorialis pag. 88. legitur. Refert Toletanum Præſulem Euphemium in tertia Synodo Toleti habita anno 639. ita ſubſcribere. *Euphemius in Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Metropolitanus Epiſcopus Provinciæ Carpetaniæ*. Quæ revera ſic ſe habent: verumtamen toto Cælo aberrat a veritate id quod ibidem ſequitur, nempe: *Y aſſi firmaron ſus Suceſſores, haſta el año* 610. *que mudaron eſta firma por decreto de el Rey Gundemaro*. „ Ejuſque ſucceſſores per eadem verba ſubſcripſere „ ad annum uſque 610. quum temporis ea ſubſcribendi con- „ ſuetudo Gundemari Regis diplomate antiquata eſt. O Deum immortalem! Raram quidemcerte ſcriptoris audaciam! Audaciam dico? Melius opinor, aptiuſque dixerim... ſed præſtat in tam venerabilem Eccleſiam cujus nomen præfefert Memoriale ſeu honeſta, ſeu nulla uti ſignificatione. Concilia nulla, nullaque monumenta veterum tum ſupra, tum citra memoriam illam omnino exiſtunt, quantum videre potui, in quibus Toletanus Præſul ſubſcribat: *Me-*

Mem. pag. 88.

Metropolitanus Epiſcopus Provinciæ Carpetaniæ. Qua ratione igitur ſervatus mos ille dicitur ab ejuſdem Succeſſoribus ad annum uſque 610. eout minus accurate legenti perſuaſum ſit non ſemel in III. Toletana Synodo id eſſe factum?

XXIII. At vero luce ipſa clarius apparebit quam incerta, improbabilis, leviſque ſit propoſitio illa, ſi Lector conſideret Concilium Gundemari ævo congregatum nimirum 610. unum duntaxat, & viginti annos a tertio Toletano diſtare quod 589. Reccaredo regnante coactum fuerat. Itaque horum medium habitum erit unum tantum Reccaredo eodem Rege anno ſcilicet 597. Huic vero quî ſubſcriptum fuerit videre eſt penes Eminentiſſimum Aguirre volumine ſecundo pag. 416. itemque penes D. Garſiam de Loayſa Conciliorum Hiſpanienſium volumine pag. 253. etenim alios inter, qui ſubſcripſere, Adelphius Euphemii ſucceſſor, pro eo ut Præceſſoris inſtar ſui ſubſcriberet, Metropolitarum potius duorum ante ſe obſignantium morem ſequutus fuit. Profero exemplum ipſum: (admonendus mihi eſt Lector meus ideo primum occurrere Emeritenſem, quia Bracarenſis, Tarraconenſis, & Hiſpalenſis aberant,) I. *Mauſona in Chriſti nomine Emeritenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi*. II. *Migetius in Chriſti nomine Narbonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi*. III. *Adelphius in Chriſti nomine Toletanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi*. Ad hæc tam aperta, tamque perſpicua quid reponet Ecclesia Hiſpalenſis?

Card. Aguir. tom. 2. p. 416. D. Garſia Loayſa Conc. Hiſp. p. 253.

XXIV. Siqui forte hæc noſtra legerint, facile intelligent, quam acri egeat inſpectione quidquid Ecclesia Hiſpalenſis pro certo aſſerit, ut ne ſibi poſtmodo ſit querendum ibi potiſſimum factam eſſe fraudem, ubi minus fidem crediderant defuturam. Cujus rei novum ut argumentum habeant, obſervent ſcopulum, quo eadem impegit ipſo in exordio numeri 88. ubi ait: *Conſta tambien, que en Cartagena à eſte miſmo tiempo avia Obiſpo, que ſe llamaba Metropolitano de la Provincia Cartaginenſe. Conſta de el Concilio de Tarragona, celebrado el año de* 517. „ Conſtat etiam Carthagine per idem „ tempus (verba iſta expendantur,) Epiſcopum extitiſſe, „ qui Provinciæ Carthaginenſis Metropolita vocabatur. „ Conſtat ex Tarraconenſi Concilio habito Redemtionis „ anno 517. Ex quo tempore ad 589. anni 72. lapſi ſunt. Qua tot annorum intercapedine nihil penſi habita non ve-

retur aſſerere id totum eodem tempore obtigiſſe. Ejuſmodi occurrent mille alia, quæ uti ſincera atque integræ fidei Eccleſia Hiſpalenſis jactat, quorum vim ingentem omittimus, opportunius relaturi, nam feciſſe operæ pretium remur, dum opus adeo glorioſum Eccleſiaſticæ depravationem hiſtoriæ eſſe demonſtravimus.

CAPUT VII.

ANIMADVERSIO IV.

Memoriale continet Propoſitiones & Documenta inter ſe pugnantia.

SUMMA CAPITIS.

I. *Memoriale affirmans quod Metropolitæ in Hiſpania eſſe cœperunt ab Antiocheno Concilio, ſecum pugnat.*

II. *Detegitur ejuſmodi doctrinæ diſcrepantia.*

III. IV. *Contradictorium Memorialis de convocandis Conciliis in Hiſpania.*

V. *Falſa Memorialis argumentatio, probandi cauſa Toletum non fuiſſe olim Metropolim.*

VI. VII. VIII. *Carthaginem novam nunquam fuiſſe Metropolitani dignitate ornatam in Provincia Carthaginenſi patet ex doctrina ejuſdem Memorialis.*

IX. X. *Pallium primum non fuit datum Epiſcopo Oſtienſi a Summo Pont. D. Marco; at Trevirenſi a D. Petro.*

XI. & ſeqq. uſque ad XVI. *Confutantur varia capita Memorialis circa Pallium, ejuſque uſum, diſcrimenque inter Latinum & Græcum.*

XVI. *Doctrina Memorialis, tradi ſolitas vices Pontificias cum Pallio.*

XVII. *Impugnatur.*

XVIII. *Confirmatur exemplis.*

XIX. *Alia doctrina contraria de eodem Pallio in Memoriali detegitur.*

XX. *Inde infertur, ſeu Archiepiſcopos in Occidente eſſe antiquiores quam vult Memoriale, ſeu Pallium non importare Apoſtolicas vices.*

XXI. XXII. XXIII. *Evincitur falſitas doctrinæ Memorialis, quod ante D. Leandrum non fuerit uſus Pallii nec Archiepiſcopalis poteſtas in Hiſpania.*

XXIV. XXV. XXVI. *A Conſtantini Imperatoris converſione Hiſpaniæ Præſulibus commercium fuit liberum cum Romanis Pontificibus quare non fuerunt probibiti a Pallii honore obtinendo.*

XXVII. *Gothorum quoque temporibus eadem viguit commercii libertas.*

XXVIII. *Summi Pontifices non habuerunt neceſſe conſenſum Imperatorum in Pallii uſu tradendo Epiſcopis Hiſpaniarum.*

XXIX.

XXIX. XXX. *Tribus duntaxat vicibus aſſenſio Imperatorum petita eſſe oſtenditur, probaturque.*

XXXI. XXXII. *Diſcuſſio, utrum vere cum Pallio conjunctæ eſſent vices Pontificiæ.*

XXXIII. & ſeqq. uſque ad XXXVII. *Ex ipſius S. Gregorii epiſtolis conjicitur, non fuiſſe commiſſas vices Pontificias D. Leandro, ſitque apertum quando, & quibus eædem commiſſæ fuerint.*

XXXVII. *Joannes Defenſor in Hiſpaniam miſſus ob Januarii depoſitionem probat D. Leandrum non fuiſſe fulcitum Vicaria Pontificis poteſtate.*

XXXVIII. *Efficacius ad eamdem rem probandam argumentum.*

XXXIX. XL. *Exactior diſcuſſio ejuſdem depoſitionis Epiſcopi Januarii.*

I. JAm vidimus quam minimum Memoriali conſtet cum Scriptoribus cæteris: attendendum eſt modo quantum a ſeipſo idem diſcrepet. Principio pag. 30. conſiderans quartum Concilii Nicæni Canonem, quo conſtitutum fuiſſe paulo ante dixerat, ut in Provincias ſingulas ſinguli Metropolitæ mitterentur, ab eruditi Chriſtiani Lupi verbis orditur: *Hiſpanos obediviſſe vident oculi noſtri. Los Eſpañoles obedecieron, como nueſtros ojos lo vèn.* Deinde ita proſequitur: *Pero què mucho aviendo formado eſte Canon el grande Oſio Eſpañol Obiſpo de Cordova, Preſidente de eſte, y de otros muchos Concilios en el Oriente, como Legado de los dos Santos Pontifices San Sylveſtre, y San Julio I. No ſolo obedecieron en eſto los Eſpañoles, ſino tambien à la diſpoſicion de el Canon nono de el Concilio Antiocheno .... Que confirmando la ereccion de los Metropolitanos, manda, que eſta ſe haga en las Metropolis, y Capitales de ſus Provincias.* Ideſt: „ Quem Canonem, quod majus eſt, quum „ condidiſſet inclytus Hiſpanus Oſius Cordubenſis Epiſco- „ pus, qui tum huic, tum aliis in Oriente Conciliis præſe- „ dit Summorum Legatus Pontificum S. Silveſtri, & S. Julii I. „ non ei ſolum Canoni Hiſpanienſes, verum etiam nono An- „ tiochenæ Synodi morem geſſerunt... Qui ſuperiori Cano- „ ne de creandis Metropolitanis inſiſtens conſtituit, ut præ- „ cipuæ ſuarum Provinciarum Urbes, ac Metropoles ejuſ- „ modi dignitatum munere decorentur. Ab illo jam tempore docet, Metropolitani nomen fere inauditum antea, tum frequenter audiri cœptum; atque omnibus palam fieri. *Poſt hanc Synodum Metropolitanorum nomen paſſim invaluiſſe neminem latet.* Hiſce verbis Guillelmi Berveregii Hæreſis tabe infecti rem ſuam adſtruit Memoriale. Hujus autem

Mem. pag. 30.

Infra cap. 8. n. 7.

 in-

inſaniſſimi capitis dicta minus apud nos Catholicos valent, quod infra oſtendam, quam ut adjungi ipſis fidem oporteat. Hæc tamen duo, Hiſpanorum nempe obedientia, & Metropolitani nominis conſuetudo frequens uſque ab Antiocheno Concilio non video quinam conſtare poſſint ubi ſimul conferantur quæ 31. num. ejuſdem paginæ, ac tota ſequenti, Memoriale iſtud præſefert.

II. Et ſane nunquam pro meritis commendatus Epiſcopus Oſius in Hiſpaniam reverſus anno Redemtionis 356. convocat Nationale Concilium publica luce donaturus Nicænos Canones, quod ex Memoriali edocti ſumus. Nihilo tamen ſecius anno 390. celebratur Cæſaraugustæ Concilium; nulluſque in eo convenientium Epiſcoporum Metropolita nuncupatur. Anno item 400. prima Toleti Synodus Nationalis habetur, in qua nulla Metropolitæ mentio eſt. Tandem 517. congregatur Tarracone Concilium, ibique primum Metropolitani nomen auditur; quum temporis quidem certe ſupra 150. annos elapſos eſſe a Nicæni Canonum evulgatione in Hiſpaniis negat omnium nemo. Quæro igitur: ubinam parendi celeritas Nicænæ Synodi Decretis, quæ de Hiſpanienſibus fertur? Etenim anni 150. ab eorum evulgatione lapſi contrarium potius evincunt. Præterea quinam ſubſiſtet Berveregii dictum: *Poſt hanc Synodum* (Antiochenam anno 341. coactam) *Metropolitanorum nomen paſſim invaluiſſe neminem latet*; dum ante 517. Metropolitæ nomen, ante octavum ſeculum Archiepiſcopi prorſus inauditum in Hiſpania, falſo id quidem ut vidimus, attamen Memoriale idem affirmat?

III. Cognoſcamus aliam perſpicuam magis diſcrepantiam. Pag. 68. numerum 67. orditur his verbis: *Por eſta cauſa* (puta ob gliſcentia tum temporis bella) *en* 116. *años, que corrieron, deſde el año de* 400. *haſta el de* 516. *no ſe halla en el Canon de los Concilios de Eſpaña junta alguna de Obiſpos Eſpañoles: quiebra de la diſciplina de eſta Igleſia, que llora San Leon el Magno.* Nempe: „ Ea propter 116. annorum ſpatio, „ qui a 400. ad 516. lapſi ſunt in Canone Conciliorum „ Hiſpaniæ nulli memorantur Epiſcopi Hiſpanienſes con„ gregati ob Eccleſiæ diſciplinam reſtaurandam, quam „ S. Leo Magnus deplorat. Hæc Eccleſia Hiſpalenſis comprobare nititur ejuſdem S. Pontificis auctoritate epiſtolam affe-

Mem. p. 68. n. 62.

afferens 83. quam ille dedit ad D. Turribium Aſturicenſem Epiſcopum, quæ, ni fallor, aperte pugnat cum ejus dictis. Audiamus: *Ex quo multas Provincias occupavit irruptio. Ex quo inter Sacerdotes Dei difficiles commeatus, & rari cœperunt eſſe conventus, &c.* Ergo armorum tempore Sacerdotes Dei raro quidem ſed aliquando tamen congregabantur. Itaque S. Leo Magnus, dum queritur minus frequentes, rarioreſque factos Epiſcoporum cœtus Bellorum ingruentium cauſa, proculdubio nonnullos ponit extitiſſe ab anno 400. ad id temporis quum ſcribebat, quod ſpatium annos minimum quadraginta complectitur: ex qua S. Pontificis auctoritate contra quam aſſerit Memoriale, probatur. Adhuc tamen diſcrepantia non apparet. *S.Leo epiſt.85.*

IV. Id quod pugnat, & contradictorium, ut loquar cum Logicis, poteſt vocari, eſt ejuſdem S. Leonis literarum exitus qui eadem pagina, & numero Memorialis habetur. Refert ejuſmodi literis Turribio mandaſſe, ut quam poſſet fieri Concilium frequentius convocaretur, poſtmodo proſequitur. *Eſto ſucedia el año de 447. y conſta, averſe juntado los Obiſpos de las quatro Provincias, Tarraconenſe, Cartaginenſe, Luſitana, y Betica, y celebrado ſu Concilio.* „ Id contigit anno 447. con-„ ſtatque Epiſcopos conveniſſe quatuor Provinciarum Tar-„ raconenſis, Carthaginenſis, Luſitanæ, ac Bœticæ, cele-„ bratumque Concilium fuiſſe„. Jam vero conferat Eccleſia Hiſpalenſis, quo eſt ingenio, & eruditione duo hæc quæ docet, nempe non conſtare, quod a 400. ad 516. Concilium fuerit ullum aut cœtus Epiſcoporum Hiſpanienſium; &, conſtare, quod quatuor Hiſpaniæ Provinciarum Epiſcopi Tarraconenſis, Carthaginenſis, Luſitanæ, & Bæticæ literis D. Leonis obſecundantes congregati fuerint anno 447. Jure quidem hoc genus loquendi a Logico appellaretur Contradictorium. Non conſtat annis 116. fuiſſe cœtum ullum Epiſcoporum Hiſpaniæ. Conſtat iiſdem 116. annis fuiſſe in Hiſpania cœtum Epiſcoporum. Hæc, ut dixi, eadem pagina, eodemque numero ſunt congeſta. *Mem.ibid.*

V. Tertio; nullo poteſt pacto ſibi convenire Eccl. Hiſpal. ubi pagina, & numero 84. probatura Toletanam Eccleſiam haud fuiſſe olim Metropolim. *En toda,* inquit, *la Provincia Cartaginenſe, quando ſe eſtablecieron los Metropolitanos, no avia otra Ciudad, donde acudieſſen à demandar juſticia los ſeſenta y dos par-*

partidos, ò comarcas de toda ella, de las quales era una la Carpetania, donde eſtaba Toledo, ſino es la Ciudad de Cartagena. Los Metropolitanos, ſegun la inſtitucion Apoſtolica ſe eſtablecieron en aquella Ciudad de cada Provincia, adonde los Pueblos acudian à demandar juſticia en ſus negocios ſeculares. Luego quando ſe eſtablecieron los Metropolitanos, ſea quando huviere ſido, el de eſta Provincia Cartaginenſe no pudo eſtablecerſe en otra parte, que en Cartagena. „ Tota in Carthaginenſi Provincia quum Me„ tropolitarum conſtituta dignitas fuit, civitas erat præter „ Carthaginem nulla, in qua judicia fierent pro duobus & „ ſexaginta partibus, ſeu Comarchis, in quas tota diviſa „ erat, eque his Carpetania, cujus Urbs Toletum. Me„ tropolitæ Apoſtolicis inhærentes mandatis ea in Urbe „ cujuſcumque Provinciæ ſedem ſuam collocabant, ubi in ſe„ cularibus cauſis jurisdictio agitabatur. Itaque quum Me„ tropolitæ, quandocumque id fuerit, renunciati ſunt, qui „ Carthaginenſem ſortitus Provinciam fuit, nullibi ſedem „ ſuam præterquam Carthagine collocarit. Exemplum hoc integrum protuli, quum enim legitima, & firma argumentatio ſit, eadem uti ad meum roborandum inſtitutum mecum ipſe deliberavi. Tirones qui ad Dialecticam informantur, id primum inſtitui conſueverunt in ſummulis, alterutra ex duabus præmiſſis falſa, nullam ſequi concluſionem; quod apprime in argumento allato conjicio. Major quippe propoſitio ex ipſomet convincitur Memoriali falſa, eſſe, & idcirco cum aliis pugnans, quæ affirmat.

Mem. pag. 66. §. 9. n. 66.

VI. Anno, inquit, 400. quo primum Toleti Concilium eſt habitum, Metropolita erat nullus in Hiſpania, ipſiuſque Jus, & Præeminentia nondum cœperant, quibus uti frueretur inſtituit Nicæna Synodus, confirmavitque Sardicenſis, & Conſtantinopolitana I. Itaque, urget, Canones conſtat Nicæni Concilii 400. anno vix, immo ne vix quidem viguiſſe. Inſequenti anno Boreales inter incendia bellorum excitata ob ſubjugandam Hiſpaniam, toto ſeculo quinto invaluerunt, noſtri ut ferunt hiſtorici, & Memoriale ipſum affirmat parte 1. §. 6. Quapropter nulla extant monumenta veterum tradentia Concilium aliquod eſſe habitum toto illo tempore in Hiſpaniis; nam bella teterrima ingruentia Præſulibus haud ullam poteſtatem fecerunt ſeſe congregandi. Ex qua inter Hiſtoriæ Scriptores omnes conſtanti ve-

Mem. ibid.

veritate ſequitur, ea omni perennitate quinti ſeculi nec nomen, nec auctoritatem, nec juriſdictionem ullam totâ Hiſpaniâ fuiſſe Metropolitæ; quin etiam nullum in Hiſpania eadem Metropolitanum ſedem ſuam poſuiſſe. Neque autem minus conſtat, Vvandalos Carthagine potitos, eo quod hoſtis tam impigre rem geſſiſſet, ad veſaniam uſque ſævientes, Urbis ipſius exciſæ penituſque ablatæ vix pauca rudera reliquiſſe, ut Mariana in Hiſpanienſium hiſtoria teſtatur, frequenterque aſſerit Memoriale, quæ ſub initia quinti ſeculi evenerunt. Quibus probatur major propoſitio contradictoria eſſe, omniſque amovetur poteſtas in argumentum hoc firmiſſimum inſurgendi, quod ſequitur. *Marian.l.5.c.3.* *Mem.part.1.§.6. p.66.n.66.& 59.*

VII. Quum Carthago ea non eſſet Urbs quo duæ ac ſexaginta Provinciæ Carthaginenſis partes judicia auditurae confluebant, Metropolita in ea civitate conſtitui nequaquam poterat. Propoſitio iſta conſtat; quippe Memoriale ipſum docet, ex Apoſtolica inſtitutione Metropolitas ea in Urbe cujuſque Provinciæ creatum iri, quo in jus venire conſueverunt Populi pro ſecularibus cauſis. Atqui tum quum in Hiſpaniis, ac proinde in Carthaginenſi Provincia Metropolitæ fuerunt inſtituti ea Urbs non erat Carthago, ubi fierent judicia pro iis Provinciæ partibus 62. quemadmodum ex Memoriali expreſſum habetur. Quando igitur Metropolitæ fuerunt in Hiſpaniis deſignati, Carthago inſtituta non fuit Metropolis in Carthaginenſi Provincia.

VIII. Os, arbitror, adverſanti erit obſtruſum, ſi minor quoque propoſitio vera oſtendetur, uti eſt certe veriſſima, quod propria Eccleſiæ Hiſpalenſis confeſſione jam palam fecimus: certum quippe eſt, atque evidens, nullam in Carthaginenſi Provincia Carthaginem Urbem extitiſſe, ubi jus diceretur pro 62. dictis modo partibus, tum quum Carthaginis novæ penitus dirutæ nulla erat memoria. Hæc autem civitas orbata civibus, ſoloque æquata eſt principio ſeculi quinti, quum temporis Metropolitas in Hiſpania ullos fuiſſe inſtitutos haud conſtat; ac proinde quum Metropolitæ inſtituti ſunt, Carthago nova minime Urbs erat, in qua cauſæ agitarentur 62. partium Provinciæ Carthaginenſis. Quonam autem pacto Eccleſia Hiſpalenſis probet conciliētque duas haſce propoſitiones, nempe anno 400. nec fuiſſe in Hiſpaniis executioni mandatos Canones Nicænæ

M Sy-

Synodi, neque iiſdem obtemperatum, non enim licuit propter bella inſequenti anno excitata, & idcirco ad uſque annum 517. eiſdem morem gerere haud cœptum eſſe; & Carthaginem novam ſub initia quinti ſeculi exciſam, id eſt centum circiter ante annis perpetuo eſſe tuitam tribunal conventus juridicii, quo ſexaginta illæ & duo partes accederent ut cauſas tranſigerent ſuas. Equidem quod ad me attinet, eam potuiſſe Urbem frequentari nego, quæ jam interierat.

IX. Age nunc videamus iis etiam majora quæ diximus. Eruditiſſima Hiſpalenſis Eccleſia deliberatum habens docere, tum quid in more poſitum Romanorum eſſet Pontificum; ubi Pallii honorem concedebant; tum quos eodem Pallio dignarentur, idem eſſe traditum memorat a D. Marco Summo Pontifice Epiſcopo Oſtienſi, atque tum primum de Pallio auditum in Occidente ex Eccleſiaſtica hiſtoria, uti Baronius teſtatur anno 336. Quam certe in ſententiam tametſi plerique hominum eunt, tamen graviſſimi auctores non deſunt, qui vel Principis Apoſtolorum Petri temporibus id moris fuiſſe contendant, qui Pallio inſignivit Maternum Trevirenſem Epiſcopum, quem ipſe honorem ſucceſſoribus hæreditario jure reliquit. De hoc audiendus doctiſſimus Joannes Azorius e vener. Societate Jeſu Ruperti ſententiam afferens antiquiſſimi Auctoris, quem ſumma ſapientes laude, ſummoque honore proſequuntur.

Mem. p. 2. §. 5. n. 55. pag. 212.

P. Azor. tom. 2. p. 2. lib. 3. cap. 34. §. Porro. 8.

X. *Rupertus*, inquit, *libro primo de divinis officiis, capite vigeſimo ſeptimo, ſcribit Maternum a S. Petro miſſum Treverenſi Eccleſiæ hæreditatem Pallii ſuis Succeſſoribus reliquiſſe*. Innocentius item Cironius Doctor hujus Pallii Materno traditi mentionem facit. Quamobrem aſſeri haudquaquam poteſt, Pallii uſum in Occidente cœpiſſe ab eo, quem D. Marcus Oſtienſi Epiſcopo conceſſit anno 336. Eccleſiaſtica id hiſtoria teſtante. Verum id nec agitur hoc tempore, nec deſunt quæ cum cauſa noſtra ſunt magis conjuncta.

Rupert. l. 1. de div. Offic. cap. 27.

Ciron. in lib. Decr. tit. de auct. & uſu Pallii.

XI. Partis ſecundæ paragrapho quarto loquens de eo, quod eſt diſcrimen Græcum inter Pallium, & Latinum: *conſiſte*, ait, *en que el Palio Griego, fue ſiempre inſignia, y ornamento de los Patriarcas, Metropolitanos, y Obiſpos Provinciales de la Igleſia Oriental, quando el Palio Latino en los primeros quatro ſiglos de la Igleſia, fue inſignia, y adorno ſolamente de el Sumo Pontifice Patriarca de el Occidente.... y no ay noticia en la Hiſto-*

Mem. p. 2. §. 4. n. 49. pag. 207.

ria Ecleſiaſtica, de que en eſte tiempo Prelado alguno de el Occidente uſaſſe de el Palio, quando en el no eſtaban introducidos los Metropolitanos ... ſolo el Sumo Pontifice Patriarca de el Occidente, y Obiſpo de Roma uſaba el Palio en aquellos primeros ſiglos. Id eſt: „ Græcum Pallium Inſigne ſemper, & ornamentum Pa- „ triarcharum fuit, Metropolitarum, & Epiſcoporum Pro- „ vincialium Orientalis Eccleſiæ: Latinum vero Summi tan- „ tum Pontificis Occidentalis Patriarchæ.... Neque Eccle- „ ſiaſtica tradit hiſtoria Pallii uſum ævo illo Præſulibus „ Occidentis fuiſſe; ſiquidem Metropolitæ nondum fuerant „ ibidem electi... Tantummodo Summus Pontifex Occiden- „ tis Patriarcha, & Romæ Epiſcopus Pallio utebatur. Hæc quidem certe cum iis, quæ paulo ante dixerat, necnon cum aliis quæ paulo infra occurrunt, convenire non poſſunt. Quum ſcilicet antea retuliſſet in Eccleſiaſtica hiſtoria tum primum eſſe obvium Eccleſiæ Latinæ Pallium, quum anno 336. D. Marcus conceſſit Oſtienſi Epiſcopo, mox addit: *Eſta primera noticia de el Palio en la Igleſia Latina Occidental, no denota, que entonces fueſſe ſu invencion, ò ſu nacimiento, ſino que antes de eſte año no huvo eſcritor, que de el hizieſſe mencion... Pues el Palio en toda la Igleſia univerſal fue conocido deſde ſu fundacion.* „ Hæc Pallii prima cognitio in Latina Occi- „ dentis Eccleſia, non inventio, aut origo habenda eſt, im- „ mo vero Scriptorum defectus, qui ante hunc annum il- „ lius non meminerunt.... Pallium enim novit univerſalis „ Eccleſia a fundatione ſua. Inferius autem perſequitur: *El uſo de el Palio en el Occidente, aunque no es menos antiguo, que en el Oriente, con todo eſſo comenzò mas tarde à manifeſtarſe, y comunicarſe à los Prelados de eſte Patriarcado.* „ Tametſi „ Pallii uſus æque pervetuſtus in Occidente ſit, atque in „ Oriente; tamen Patriarchatus illius Præſulibus honor hic „ ſerius acceſſit, atque adeo Pallii uſus ibidem tardius noſci „ cœptus.

XII. Non ejus ingenii ſum, fateor, ut inter ſe tam pugnantia componam: etenim harum propoſitionum tertia, præterquam quod ſingulæ diſcrepant inter ſe, repugnantiam illam manifeſte continet, quæ apud Scholaſticos dicitur: *Implicatio in terminis.* Quod eſt primæ cum extremis diſcrimen facile aſſequar, ubi prima contulero cum poſtremis. *El Palio Latino en los primeros quatro ſiglos de la Igleſia,*

fue inſignia, y adorno ſolamente de el Sumo Pontifice Patriarca de el Occidente... Solo el Sumo Pontifice Patriarca de el Occidente uſaba el Palio en aquellos primeros ſiglos. „ Pallium Latinum „ Summi tantum Pontificis Occidentalis Patriarchæ inſi- „ gne fuit, & ornamentum primis quatuor Eccleſiæ ſecu- „ lis.... Tantummodo Summus Pontifex Occidentis Pa- „ triarcha ea tempeſtate Pallio utebatur. Quæ quum ita ſint, quînam univerſalis Eccleſia norit ab ipſa fundatione ſua Pallii uſum? Quînam idem Pallii uſus æque pervetuſtus in Occidente fuerit, atque in Oriente? At enim primis quatuor Eccleſiæ ſeculis inſigne fuit Romani Pontificis Occidentis Patriarchæ: & Summus tantum Pontifex Occidentis Patriarcha ea tempeſtate Pallio utebatur. Dicàm quod ſentio ejuſmodi rerum Auctor, ſit licet ſublimi ſingularique ingenio præditus, nunquam omnino fiet, ut ſibi conſtet.

XIII. Tertiæ vero propoſitionis implicationem ſolvere haud operoſum crit minus, quia minima inſpectione omnibus patet. Et revera, quæ res uſu tantum manifeſtantur, ſtatim atque uſus cœpit, manifeſtæ fiunt; & contra eo ſerius id contingit, quo ipſarum uſus eſt tardior. Idque eſt luce ipſa magis clarum. Itaque Pallium, quod uſu tantum manifeſtatur, omni procul dubio cum ipſo uſu manifeſte innotuiſſet, nec ſerius uſu principium notionis fuiſſet. Sententiæ huic prorſus contrariam eſſe tertiam illam propoſitionem quem fugiat! *El uſo*, inquit, *de el Palio en el Occidente no es meno antiguo, que en el Oriente*: „ Pallii uſus æque „ pervetuſtus in Occidente eſt, atque in Oriente. Quî ergo tardius fuerit manifeſtum? Scilicet uti Pallio perinde eſt, ac idem manifeſtum fieri, quippe uſu ipſo fit manifeſtum. Quare ſecum ipſa pugnat propoſitio affirmans æque ac Orientalis Eccleſiæ, Occidentalis Pallium eſſe antiquiſſimum cognitione; & plures poſt annos manifeſtum eſſe factum. Inſuper duo inter ſe pugnantia præſefert ipſamet propoſitio. *El Palio Latino en los primeros quatro ſiglos fue inſignia, y adorno ſolamente de el Sumo Pontifice.* „ Pallium, ſci- „ licet, primis quatuor ſeculis Summi tantum Pontificis in- „ ſigne, & ornamentum fuit. Nec ita multo poſt aſſerit, quod, utpote certo certius, frequenter legitur eo in Memoriali: *Que el Pontifice San Marcos el año de* 336. *concediò al Obiſpo de Oſtia el uſo de el Palio.* „ Quod S. Pontifex Mar-

cus

„ cus anno 336. Oſtienſi Epiſcopo Pallii uſum conceſſit. Quoniam vero allatus hic annus ad quartum ſeculum ſpectat, repugnans nobis videtur: *Tantummodo* Summus Pontifex quatuor primis ſeculis eſt uſus Pallio, ab alia propoſitione veritati magis conſentanea; nempe: *Non ſolum* Summus Pontifex Pallio uſus eſt quatuor primis Eccleſiæ ſeculis.

XIV. Primæ item propoſitioni adverſatur quod proxime poſt allata ſuperius pergit ſcribere Eccleſia Hiſpal. Exemplum profert Ill. Fr. Angeli de Tagaſte Præfecti Cappellæ Pontificiæ, cujus auctoritate picturas exhibet D. Gregorii, Summorumque aliorum Pontificum, qui omnes ſacro Pallio ornantur. Poſt hæc adjungit: *En lo qual ſe debe notar, que eſte Palio, que oy ſe vè en las antiquiſſimas pinturas de los Pontifices Romanos, es el Palio Griego, y no el Latino, que oy ſe uſa...lo qual no es ſin fundamento de razon; aſſi porque el Palio, que oy ſe uſa, no avia comenzado entonces à uſarſe en el Occidente, como porque el Obiſpo de Roma, Patriarca de el Occidente, tenia en ſu Patriarcado mucha parte de la Igleſia Griega; y aſſi ſu Patriarca ſe veſtìa el Palio, que à ellos les daba, y el que ellos veſtìan.* „ Animadvertendum eſt, quo Pallio Mem. pag. 168.
„ pervetuſtæ Romanorum Pontificum ornantur imagines,
„ Græcum id eſſe, non autem Latinum, quo noſtra hac tem-
„ peſtate Præſules utuntur... Quod quidem juſtis de cauſis
„ factum eſt: tum quia Latinum, cujus hodie conſuetudo eſt,
„ nondum invaluerat in Occidente, tum quia cum Epiſcopo
„ Romano Patriarcha Occidentis multa Eccleſiæ Græcæ pars
„ conjuncta erat: quare Pallium quo Græcos impertiebat,
„ iidemque ornabantur, induebat. Euge: Eccleſia Hiſpalenſis, tam tenax propoſiti es? Mox pag. 207. ajebas: *El Palio Latino en los primeros quatro ſiglos de la Igleſia, fue inſignia, y adorno ſolamente de el Sumo Pontifice Patriarca de el Occidente.* „ Pal-
„ lium, Latinum Summi tantum Pontificis Occidentalis
„ Patriarchæ inſigne fuit, & ornamentum primis quatuor
„ Eccleſiæ ſeculis. Nunc autem adverſa pagina deſtruens quidquid modo ſentiebas, iſta doces: *El Palio, que oy ſe vè en las antiquiſſimas Pinturas de los Pontifices Romanos, es el Palio Griego, y no el Latino... El Palio, que oy ſe uſa, no avia comenzado entonces à uſarſe, en el Occidente; porque ſe veſtìa de el Palio que les daba (à los Griegos) y ellos veſtìan.* „ Quo
„ Pallio pervetuſtæ Romanorum Pontificum ornan-

„ tur imagines Græcum eſt, non Latinum.... Latinum „ quo hac tempeſtate Præſules utuntur, in Occidente non- „ dum invaluerat, (de anno 590. hîc ſermonem haberi liquet S. Gregorio ſcilicet Pontifice Maximo) in Occidente, „ nam Pallium, quo Græcos impertiebat, iidemque ornabantur, induebat. Lapſis igitur quingentis nonaginta annis adhuc clam erat Pallium, quo Eccleſia Latina utitur, Summique Pontifices quo Græca utebatur, atque utitur Eccleſia, ornabantur. Nihilo tamen minus quatuor primis ſeculis Pontifex Romanus Pallium induit Latinum. O rem inauditam, prodigiique ſimilem! Pontifex ergo Romanus ſacrum adhibuerit ornamentum tot ſpatio annorum, antequam idem foret inſtitutum? O rem inquam inauditam, & ab omni fide abhorrentem!

XV. Quot hiſtorias, quot documenta num. 131. pag. 270. & num. 150. pag. 288. necnon partis tertiæ pag. 310. n. 174. exhibet Memoriale haud ſecus pugnare ſecum ipſas intelligo. Et revera hæc verba facit primo loco de Pallio, quo D. Marcus Oſtienſem ornavit Epiſcopum. *Con cuyo exemplar, los Pontifices lo han comunicado à otros Obiſpos Sufraganeos. San Gregorio Magno el año de 595. lo embiò à Dono Obiſpo de Mezina, y le dice en la epiſtola octava de ſu libro quinto, que lo uſe como ſu anteceſſor, à quien ſe lo avia embiado Pelagio II. anteceſſor de San Gregorio. El miſmo San Gregorio lo embiò tambien à Juan Obiſpo de Zaragoza de Sicilia, y à otro Juan Obiſpo de Palermo. Y es de advertir, que ninguno de eſtos era Metropolitano, porque todos los de la Isla de Sicilia, eran entonces Sufraganeos de la Metropoli de Roma, y lo fueron haſta el tiempo de Leon III. llamado Iſaurico, en el qual ſe erigieron en Metropolitanos, los que oy lo ſon. El miſmo San Gregorio embiò el Palio à Deſiderio Obiſpo de Tolòn Sufraganeo de el Metropolitano de Viena de Francia. Tambien le embiò à Syagrio Obiſpo de Auſtum Sufraganeo de Leon, concediendole la preeminencia de primer Obiſpo entre los de ſu Provincia, à quienes avia de preceder en aſſiento, y ſubſcripcion. De eſtos Palios concedidos à Obiſpos puramente Provinciales en la antiguedad, perſeveran oy algunos en los ſuceſſores en las miſmas Igleſias, como en Bamberga en Alemania, y en Luca en Italia, &c.* „ Ejus exemplo, reliqui „ Pontifices munere eodem proſequuti ſunt Suffraganeos „ alios Epiſcopos. S. Gregorius Magnus anno 595. Pallium

Mem. p. 2. §. 10. n. 131. pag. 270.

„ lium miſit Domno Epiſcopo Meſſanenſi, mandans epiſto-
„ la octava libri quinti, ut Pallio eodem utatur more Præ-
„ ceſſoris ſui, ad quem miſerat Pelagius II. cujus in locum
„ Gregorius erat ſuffectus. Præterea S. idem Pontifex ad
„ Syracuſarum Epiſcopum Joannem, aliumque ad Joan-
„ nem Panormi Antiſtitem ſacrum illud ornamentum mi-
„ ſit. Eſt autem obſervandum eorum neminem Metropo-
„ litam fuiſſe, quoniam Siculi tum omnes Epiſcopi Suffra-
„ ganei erant Romanæ Metropoleos, fueruntque ad uſque
„ Leonem III. Iſauricum nuncupatum, quo Regnante
„ Metropolitæ facti ſunt, qui memoria noſtra exiſtunt.
„ Denique idem Gregorius Deſiderio Tolonenſi Epiſcopo
„ Viennenſis in Gallia Metropolitæ Suffraganeo, & Sya-
„ grio Auguſtodunenſi Antiſtiti Suffraganeo Lugdunenſis
„ Pallium miſit. Huic autem poſtremo prerogativam de-
„ dit ſuper alios ſuæ Provinciæ Epiſcopos, quibus tum
„ ſedens, tum ſubſcribens locum ſuperiorem teneret. His
„ de Palliis antiquâ eâ memoriâ conceſſis Epiſcopis mere
„ Provincialibus aliqua iiſdem in Eccleſiis adhuc retinent
„ Succeſſores, quemadmodum Bambergenſis in Germania,
„ Lucenſis in Italia, &c.

XVI. His rebus, quas ex hiſtorica veritate Eccleſia Hiſpalenſis decerpſit, repugnant alia plurima, quæ in Memoriali ſunt obvia, ubi de Pallio ſermo eſt. Nunc vero neceſſe eſt ut perſequar tradere quæ ſum pollicitus. Citato igitur loco ſic loquitur: *Fue la practica de el Occidente, deſde el fin de el quarto ſiglo, haſta todo el octavo, embiar los Patriarcas de el Occidente, eſto es los Papas, con el Palio las veces Pontificias, y por conſequencia la ſuperioridad ſobre otros Metropolitanos; de donde reſultaba en los que tenean Palio, y veces Pontificias, el apellido, y nombre de Arzobiſpo, que no tenian los otros Metropolitanos.* „ Ab exitu quarti ſeculi ad uſque princi- *Mem. ibi §. 11. n. 150. p. 288.*
„ pium octavi, ea in Occidente viguit conſuetudo, ut Oc-
„ cidentis Patriarchæ, nempe Pontifices Maximi, una cum
„ Pallio vices Pontificias delegarent Præſulibus, adeoque
„ auctoritatem Metropolitis cæteris ſuperiorem. Hinc fa-
„ ctum eſt, ut qui Pallium viceſque gererent Pontificias
„ Archiepiſcopi vocarentur, qua nominis dignitate reliqui
„ Metropolitæ non dignabantur. Alio demum loco de Pallio agens per Gregorium Pontificem miſſo ad Hiſpalenſem Epi-

Mem. pag. 310. n. 174. Epiſcopum D. Leandrum ita fatur: *La antigua coſtumbre de la Igleſia era entonces embiarſe el Palio à aquellos Prelados, à quienes los Papas al miſmo tiempo cometian ſus veces, como latamente queda probado. Y eſto era conforme à lo que el miſmo San Gregorio practicaba con otros.* „ Id fuit in more poſitum Eccleſiæ antiquis iis temporibus, Pallium mittere ad eos Præſules, quos eodem tempore Pontifices ſui Vicarios conſtituebant, uti luculenter oſtendimus. Cui ſcilicet conſuetudini Gregorius inhæſit erga alios Epiſcopos. E ſuperioris loci verbis percipitur, conſuetudinem Pontificum ad plures Epiſcopos Pallium mittendi ſub finem quarti ſeculi inchoatam ad ſeptimum uſque viguiſſe, cujus initio S. Gregorius vita functus eſt, nempe anno 603. necnon intelligitur S. eumdem Pontificem conſueviſſe Pallium mittere Suffraganeis, ita tamen, ut neque ipſis demandaret ſui Vicariorum munus, neque a Metropolitarum juriſdictione ſubtraheret. Quapropter palam eſt, quod Siculi tres Epiſcopi Meſſanæ, Panormi, ac Syracuſarum, qui miſſum a Gregorio Pallium accepere, ſuo ſubjecti Metropolitæ perſtiterunt, qui, ut apte Memoriale nos docuit, Romanus erat tum Epiſcopus, nam toto illo tempore Metropolitæ deerant, quorum illi obtemperarent imperio.

XVII. Ex allatis liquet, viguiſſe tum temporis parem ferme conſuetudinem Pallium tradendi Metropolitis una cum Vicarii munere, Suffraganeis vero Epiſcopis abſque eo munere. Quin etiam id tradunt epiſtolæ D. Gregorii, qui ſacrum hoc ornamentum miſit tum Metropolitis, tum Suffraganeis, quod jam docuimus factum eſſe cum Siculis, cum Tolonenſi, & Auguſtodunenſi Epiſcopis, Metropolitarum juriſdictione nequaquam exemtis. Etſi autem Eccleſia Hiſpal. pro virili contendit perſuadere, quod Præſules Occidentalis Eccleſiæ a Pontificibus Pallio donati, vel ipſius ab Eccleſiæ inſtitutione poteſtatem aliquam aſſequebantur, tamen quæ multa occurrunt in parte altera ſui Memorialis, inſtitutum iſtud ſuum eludent, niſi doceat quidnam peculiaris juris novæque adeptus poteſtatis fuerit Oſtienſis Epiſcopus, tum quum D. Marco acceptum retulit munus Pallii, quorum antea expers foret. Etenim præter conſecrandi Romani Pontificis auctoritatem, qua etiam antea utebatur, & idcirco dignitatis Pallii factus eſt compos, ni-

nihil auctoritatis, juriſve adjunctum illi non ignoro.

XVIII. Nullum juris incrementum Siculis acceſſit Epiſcopis, quos antea memoravimus, ubi a D. Gregorio Magno, ejuſque Præceſſore Pelagio II. munus Pallii obtinuerunt. Neque enim Suffraganei eſſe deſierunt, neque majorem, quam ante habuerint, poteſtatem aſſequuti ſunt. Multa quidem eorum, quæ in altera Memorialis parte (quid enim veritati fucum faciam?) Eccleſia Hiſpalenſis de ſacro hoc ornamento diſceptat, non indiſerte congeſta ſunt; firmamento autem vacant, minuſque hærent veris: nam Eccleſiaſtica nos monet hiſtoria, Pontifices Maximos non ſemel conſueviſſe jus ſuum, & auctoritatem committere abſque munere Pallii, uti Maximus teſtis erit Syracuſarum Epiſcopus, quem altero Pontificatus anno ſui Vicarium conſtituit Gregorius, nulla omnino mentione facta de Pallio; necnon Joannes civitatis ejuſdem Antiſtes, cui anno ſexto uſum Pallii conceſſit, vices ſuas gerendi poteſtate non demandata. Quumque duodecim, aut tredecim numero ab hoc S. Pontifice donati ſint Pallio, ad ſummum quinque utramque ſimul dignitatem fuerunt adepti.

XIX. Pag. 322. ſub finem num. 114. concluſionem exhibet eorum, quæ num. 64. digeſſit, loquens de Pallio, quod Magnus Gregorius miſit Leandro Epiſcopo ſanctitate conſpicuo, ac virtute præſtantiſſimo. Ejus verba ſunt: *Con cuya inſignia obtuvo legitimamente San Leandro el nombre de Arzopiſpo, y las vezes Pontificias, que ſegun la coſtumbre de aquellos tiempos, venian juntas con el Palio.* „ Quo ornatûs munere S. Leander adeptus eſt tum Archiepiſcopi nomen, tum „ vices Pontificis, quas ea tempeſtate conſuetudo erat cum „ Pallio conjunctas demandare. Conſideravimus capite quinto nonnulla ex Memorialis parte prima §. 2. n. 33. quæ iterum referre opus erit, conferendi cauſa cum iſtis: quum enim docuerim falſa eadem eſſe, certum mihi eſt repugnantia nunc oſtendere tum iis, quæ pergam tranſcribere tunc omiſſa; tum aliis, quæ num. 12. prolata ſunt. Ait igitur: *El miſmo Lucas Tudenſe llama à San Leandro Arzobiſpo, apellido, que no eſtaba introducido en Eſpaña antes de ſu pèrdida, y no ſolo no eſtaba introducido en Eſpaña, pero ni en toda la Igleſia Occidental, excepto en Theſalonica ... ò por otro nombre la nueva Juſtiniana ... pero en Eſpaña no ſe practicaban ſino los dos*

Mem. pag. 322.

Sup. cap. 5.

Mem. pag. 1. §. 2. n. 33.

tan ſolamente de Obiſpos y Metropolitanos. „ Idem Lucas Tudenſis D. Leandrum vocat Archiepiſcopum, inauditum „ in Hiſpania nomen ante Barbarorum illuvionem, neque „ in Hiſpania ſolum, verum etiam tota in Occidentis Ec„ cleſia præter quam Theſſalonicæ (quæ alio nomine Juſti„ niana nova appellatur) In Hiſpania vero tantummodo au„ diebantur duo illa nomina Epiſcopi, & Metropolitæ. Quorum contrarietas & diſcrepantia tam aperta eſt, tam perſpicua; ut vel acutiſſimis ingeniis futurum ſit valde operoſum ſuadere contrarium. Et ſane quonam pacto conveniant duo hæc pugnantia, nempe: non in Hiſpania ſolum, verum etiam tota in Occidentis Eccleſia minime auditum fuiſſe Archiepiſcopi nomen; & nomen idem aſſequutos eſſe Præſules una cum Pallio, cujuſmodi ſacrorum inſignium multa commemorat Memoriale ad Epiſcopos Suffraganeos miſſa num. 15. aliaque non pauciora pag. 288. partis ſecundæ ad Metropolitas, quibus Pontificis vices adjungebantur?

Mem.p.2.p.288. n. 150.

XX. Metropolitæ iſti ſaltem qui Pallium, viceſque Pontificis obtinuerunt, Archiepiſcopi erunt appellati. Proindeque Arelatenſes etiam Antiſtites utraque dignitate a Summis Pontificibus inſigniti S. Cæſarius a S. Symmacho, Auxentius & Aurelianus a S. Vigilio, Sapaudus a Pelagio, Virgilius a S. Gregorio; & præter iſtos, Lauriacenſis Epiſcopus Theodorus a S. Symmacho, Natalis Antiſtes Salonitanus, ejuſque ſucceſſor Joannes a D. Gregorio, *y otros muchos*, verbis utor Memorialis, *que por evitar proligidad ſe omiten. Y antes que à todos eſtos le embiò San Gregorio à San Leandro Obiſpo de Sevilla.* „ Aliique non pauci, quos, ne longiori utar „ ſermone quam par eſt, prætermitto. Antequam autem „ iſti omnes ornamentum ejuſmodi aſſequerentur, Divus „ Gregorius Pallium miſerat S. Leandro Epiſcopo Hiſpa„ lenſi. Quum igitur tantæ vetuſtatis Præſules illi ſint quorum pars ducentis, pars vero centum, & ſupra annis minimum, prævivere Hiſpaniarum calamitoſiſſima tempora, qui propter Pontificias vices, Palliique honorem Archiepiſcopi nomen ampliſſimum ſunt adepti; neque eorum ullus Theſſalonicæ, Achridæve Antiſtes fuerit; ecquis non videat repugnantiam eorum, quæ autumat Eccleſia Hiſpalenſis? Quamobrem alterutrum fateatur neceſſe erit, ſeu non fuiſſe in Hiſpania, totaque in Occidentis Eccleſia inſuetum Archie-

Mem.ſup.p.288.

chiepiſcopi nomen, quod locupletiſſime jam probavimus, ante difficilia ea tempora Regni noſtri; ſeu Pontificis vices cum Pallio & Archiepiſcopi nomine conjunctas haudquaquam fuiſſe. Datur optio: utrum mavult ſequatur, certe utrumque pugnat cum ſuis.

XXI. Maximam in admirationem, non inficior, me impulere fiducia illa, atque libertas loquendi, qua ſæpe ſæpius utitur Memoriale, quum præſertim tam multa falſitatis argui poſſe cognoverim, quæ ſatis aperte videor docuiſſe. Verumtamen ſuperiora mirari deſino, inſpectans quæ occurrunt num. 159. & 160. partis alterius. Pergit ſcribere de Pallio, quod S. Gregorius miſit ad D. Leandrum in hæc ſenſa: *A que ſe añade, que antes de San Leandro ningun Prelado de Eſpaña, no ſolamente no le tuvo, pero ni le pudo tener*. „ Quibus accedit, quod ante S. Leandrum non „ ſolum Præſul Hiſpaniarum nullus Pallium obtinuit, ve„ rum ne obtinere quidem potuit. Pauca hæc admirationem omnem amandant. Et revera quantumvis pro certo haberetur argumentum quo Hiſpalenſis Eccleſia utitur, probandi cauſa, nullum in Hiſpaniis Præſulem ſacri honorem Pallii aſſequutum eſſe ab Apoſtolica Sede, (quæ res ambage non caret, etenim nec documentum aliquod non extare juridicum, quo ratio innitatur, nec tantæ vetuſtatis documenta juridica intercidiſſe mirum eſt.) tamen a veritate aberrat tota via quum ait, quod ante D. Leandri Pallium, aliud nullum potuerit in Hiſpaniis eſſe: præterquam quod congeries rerum, quas coacervavit de ſacro Pallio clam eſſe non patitur, non ſolum potuiſſe fieri, ut nonnullis uſus Pallii permitteretur, quin etiam Archiepiſcopis ſaltem, ac Metropolitis aliquibus Regni noſtri fuiſſe certe permiſſum, antequam gentes immanitate barbaræ idem invaderent. Quapropter Eccleſia Hiſpalenſis fateri neceſſe habet, in horum alterutro ſe opinionis errorem ſequutam eſſe.

Mem.p.2.n.159. & 160.

XXII. Quamobrem ex hac potiſſimum ſecunda Memorialis parte, utpote magis ad meum inſtitutum accommodata ordiens, argumentum ita conficio: Fuerunt in Hiſpania Archiepiſcopi, plenam juriſdictionem, & auctoritatem ejuſmodi dignitatis propriam habentes, antequam S. Gregorius Pallium mitteret D. Leandro. Id revocari nequaquam poteſt in dubium, certo enim eſt certius, planeque

conſtat Archiepiſcopos, ſeu Metropolitas (quocumque appellet nomine) ipſo eodemque jure ac poteſtate olim uſos fuiſſe, quibus utuntur hoc tempore, neque aucta, neque imminuta majori, minorive propriorum Actuum extenſione Juriſdictionis antiquæ. Qua minime, ut videtur, dubia conſtituta propoſitione, libera excurret oratio. Eccleſia Hiſpalenſis Auctorum exemplis, teſtimoniiſque ab ſe prolatis inhærens conſtanter affirmat, una cum Pallio conferri ſolitam in Archiepiſcopos pleniſſimam poteſtatem, atque juriſdictionem, cujus proprios actus in Suffraganeos Præſules, illius ornamenti expertes ne in ſuapte quidem Eccleſia exercere licitum eſſet. Unde infertur, quod ſacri conſuetudo Pallii apud Hiſpanos Metropolitas invaluerat ante miſſum D. Leandro per Gregorium Magnum.

XXIII. Quod ut luculentius doceam; fuerint in Hiſpania antiquioribus eo ſeculis, quo Leander acceptum retulit D. Gregorio uſum Pallii, Metropolitæ, functique ſint pleniſſimo jure, poteſtate, auctoritate, quæ cum dignitate iſta conjuncta ſunt: ita ut Suffraganeos conſecrare, eorumque provocantium cauſas cognoſcere fas illis fuerit; omnes denique actus exercuerint Epiſcopalis juris proprios ſuis in

Mem. p. 1. pag. 30.

Diœceſibus, quod a Memoriali ipſo doceor, tradente Hiſpanos morem geſſiſſe Decretis Nicænæ Synodi, quæ Magnus Oſius noſtro in Regno vulgavit. His autem poſitis, quæro: Metropolitæ iſti uſumne habuerunt Pallii, necne? Si habuerunt, ergo Præſules Hiſpanienſes ante Pallium D. Leandri, ornamentum id ſacrum induebant. Sin autem minus, ergo in eoſdem nequaquam collata fuit cum Pallio plenior poteſtas, ſive juriſdictio, quam ante haberent. Quæ ambo contra id aperte faciunt, quod ſuo expreſſit in libello Eccleſia Hiſpalenſis; ac proinde non minus aperte ſecum ipſa pugnant ejuſdem argumenta.

XXIV. Quoniam docui, Præſules Pallio inſignitos extitiſſe in Hiſpania, actum agere certe videar, ſi docuero illos exiſtere potuiſſe. At vero quum Eccleſia Hiſpalenſis ſuadere contendat, eo neminem omnium obtinuiſſe Pallium, quod fieri nequaquam potuit; contra ipſi nitemur oſtendere potuiſſe fieri, quo exiſtentia clarius eluceſcat. Præſentiſſimum rei argumentum erit communicatio Romanos inter Pontifices, ac Præſules Hiſpaniarum, præſertim quamdiu Ro-

Romano paruerunt imperio poſt converſionem Conſtantini. Neminem fallit, Archiepiſcopum Tarraconenſem Hicmerium legaſſe Romam Eccleſiæ ſuæ Presbyterum nomine Baſianum cum literis, quibus a D. Pontifice Damaſo ſciſcitabatur de nonnullis obortis difficultatibus; quibus nemo item ignorat, S. Siricium Damaſi ad Cælum ante revocati ſucceſſorem reſponſum dediſſe anno 385.

XXV. Ecquid impedimento fuerit S. Pontifici Siricio, quin Pallium mitteret ad Hicmerium? Profecto quum id temporis Tarraco, & reliquæ Hiſpaniarum Provinciæ ſub poteſtate eſſent Romanorum, quod ſpectat ad Imperatorem impune ſuſpicari non poteſt, num ſummopere probaſſet donâri Pallio hunc Epiſcopum. Quod dictum duntaxat velim, ſi Pontifices Pallii honorem in Epiſcopos collaturi conſilium petere ab Imperatore conſueviſſent, quod Memoriale affirmat, (quæ res ſi omnino affirmatur, perinde falſa omnino rejicitur.) Atvero quemadmodum nihil impedivit quin ultro citroque mitterentur epiſtolæ; ita nihil fuerit impedimento, quin Hicmerio S. Siricius Pallium miſerit, Divuſque Hormiſdas Joanni Archiepiſcopo item Tarraconenſi, quum anno 517. eumdem ſui Vicarium conſtituit in Tarraconis, & Carthaginis novæ Provinciis, quæ ambæ Memoriali teſte, Romanorum ditioni tum temporis obſequebantur.

Mem. p.1. §.12. n.130. pag.150.

XXVI. Anno quadringenteſimo, aut proxime ſequenti Concilium Toleti convocatum fuit, quod etſi pauciſſimi Præſules celebrarunt, vix numerum novemdecim Patrum explentes, Nationale tamen eo dictum fuit, quod ex Hiſpaniarum Provinciis ii Præſules convenerunt. Horum aliquis Hilarius nomine ſe contulit Romam una cum Presbytero quodam Elpidio, ut habetur ex epiſtola quam D. Innocentius I. dedit ad iſtud, ſeu aliud Concilium 405. anno congregatum, prout nonnulli ſentiunt, quæ, quod ad rem noſtram minus faciunt, eo diligenter minus expendimus. Qui id clarius noſſe cupit, epiſtolam ſupra relatam cum notis videat penes Card. Aguirre. Ad me quod attinet: ſi ergo Epiſcopo illi, ac Presbytero aditus Romam patuit, conſilium ab Innocentio petituris de iis, quæ in dubium venerant apud Hiſpanienſes, nec redire iidem ſunt prohibiti quæ Pontifex reſponſa dedit afferentes, quidnam Ponti-

Card. Aguir. tom.2. pag.152. & 153.

tifici obſtiterit, ne opportunam iſtam occaſionem amplectens Pallium mitteret ad Præſulem aliquem Hiſpaniarum? Anno 513. S. Hormiſdas Joanni Tarraconenſi Antiſtiti ſcripſit epiſtolam, eodemque anno ſe volvente, quantum licuit ex contextu colligere, aliam ſcripſit Salluſtio Hiſpalenſi Archiepiſcopo ſui Vicarium in Provinciis Bætica, & Luſitana eum renuncians, ſicut Joannem Archiepiſcopum Tarraconenſem in Provinciis Carthaginenſi, & Tarraconenſi. Denique A. 519. dedit literas ad univerſos Hiſpaniarum Epiſcopos, qui priores ad eum dederant ſignificantes quanta invicem concordia uterentur, ſimulque ei gratulantes ob curatam, quæ ſequuta erat, Eccleſiæ Romanæ cum Orientali tranquillitatem.. Quæ omnia fuſius habentur apud eumdem Card. Aguirre. Si ergo tam frequens fuit commercium Eccleſiæ Hiſpaniarum cum Romanis Pontificibus, quodnam diſcrimen, quæve difficultas eoſdem diſtinuerit, ne alicui, ſeu aliquibus ex illis Epiſcopis honorem Pallii largirentur?

Card. Aguir. tom. 2. pag. 206.

XXVII. Deſcendamus jamvero ad ea difficillima tempora, quum Hiſpanias Gothi moderabantur, jugo Romanorum ſolutas: unuſquiſque intelliget, nullo detentos impedimento Pontifices fuiſſe, quin Pallium mitterent Metropolitis. Communionem per ea tempora fuiſſe ſummam inter Pontifices Maximos, Præſuleſque, & Eccleſiam Hiſpaniarum liquet. Id homines doctiſſimi affirmant, qui ſedulo agunt de Pallio per Pontifices mitti ſolito ad Metropolitas; quod ſcilicet, ne Imperatoribus ſuſpicandi locum præberent cum finitimis Provinciis rem habentes, unde in Italiam fieri poſſe irruptionem metuerent, Pontifices ipſi ab Imperatoribus aſſenſum petere conſueverunt, ejus commercii argumentum, quod ſibi cum Provinciis illis intercedebat, quarum Præſulibus mittebant Pallium. Tali autem honore Hiſpaniæ Antiſtites proſequuturis Pontificibus utpote quæ maxime diſſita omnem eripiebat timorem, nec neceſſaria, neque petita unquam fuit Imperatorum aſſenſio. Teſtem hujus rei non levem proferam Petrum Joſephum Cantelium Vener. Soc. Jeſu, qui conſenſum quandoque Imperatorum petitum tradit occaſione Pallium mittendi ad Auxentium Arelatenſem Epiſcopum, & Siagrium Auguſtodunenſem.

XXVIII.

XXVIII. *Aliquando*, inquit, *exteræ gentis Epiſcopis, ut Leandro Hiſpalenſi, & aliis, uſus Pallii permiſſus eſt, nec petitus tamen ab Imperatore conſenſus, quod iis ſubditi eſſent Regibus, a quibus Italiæ (aberant enim longius) nihil timebatur. Auxianus vero, & Siagrius Francis parebant Regibus, quorum virtus, felicitas, vel nomen ipſum terrori erat Italiæ.* Itaque ſi Metropolitis Hiſpaniæ Pallium permiſſuri Pontifices Imperatorum aſſenſum haud petere neceſſe habuerunt; quare non potuit fieri, ut ante permiſſum D. Leandro Pallium, eodem ulli Præſules Hiſpaniarum decorarentur?

Cantel.hiſt.Metropolis Urb. p.1. diſſ.3.n.12.p.78.

XXIX. Quod ajunt nonnulli Pallium nemini unquam fuiſſe permiſſum Imperatoribus minime aſſentientibus, idem Eccleſia Hiſpalenſis confirmat. Iis vero, quoniam res propoſita quoſdam veluti cancellos circumdedit, extra quos egredi erat nefas, dira neceſſitas vim attulit; quare Pallii tradendi poteſtatem Imperatoribus tribuerunt, quorum inſaniam refert Cantelius. Hanc opinionem eſſe leviſſimam unuſquiſque intelligit. Quod autem ſpectat ad Imperatorum aſſenſum, Juſtinianum fuiſſe primum invenimus, a quo Pontifex Vigilius petiit, ut aſſentiretur. Et S. Gregorius a quo plures Archiepiſcopi ſacrum id ornamentum accepere, quum Siagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo Pallium conceſſit, tum ſolummodo Imperatore conſcio id factum eſſe tradunt hiſtoriæ. Quare Cantelius idem infert, Pontifices raro admodum hoc obſequium Imperatoribus præſtitiſſe. Quam illationem perquam valido argumento confirmat.

Mem. p. 2. p. 297. n. 160. & 161.

Cantel. ibi.

XXX. Teſtis eſt, ait, vetuſtas, aliis aliarum Provinciarum ac regionum Epiſcopis miſiſſe Pallium Pontifices circiter ſexcenties: ter autem duntaxat petitum ab Imperatore conſenſum affirmari pro certo poteſt, quum nempe ad Auxentium, Aurelianumque Arelatenſes Epiſcopos miſſum fuit, & ad Siagrium Auguſtodunenſem; exemplum fortaſſe aliud, rarum tamen, occurret. Cur igitur affirmetur, adeo neceſſarium fuiſſe Imperatoris aſſenſum, ut abſque eo Pallium permitti non licuerit? *Cujus ergo hominis eſt, quod ſemel tantum & iterum factum eſt, id non caſu aliquo, ſed certa lege factum eſſe contendere?* Sic vir eruditiſſimus, cujus auctoritate freti hæc docuimus. Toto igitur Cælo aberrat, Memoriale Hiſpalenſe, dum neceſſarium officium eſſe tradit, quod aliquando præſtitum fuiſſe animadvertit. Quamobrem

Cantel. ibi.

(ad

(ad potiſſimum argumentum redeo) fieri potuit, ut aliquis Hiſpaniarum Præſul honorem Pallii ante conſequeretur, quam ſanctiſſimo Archiepiſcopo Leandro D. Gregorius largiretur.

XXXI. At quoniam digredi multum coacti ſumus a re propoſita, impoſſibile illud ridendi cauſa, quod rationibus, & monumentis deſtituta aſſerere nitebatur Eccleſia Hiſpalenſis; eo nunc revertimur unde ſumus profecti, pergentes noſcere quantum a ſe ipſo diſcrepet Memoriale. Axioma illi eſt, adeoqne id frequenter urget, Pallium nempe a Summis Pontificibus mitti ſolitum una cum ſuis vicibus conjunctum. Itaque ait parte prima: *El Palio, y las veces andaban juntos, ſegun la coſtumbre de aquel tiempo.* „ Pallium & vices pro eorum temporum more jungebantur. Altera vero parte crebrius: num. 124. *La antigua coſtumbre de la Igleſia era entonces, embiarſe el Palio à aquellos Prelados, à quienes los Papas al miſmo tiempo cometian ſus veces, como queda probado.* „ Tum temporis vetus Eccleſiæ conſuetudo „ erat Pallium Epiſcopis mittere quibus ſuas vices Ponti- „ fex demandabat eodem tempore, uti luculenter oſtendi. Quod numero eodem repetit ſequenti pagina: *Con cuya inſignia* (Pallio) *obtuvo legitimamente San Leandro el nombre de Arzobiſpo, y las veces Pontificias, que, ſegun la coſtumbre de aquellos tiempos, venìan juntas con el Palio.* „ Quo quidem ornamen- „ to legitime D. Leandro obtigere Archiepiſcopi nomen, „ ſimulque vices Pontificiæ, quæ tunc rite conjunctæ erant „ cum Pallio. Pag. demum 289. doctrinam probat, & affert Joannis Morini, qui ſuæ arridet opinioni: *Pallii inveſtiturâ*, inquit, *Vicariatus deferebatur; ſolis enim Vicariis, & Primatibus Pallii olim ornamentum, ut Vicariæ auctoritatis inſigne conferebatur.* Hoc ſibi Eccleſia Hiſpalenſis condidit axioma, multaque in eodem eſt, conſtituens illud tanquam rei firmamentum, quam autumat: nobis vero cum cæteris, quæ affirmat componere nitentibus negotium jure faceſſit, nam hiſtoriæ, ac monumenta Eccleſiaſtica hæc tuentur.

Mem.p.1.p.105. n. 113.& p. 2. pag. 312. n. 124. & pag. 311. ibid.

Mem.p.2.n.151. pag.289.

Jo: Morin. ibi exerc. 32.

XXXII. Et ſane Hiſpalenſibus Epiſcopis Salluſtio, ac Zenoni, qui D. Leandrum præceſſere, ac ſimul Joanni Tarraconenſi Pontificis fuiſſe vices demandatas affirmat. Quod ſi Pallium, uti Pontificii Vicariatus inſigne, Vicarii Apoſtolici munus conjunctum habuit, proculdubio illi Præſules eo-

Mem.p.2.p.280. n. 142.

eodem functi munere Pallii honorem acceperunt. Quare fatendum erit, ſeu non potuiſſe ſolum fieri, ut Pallio uterentur, ſed uſos certe eſſe ante S. Leandrum Epiſcopos Hiſpaniarum, (quod mihi videtur perſuaſum eſſe D. Gregorii reſcripto,) ſeu non fuiſſe cum Pallio conjunctas vices, ac munus Vicarii Apoſtolici; laudati enim Præſules qui munere hoc functi eſſe dicuntur, Pallio tamen negantur ornati fuiſſe. Præterea docti jam ſupra fuimus ab ipſo Memoriali, quod præter Metropolitas, Suffraganei etiam, ut Syagrius Auguſtodunenſis, Actardus Nannetenſis, Domnus Meſſanenſis, Joannes Syracuſanus, & Joannes Panormitanus, tum Divi Gregorii tempore, tum antè ab Apoſtolica Sede uſum Pallii fuerunt aſſecuti, qui tamen omnes, eodem teſte, Metropolitis obtemperare non deſtiterunt. Conſtat igitur ex ipſius Memorialis doctrina, eos Præſules honorem Pallii a Pontificiis ſejunctum vicibus habuiſſe. Quam bene his rebus conveniat cum ſuperioribus, fides ſit penes Eccleſiam Hiſpalenſem. *Mem. p. 270. n. 131. p. 291. n. 153.*

XXXIII. Quamquam multa eaque non levia argumenta peti poſſent ab erudito Cantelio diluendi cauſa quidquid tanquam conſtans affirmat Memoriale de ſacro Pallio; mihi tamen ſatis in præſentia erunt quæ docui, non enim conſtitui eruditiones coacervando fidem facere iis, quæ dixero. At vero abs re futurum eſſe non arbitror, ſi axioma ipſum tam ſæpe allatum toto opere, ad trutinam revocavero, nempe Pallium, viceſque Pontificias Hiſpaniâ totâ obtinuiſſe D. Leandrum. Pallium & vices Pontificias fuiſſe tunc ſimul conjunctas, non ſolum non liquet, ſed imbecilla nititur aſſenſione; ubi autem docuero, rem ſecus eſſe, atque Hiſpalenſis Eccleſia nititur ratum facere, ipſius doctrinæ imbecillitas immo falſitas palam erit. Hujus vero doctrinæ levitatem argumenta adſtruentia in medium laturus, ingenue fateor, tum ſanctiſſimum Archiepiſcopum maxime dignum fuiſſe quocumque honore ſummo Apoſtolica Sedes alium Præſulem proſequuta unquam eſt, tum Hiſpalenſem Eccleſiam de Romano Pontifice tam bene eo præſertim meritam, quod S. Ermenegildi, Catholicorumque partes amplexa, ſtudioſiſſime tuita fuit, dignam fuiſſe, in quam Pontifex beneficium vel ampliſſimum conferret.

XXXIV. Quibus maximo cum animi mei candore

expreſſis ad docendum aggredior, quod D. Gregorii vices Pontificias, munuſque Vicarii non geſſit in Hiſpania S. Leander. Primum rei argumentum ſuppetit ex eadem Gregorii ad Leandrum epiſtola, qua Pallii uſum permittit, eque alia ad Regem Reccaredum, quæ ambæ peti poſſunt ex epiſtolarum libro ſeptimo, nimirum vigeſima quinta, & vigeſima ſexta poſt centeſimam. In harum prima ne verbum quidem offenditur, unde inferatur, D. Leandro commiſiſſe Pontificem vices, auctoritatemque ſuam; ibi enim Gregorius eſt totus in amplificanda charitate, in exprimendo graviſſimo Pontificatus onere, in ſignificanda ſollicitudine ac mœrore quibus erat affectus, in teſtando, quod propter iniquitates, manus Domini aggravata erat, denique in ſolando S. Leandrum podagra vexatum ſuo ipſius exemplo, qui valetudine eadem laborabat. Poſtremum omnium de Pallio, quod mittebat ad eum, loquitur, nulla omnino mentione facta vicium, aut Apoſtolici Vicarii.

S. Greg. in Reg. epiſt. l. 7. ep. 125. & 126.

XXXV. Videamus modo quid alia in epiſtola ad Reccaredum S. Pontifex comprehendit. Significat, quanta cum animi ſui jucunditate perceperit, Gothorum gentem a Reccaredo perductam fuiſſe in Catholicæ Eccleſiæ ſinum; teſtatur maximas pro tanto beneficio gratias largitori Summo & Optimo Deo a ſe reddi; exprimit quam magna in conſpectu Domini res geſta ab eo fuerit; hortatur ne gloriæ adſcribat ſuæ rem tantam, ſed uni Deo tribuat; conſiliis tandem eum proſequitur Gregorii ſanctitate digniſſimis; Claviculam ſcribit ſe mittere quæ vinculorum particulam continet, quibus Beatiſſimus Apoſtolus Petrus in carcere fuit diſtrictus, SS. Crucis fragmentum, eque S. Joannis Baptiſtæ capillis aliquantulum. Demum adjungit: *Reverendiſſimo autem fratri, & Coepiſcopo noſtro Leandro Pallium a Beati Petri Apoſtoli Sede tranſmiſimus, quod & antiquæ conſuetudini, & noſtris moribus, & ejus bonitati atque gravitati debeamus*. Neque aliud de D. Leandro verbum occurrit, ſive de Vicarii munere, quod eidem committatur, commiſſumve fuerit in Hiſpaniis. Quonam igitur ex documento, ſeu Pontificio Diplomate habetur, fuiſſe D. Leandrum S. Gregorii Legatum, viceſque Pontificias geſſiſſe?

Idem ibi. ep. 126.

XXXVI. Quum S. idem Pontifex Vicarii dignitatem Virgilio Arelatenſi Epiſcopo conceſſit, expreſſe indicavit ſuo

in

in reſcripto ad Regem Chriſtianiſſimum Childebertum, addens Pallii quoque uſum a ſe eidem conceſſum, ut Galliarum Regi utramque dignitatem curanti morem gereret: *Gratanter*, inquit, *ea quæ ſcripſiſtis, accepimus, & ea quæ voluiſtis, animo libenti concedimus, atque adeo Fratri noſtro Virgilio Arelatenſis civitatis Epiſcopo vices noſtras... commiſimus, cui etiam & Pallii uſum... conceſſimus.* Ubi animadvertendum erit, Pallii uſum, viceſque Pontificias duas eſſe diſtinctas ac ſeparabiles dignitates: ſiquidem utramque a Childeberto petitam D. Gregorius diſtincte conceſſit: ſuperiori pariter epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, nempe Childeberti ditionis, eadem ſcripſerat. *Opportunum eſſe perſpeximus in Eccleſiis, quæ ſub Regno præcellentiſſimo Filii noſtri Childeberti Regis ſunt... Fratri noſtro Virgilio Arelatenſis civitatis Epiſcopo vices noſtras tribuere.* Quod ſi neque in literis, aut Diplomate ad D. Leandrum, neque in epiſtola ad Reccaredum mentio ulla eſt Vicium, aut Apoſtolici Vicarii; quare omni deſtitutis teſtimonio Auctoribus fides adhibenda eſt? Sacrum illi hoc ornamentum jure fuiſſe permiſſum, nequaquam dici poteſt argumentum ſatis firmum; quum liquido conſtet a S. id Pontifice pluribus conceſſum fuiſſe Præſulibus citra Vicarii dignitatem; quam ubi Epiſcopo Arelatenſi demandavit, jam docuimus diſtinctam ab eo dignitatem hanc fuiſſe in epiſtolis aut Diplomatibus ad Francorum Regem, ejuſque ditionum Antiſtites. Quorum quum nihil habeatur in Pallii poteſtate Leandro tradita, nonne ab omni alienum veritate erit, Vicarii etiam dignitatem in eum eſſe collatam aſſerere?

S. Greg. in Regeſt. l. 4. ep. 53.

Idem ep. 52.

XXXVII. Quod argumentum certe non leve, aliud etiam firmius ſequitur, ut ſentio, nempe Joannis nomine *Defenſoris* adventus, in Hiſpaniam S. Leandri tempore, ut videtur Eccleſiæ Hiſpalenſi; quod tamen creditu perdifficile a nobis judicatur, uti parte altera palam facturi ſumus, ſatis quippe erit in præſentia quid ex eo poſito conſequitur demonſtrare. Ita ſe res habet: Januarius Malacitanus Epiſcopus accuſatus, a ſua dignitate depellitur, ejuſque in locum alius eſt ſuffectus; (Stephanum Præſulem prætermitto, minus enim facit ad rem noſtram:) Quamobrem ad D. Gregorii Sedem ipſo provocante, Pontifex mittit Joannem Presbyterum titulo *Defenſorem*. Quod officium D. Gre-

Mem. p. 1. §. 12. n. 134. pag. 142.

gorius inſtituit, qui Apocriſariis quinque alios Miniſtros adjunxit *Defenſores* appellans, utpote quorum erat munus cauſas Pauperum defendere; atque iiſdem Pontifex vices, auctoritatemque ſuam permittebat in rebus difficillimis, ut eas cognoſcerent. Hoc de nomine *Defenſoris* tradunt Cardin. Baronius, & Ill. Spondanus; conſtatque ex epiſtola D. Gregorii ad Vincomaldum: novum rei argumentum ut loco codem ait Memoriale. Quod, quum liqueat, proprioque ipſius ore teſtatum ſit ut diximus, aperte oſtendit D. Leandro Pontificias vices haud fuiſſe permiſſas.

Baron. tom. 8. ann. 598. p. 118. Spond. tom. 2. ann 598. p. 140. S. Greg. in regeſt. ep. l. 4 ep. 25.

XXXVIII. Cuinam enimvero perſuaſum erit, quo tempore in Hiſpania degeret Præſtantiſſimus Præſul D. Leander, Pontificia fulcitus auctoritate (quippe cui ſuas vices commiſerat Gregorius Vicariique munus demandarat cunctis in Hiſpaniæ Provinciis, eruditione, virtute, prudentia S. Præſulis ſummopere delectatus) tum quum facta eſſet copia juris, ac poteſtatis propriæ exercendæ, eodem neglecto, virum alium a Pontifice eſſe miſſum dignitate, ac titulo adeo imparem Præſuli, Presbyterum ſcilicet, titulo *Defenſorem*, ut Januarii Epiſcopi Malacitani cognoſceret cauſam, (quin etiam Stephani, etenim Apoſtolici Vicarii poteſtas in alias quoque Hiſpaniarum Provincias, quæ D. Leandro non parebant, earumque Præſules extendebatur:) quum conſtet Malacitanam Eccleſiam tunc Metropolis Hiſpalenſis Suffraganeam fuiſſe? Difficile quidem eſt animadverſionis hujus exitum invenire: Joannis enim Defenſoris adventum præivit Pallium Divo Leandro permiſſum; quod conſtat a S. Gregorio Magno miſſum eſſe anno circiter 594. Joannes autem Defenſor aliquot inde annis in Hiſpaniam advenit. Quod ſi Pontificiæ Leandro vices commiſſæ eſſent una cum Pallio, dubitatio nulla eſt, quin ante depulſionem Januarii id evenerit. Quare Apoſtolicum Vicarium in Hiſpanias mittere qui peculiarem cognoſceret cauſam, ubi alius erat auctoritatis ejuſdem compos, cui vices Pontificis commiſſæ erant, ac proinde cauſas univerſas cognoſcendi poteſtas facta, ſuperfluum quidem atque inutile habendum erat.

XXXIX. A quonam Januarius Malacitanus Epiſcopus ſede ſua depulſus fuerit, neque hiſtoriæ quantum videre licuit, tradunt, neque ea, quæ Joannes Defenſor habuit in mandatis, teſtantur. Minime autem a D. Leandro id factum

ctum eſſe ſuo in Concilio, (qua unica via ex hiſce ambagibus pateret exitus,) aperte conſtat. Proxime enim ſequutum D. Gregorii judicium, ex iiſdem mandatis Joanni Defenſori traditis patens, injuſtam nempe ſententiam depulſionis Epiſcopi condemnans, dubitandi locum omnem eripit, Divuſne Leander damnaverit, depulerit, aliumque Malacitanum Antiſtitem renunciarit: longe enim erat ut S. Gregorio in mentem veniret, rem adeo ab æquitate abhorrentem fuiſſe perpetratam a D. Leandro, quem literis, virtute, prudentia præſtantiſſimum eſſe non erat neſcius. Præterea S. idem Leander judicium ejuſmodi a Gregorio profectum avertiſſet, non enim in cauſa tam gravi, tantique momenti quæ eſt Epiſcopi depoſitio, alteriuſque ſuffectio, levitate tanta, tantaque temeritate rem tranſegiſſet, dum reliquas omnes cauſas vel leviſſimas eo ſemper conſilio, maturitate, juſtitia S. Epiſcopus cognoſcebat, quæ vitæ ſuæ ſanctimoniam decebant. De hoc autem fuſius parte altera. Part. 2. c. 14.

XL. Efficacior tamen animadverſio ſuppetit ad eamdem cauſam. Epiſcopum a ſua ſede dimotum injurià fuiſſe D. Gregorii judicium oſtendit. Sibique Pontifex propoſuerat irritam caſſamque reddendam gravem adeo ſententiam, plectendoſque iniquos Judices, eoſque, qui executionem perperam latæ ſententiæ lubentes ſuſceperant. D. autem Leandro Malacitana Eccleſia, ejuſque Antiſtes immediate ſubjiciebantur. Si ergo Leander Apoſtolicæ Sedis Vicarius erat, ecquid Epiſcopus Malacitanus, non ejus patrocinium implorat, ſed rectà Romam appellat? Ecquid Vicarius Pontifici minus æquus eſt viſus, quam cui cauſa iſta committeretur, ita ut alii Româ illuc miſſo demandaret? Inſignem plane contumeliam Leandro impoſitam a Gregorio ſi Apoſtolici Vicarii munere tunc functus eſſet in Hiſpaniis! Id autem ab omni fide abhorret, plurimi enim Pontifex jure ſemper fecit hunc virum. At vero ſi forte Memoriale id ſibi arrogat, ut Joannis Defenſoris adventu cognituri Epiſcoporum cauſas Januarii & Stephani, teſtetur ea occaſione dignitatis Primatus expertem fuiſſe Toletanum Archiepiſcopum; fateatur neceſſe erit adventu eodem veluti firmiſſimo argumento dilui quidquid de Apoſtolici Vicarii munere D. Leandro demandato affirmat. Itaque id ſequetur: Leandro ſcilicet neque vices, neque Apoſtolici Vicarii munus per-

permiſſa fuiſſe in Hiſpaniarum ditionibus, tametſi ſacrum Pallii ornamentum inducere conceſſum fuerit.

CAPUT VIII.

ANIMADVERSIO V.

Propoſitiones, & Documenta occurrunt in Memoriali, quibus ad Sacræ Inquiſitionis Tribunal deferendum videtur.

SUMMA CAPITIS.

I. *Duplex Decretum Sacræ Inquiſitionis contra ſtudioſos Hereticorum, & detractores.*

II. III. *Blondellum & Berveregium Hereticos Memoriale proſequitur laudibus nimis exquiſitis.*

IV. V. *Minores etiam laudes Hereticorum capitibus infanißimis tributas S. Inquiſitio mandat obliterari.*

VI. *Damnatur conſuetudo Hæreticorum auctoritates adhibendi.*

VII. *Sacra Hiſpaniarum Inquiſitio Summorum Pontificum exemplis inhærens Catholicorum Scriptorum probitati proſpicit.*

VIII. *Obiter Berveregii perverſum judicium de Catholicis.*

IX. *Schelſtratii de Berveregio judicium.*

X. *Ex dictis infertur, quod Memoriale ex primox Epurgatorii Decreto ad S. Inquiſitionem deferendum videtur.*

XI. *Memoriale injuriam facit Summis Pontificibus, & ipſis Sanctorum memoriis.*

XII. & ſeqq. uſque ad XVI. *De acceptione perſonarum ſententiæ Doctorum.*

XVI. *Memoriale vertit vitio acceptionem Perſonarum Urbano II. &c.*

XVII. & ſeqq. uſque ad XXIV. *Singillatim exponitur Memorialis artificium, quo Pontifices Maximos Regeſque Catholicos perſonarum acceptionis inſimulat.*

XXIV. XXV. *Rationibus comprobatur, Memoriale in id unum tendere, ut Acceptores Perſonarum oſtendat memoratos viros.*

XXVI. XXVII. *Urbanus II. defenditur.*

XXVIII. XXIX. *Clarius expenditur idem vitium acceptionis Perſonarum Urbano II. adjudicatum a Memoriali.*

I.

I. EAm pronunciatorum, atque eruditionum farraginem exhibet Memoriale, ut ullis in ſcriptis Hiſpalenſis Eccleſiæ nomine evulgatis obvia poſſe fieri prorſus incredibile videatur. Et revera, duo apprime decernit ſacrum Tribunal in Expurgatorio anni 1707. quæ Decreta cum aliis omnibus conveniunt. Primum horum ordine quintum hæc habet: *Se debe ſiempre evitar todo lo que puede cauſar aficion, inclinacion, y eſtima à la perſona deſacreditada en materias de Religion.* „ Cavendum eſt, ne quid eorum proferatur, quæ „ amorem, ſtudium, atque æſtimationem conciliare poſſunt „ iis, qui Catholicæ Religionis temeratores judicati ſunt. Alterum quod nono loco eſt: *Hanſe de borrar las clauſulas detractorias de la buena fama de los proximos, y principalmente las que contienen detracciones de los Eccleſiaſticos, y Principes.* „ Obliterandæ ſunt clauſulæ bono Proximorum nomini detrahentes, eæ vero cum primis, quæ Eccleſiaſticorum, & „ Principum famam lædunt. Ambobus his decretis ſapientiæ, ac prudentiæ plenis illudentia quædam in Memoriali enunciata ſunt. *Expurg. S.Inq. ann.1707.*

II. Et primo. Pag. 12. ſub finem octavi numeri ut comprobet dubiæ fidei habendas eſſe Pontificum veterum Decretales epiſtolas, non acquieſcens exemplis præcipuorum noſtræ ætatis virorum, quæ protulit, auctoritate utitur Blondelli hæretici: quaſi vero inſaniſſimo iſti capiti fides adhibenda eſſet major, quam præſtantiſſima ſingularique virtute viris, Emm. nempe Bellarmino, & Baronio, Ill. Archiepiſcopis Antonio Auguſtino Tarraconenſi, & Petro Marca Pariſienſi, denique doctiſſimis Lorino, Sirmondo, aliiſque non paucis, quorum auctoritate rem adſtruit. Et ſane conſilium Auctoris eò collineaſſe palam eſt. Namque ubi docuit ab Emmanuele Schelſtratio de hac re fuſiſſime ſcriptum eſſe (quo Scriptore Deus bone! omnigena nempe doctrina atque eruditione;) ſubinde adjungit: „ Decretales epiſtolas „ vitiis non paucis refertas eſſe tum hiſtoriæ, tum chrono- „ logiæ, quæ liquido Blondellus oſtendit, atque ad amuſſim „ expendit, auctor licet hæretica labe ſit affectus: *contienen*, ipſa ejus verba ſunt, *muchos errores de Hiſtoria, y Cronologia, que todos los liquida, y examina menudamente Blondelo, aunque Herege de profeſſion.* Nullus remanet dubitandi locus, quin hunc aliis graviorem futurum teſtem crediderit. Nos autem *Mem.p.1.p.12. n.8.*

Mem.p.2.§.1. pag.179. tem jure uſurpare poſſumus ejuſdem verba: *No pudo citar Autor mas à propoſito, para deſacreditar, y poner de mala fè eſta ſu doctrina.* „ Opportunior proferri auctor nequaquam potuit „ ad illudendum, fidemque omnem quæſtioni eripiendum: quæ idem in Petrum Marca intorquet, eo quod M. Antonii de Dominis auctoritate uſus fuerit ejuſdem furfuris atque Blondellus, quem laude proſequi, adverſari eſt Decreto Sacræ Inquiſitionis quinto, quod ſuperius primo loco produxi.

III. Secundo: Pag. 30. poſt dimidium ut auctoritate doctrinam comprobet, quam ex Conciliis Nicæno, & Antiocheno, Canonibuſque Apoſtolicis decerpſit, teſtatam reddere conatur Guillelmi Berveregii inſignis Hæretici teſtimonio, quem licet talem eſſe non ignoret, tamen per ſummam *Mem.p.30.n.30.* laudem *Diligente obſervador de la antiguedad* „ Accuratiſſimum vetuſtatis interpretem appellare non dubitat. Qua in re duo quidem conſideranda ſunt: primum, quod rem ſibi tam ſacram, cujuſmodi Conciliorum, Canonumque Apoſtolicorum ſententia eſt, liquidandam proponens, ab Hæretico petierit lucem, quod quam viro Catholico indignum ſit, quem adhærere oportet iis, qui veritatis lumem e Patrum, Theologorumque dictis educunt, nemo non videt; namque Hæretici, præterquam quod falſitati patrocinantur, ignorantiæ ſemper tenebris obvoluti ſectantur errorem; qua tantum de cauſa res ad S. Inquiſitionem deferri poſſe videretur.

IV. Attamen altera ſtatim obvia fit cauſa, cur iſthæc Berveregio tributa laus decreto eidem S. Inquiſitionis contraria dici poſſit. Apertiſſime enim expurgatorium memo- *Expurg.an.1707. pag.143.* ratum mandat *borrar en Pedro Opmeero, y Lorenzo Beyerlink, Autores Catholicos, diverſos elogios, que ponen à varios Hereges*: „ obliterari oportere varias laudes, quibus nonnullos im„ pertiunt hæreticos Petrus Opmeerus, ac Laurentius Be„ yerlink Catholici Scriptores. Quod ex tomi alterius expurgatorii pag. 143. conſtat, ubi de Auctoribus hiſce ſermo eſt, mandaturque, ut pag. 438. hæc laus Eraſmo tributa deleatur: *Erat enim vir feſtiviſſimo ingenio, & opinione eruditionis percelebris.* Et pag. 459. ubi hæc in Munſtherii laudem habentur: *Linguam Græcam illuſtrabat.* Pro ea voce, *illuſtrabat*, poni, *tractabat*, mandatur. Itemque pag. 464. ubi de Hermanno Buſcio dictum fuit: *Vir faceti ingenii*: auferenda hæc eſſe decernitur. Pag. demum 468. ſubſiſtere prohiben-

bentur Joannis Eſturnii, & Joannis Camerarii laudes per id expreſſæ: *Ciceroniana eloquentia claruerunt*. Quibus omnibus in medium prolatis quam longe præcellat exquiſitum illud elogium; *accuratiſſimi vetuſtatis interpretis*, quo noſter Berveregium proſequitur, non multæ quidem operæ judicare eſt.

V. Præterea nonnulla horum ſimillima, ut deleantur S. Inquiſitio præcepit eodem in libro. Pag. nempe 512. Conrado Geſnerio tributa laus *Polihiſtor doctiſſimus*, deleatur: jamque imperatum ſupra fuerat ut 446. pag. verba illa, *Magnus in hiſtoriis ſcriptor, veterum monumentorum explicuit* de Conrado Celſis enunciata eliminarentur; quæ quidem comparari poſſunt, non tamen æquari cum iis, quæ Berveregium extollunt. Et ſane dubitaretne aliquis, quin *accuratiſſimum vetuſtatis interpretem* declarari Scriptorem aliquem eruditorum opinione perinde ſit, ac ipſi ſcriptiſque ſuis peculiarem æſtimationem, ac ſtudium conciliare; necnon ejus opiniones, quas omnes amplectantur dignas oſtendere?

VI. Ecquid Eccleſia Hiſpalenſis reponeret, ſi forte aliquis Queſnellii ſectator in doctiſſimam illam, graviſſimam, maximeque Catholicam epiſtolam inſurgeret, quam zelo Catholicæ Religionis, quo inflammata fuit ſemper, urgente, ad Sanct. Mem. Clem. XI. dedit pro aſſerenda Conſtitutione *Unigenitus*; Blondellique, ac Berveregii auctoritatibus niteretur, Scriptorum ſcilicet, quos eruditiſſimos, & fidiſſimos vetuſtatis interpretes declarat Memoriale ejuſdem Eccleſiæ Hiſpalenſis nomine evulgatum; hos enim credibile eſt multa docere, utpote antiqua, contraria iis, quæ continet eruditiſſima Eccleſiæ Hiſpalenſis epiſtola? Inviſum, minimeque ferendum in Eccleſia nullo non tempore judicatum fuit Hæreticorum ſententiis inhærere, (niſi arma in eoſdem ſua contorquendi cauſa) ut veritati lux major compareutur. Tametſi enim a veritate quandoque minus aberrant, tamen tot illam inſpergunt mendaciis, decepturi Catholicos, ut metuendum jure ſit, ne qui ſtudio eorum tenentur, errorem potius, quam veritatem aſſequantur: certo enim eſt certius, omnes ab iiſdem intendi vires, ac nervos, ut cognitione, ſiquam nacti fuerint, abutantur, quò perturbent, atque evellant quidquid firmius, præſentiuſque docet Eccleſia.

VII. Hac porro de cauſa Pontifices Maximi, & ſacra

Concilia cautum voluere, ne legitimi filii e Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti grege, venenatum capeſſerent paſtum in depravatis eorum ſcriptis latitantem. Quod ipſe a doctiſſimo Salmerone didici uno e Synodi Tridentinæ Patribus, Sacrorum Bibliorum ingenioſo cum primis interprete: *Quoniam*, ait, *utraque cognitione abutuntur* (Hæretici) *ad gloriam aucupandam, & ad Scripturas, in quem velint ſenſum, detorquendas, & ad ſcrupulos contra Eccleſiæ fidem, & contra veteres Patres, & bene de tota Chriſtiana poſteritate promeritos injiciendos, & in ſuam hæreſeos naturam inſtabiles pertrahendos, ſalubriter per Chriſti Vicarios proſpectum fuit, ut hujuſmodi pernicioſam lectionem ſuis interdicerent.* Hac item de cauſa ſacra Hiſpaniarum Inquiſitio cenſuit ejuſmodi Hæreticorum laudes ab omnibus Catholicorum ſcriptis abolendas; ne forte in Hiſpanorum pectore ſtudium, voluntas, propenſio erga ipſos, eorumque ſcripta gignerentur; neve perverſi dogmatis exiſtimatio ulla coaleſceret.

Salmer. tom. 13. diſp. 20. p. 76.

VIII. Id vero apprime conatur Guillelmus Berveregius, qui nullum non movet lapidem, ut Catholicam Eccleſiam, ſi fieri poſſit, ejuſque caput Pontificem Summum affligat. Nihil profecto novi audiet, qui volumen viderit de Antiochena Synodo ab Emmanuele Schelſtratio lucubratum Canone nono, quem locum ipſum Memoriale producit. Ibi evidens, ac manifeſtum fit, probari ab iniquo homine quidquid blaſphema Schiſmaticorum ora in Pontificem Maximum vomuerunt, contra vero perperam accipi quæ Catholici Doctores ſcripſere, depravatoſque, & adulterinos inde ſenſus educi, prout ille retuſa ſuæ mentis acie conjecit. Et vero Afuldæ Abbas vir cum primis ingenioſus, quæ leguntur in Regio quodam MS. de civitatibus Epiſcopalibus, Italiæ, Provinciarumque Romanorum in Africa, ubi ſingulæ numerando recenſentur, ea ſe per capita ſingula nolle perſequi profitetur, quod verbis ea vulnera vetuſtas inflixerat, ut pene nullum eorum incolume ſervatum eſſet. Quid hac de re Berveregius? *Si Scriptori huic*, inquit, *fides habeatur, manuſcriptis ſaltem Papiſtarum codicibus jure denegetur; quum quæ ipſorum cauſis ibi non favent, obliterantur protinus, & corrumpuntur: hoc enim ſtudio, & dedita opera factum fuiſſe nemo inficias eat.* Hujuſmodi res docemur ab infenſiſſimo hoc Sedis Apoſtolicæ, ac Religionis Catholicæ hoſte.

D. Emm. Schelſtr. to. Conc. Antioch. can. 9. c. 13. art. 1.

Guil. Berv. apud Schelſtr. ſupra.

IX.

IX. Itane vero? Inſaniſſimum blateronem! Quod Catholici te maximo jure proſcripſerint, eo quidquid MS. apud eos extat dubiæ fidei conaris reddere opinionis errore ad credendum ductus, quod adverſantia Sedi Apoſtolicæ obliterarint? Horum ſententiam verborum ab Emmanuele eodem doctiſſimo, graviſſimoque Scriptore deſumſi, quibus ejuſdem verba adjungam, *ſed apage cum tali commento longe omni Latinorum Eccleſiæ injurioſo*. Paulo etiam infra expendit Berveregii temerariam illationem, Sedique Apoſtolicæ contrariam, petendos nempe quinque Patriarchatuum terminos legitimos a monumento quodam ſchiſmatici auctoris, unde ipſe imbutus fuerat; evidenſque ibi vitium detegit in Patriarchatu Romano, quod quum ſit notorium, impugnari ait non oportere; poſt quæ verba illud etiam addidit: *Ubi etiam obſervatur in Romano Patriarchatu longe pauciores hic memorari Provincias, quam quas Epiſcopus iſtius Sedis per multa retro ſæcula ſibi uſurpavit. Ut alias miſſas faciant, nec Anglia, nec Scotia, nec Hibernia hic commemorantur.*

Schelſ. ſup. n. 2.

Idem ibid. n. 3.

Berv. ap. eumd. ibi num. 4.

X. Quam appoſite hic aſſurgit laudatus Emmanuel! *Hoc*, ait, *præſagiebat animus, hominem a Sedis Apoſtolicæ communicatione ſejunctum, ideo Schiſmaticorum extuliſſe figmenta, ut haberet ex illis, quibus foveret ſchiſma Anglicanum*. Hinc planum fit tum Salmeronem recte, ac prudentiſſime docuiſſe, quorumcumque Hæreticorum ſolenne eſſe cognitione abuti; tum jure proſpectum, ut laudes quæcumque iis tributæ in ſcriptis aboleantur. Quare expediret, arbitror, atque conduceret locum hunc ad S. Inquiſitionem deferri ut laudes Beryegio tributæ obliterentur.

XI. Hæc autem dicta ſint quod ad quintum Expurgatorii Decretum ſpectat: etenim nono, quod ego altero loco poſui, longe majoris momenti ſunt quæ adverſantur. Quidquid §. primus tertiæ partis continet a pag. 317. ſummopere contumelioſum eſt atque detrahens famæ, honori, nomini Summorum aliquot Pontificum, Regum, aliorumque Eccleſiaſticorum, & eorum qui ſummo loco ſunt poſiti; quin etiam ſacri Sanctorum cineres, quos ſuper aram conſtitutos una cum Catholica Eccleſia Hiſpalenſis veretur, non citra piaculum temerantur. Etenim, ut Pontificum Diplomatibus omni exceptione majoribus deroget Memoriale, graviſſima commentum crimina, præſtantiſſimo illorum nomini

inurit notam uſque ad impietatem ſceleſtiſſimam. Quamvis autem paragrapho eodem nil non ejuſdem farinæ congeſtum animadverterint, nec citra offenſionem notarint quot prudenti, ac maturo judicio viros Memoriale inſpexiſſe audio (iique certe fuerunt non pauci) quamobrem totum abolendum eſſe videretur; tamen operæ pretium duxi nonnullas præcipue propoſitiones exprimere rem evidenter aperientes, in eorum gratiam, quibus Memorialis copia non eſt facta.

XII. Quod autem docere inſtitui ut luculenter appareat, præponi neceſſum eſt, cujuſmodi vitium ſit *Perſonarum acceptio*, quîve id vitium perpetretur, quod Sacra Scriptura ſæpe rejicit, verbiſque aſperioribus increpat; omneſque Theologi ſentiunt capitale crimen habendum eſſe. Noxæ igitur ejuſmodi accuſantur ii, qui quum bona, honores, dignitates conferre in alios debeant, merita, ac dignitatem eorumdem nequaquam attendunt, conditionem duntaxat aliorum aliam conſiderantes, & cauſas leviſſimas, quibus merita, ſeu dignitas incrementi nihil accipiunt. Hanc Theologi doctrinam ab Angelico Doctore mutuati ſunt 2. 2. quæſt.

S.Thom.2.2.q.63. art.1.in corp. 63. art. 1. ubi ait: *Si aliquis conſideraret in eo, cui aliquid confert, non id propter quod id, quod ei datur, eſt ei proportionatum, & debitum, hîc eſt acceptio perſonarum; quia non tribuitur ei aliquid propter aliquam cauſam, quæ faciat eum dignum.* Et paulo infra: *Ad perſonam autem refertur quæcumque conditio non faciens ad cauſam, propter quam ſit dignus hoc dono. Puta ſi aliquis promoveat aliquem ad prælationem, quia eſt amicus, vel conſanguineus.*

XIII. Huic D. Thomæ ſententiæ ipſius diſcipuli adſti-

Card.Cajet.ibi. pulantur. Sic ad eumdem articulum Card. Cajetanus: *Acceptio*, inquit, *perſonæ eſt recognoſcere ut cauſam, illam conditionem, propter quam non eſt aliquid debitum ſecundum veritatem.* Et Magiſter Sotus volum. de Juſtitia, & Jure libro 3.

Sotus de Juſt.& Jure l. 3. q. 6. art. 1. quæſt. 6. art. 1. vitium iſtud ſic definit: *Eſt injuſtitiæ crimen, quo in diſtributione, non cauſæ ad rem pertinentis; ſed perſonæ, aliarumque qualitatum habetur ratio.*

XVI. Doctiſſimo item Abulenſi cum Aquinate Doctore conſtat in cap. 22. Matthæi, ubi de hac re copioſe diſſerit.

Abul. cap. 22. Matth. q. 108. Initio 108. quæſtionis hæc habentur: *Acceptio perſonarum ſignificat quamdam conſiderationem perſonæ, ad faciendum aliquid*

pro

pro illa, quia talis perſona eſt; non accipere autem perſonam, eſt non conſiderare perſonam ad hoc, ut ei utilitatem, aut honorem, aut aliquid boni impendamus, quia talis perſona eſt. Et §. *Sed objicitur*, ubi aliquem beneficio proſequi, *propter conditionem perſonæ* quandoque *acceptio perſonæ* habendum eſſe, quandoque autem non ita, viſum illi eſt, proſequitur: *Pro quo ſciendum eſt, quod aut conditio illa, quam reſpicimus, non facit debitum eſſe perſonæ, vel competens id, quod tribuimus, eſt acceptio perſonæ.* Quod exemplo ejuſmodi teſtatur: *Ut ſi aliquem ſolum promoveam ad Magiſterium, quia eſt amicus, vel compatriota.* Et inferius, id quod facit ad rem noſtram; *Conſiderandum, quod licet acceptio perſonæ ſecundum ſtrictam conſiderationem ſit, quando ſola conſideratur perſona, & non aliqua conditio; tamen vocamus acceptionem perſonarum, quandocumque aliquid datur, ſive propter ſolam perſonam, ſive propter quamcumque aliam cauſam, quæ non facit rem debitam, vel competentem. Et hoc, ſive conditio ſe teneat ex parte perſonæ, ſive non. Sicut reſpecta hujus, quod eſt ad gradum promovere, omnes aliæ conditiones, præter hanc, quæ eſt, eſſe ſapientem, & rite curſaſſe per tempora, & actus lege definitos: eſſe autem nobilem, divitem, cognatum, compatriotam: preces interceſſiſſe, auxilia, & beneficia quondam recepiſſe, & quidquid aliud excogitari poteſt, facit hic acceptionem perſonarum.* Hæc Abulenſis.

XVI. Quæ quum Theologiæ præceptis uſquequaque reſpondeant, argumentum evidens nobis præbent, quod ſcilicet eorum ſententia non longe a veritate aberret, qui contumelioſum cenſent quidquid allato Paragrapho diſputat Eccl. Hiſpal. Enimvero quod ad Toletanum ſpectat Primatum, velis ipſa remiſque contendit, ut eam in opinionem nos pertrahat, Urbanum II. ejuſque Succeſſores humanis ductos rationibus, ſecus atque tanta dignitas poſtulabat, Domno Bernardo Toletano Archiepiſcopo Hiſpaniarum Primatum tribuiſſe, qui non dignitate, non meritis Archiepiſcopos cæteros anteibat, nedum ſedem explebat reliquis præſtantiorem: totamque honoris conferendi cauſam ponit in gratia, precibus, conſuetudinibus, inita demum ſocietate inter nationes, conterraneos, Monachoſque ſuffragia inſimul conferentes, qui eodem in Cœnobio Archimandritam inſtar Parentis colebant. Nova hæc, & ante hoc tempus inaudita enarrat Hiſpalenſis Eccleſia, in ſpem veniens fieri poſſe, ut

Toletanæ Primatus Eccleſiæ abſcindatur, & corruat, vel ut melius dicam id pro virili contendens, nempe: ut tot Pontifices Summi per maximam injuriam acceptores perſonarum ſuggillentur, unaque cum iis viri illi præſtantiſſimi, qui teſtante ipſa, huc acceſſerunt.

XVII. Quinque cum primis adducit numero ſexto notam cuique ſuam inuſtura; Regem Alphonſum VI., ejuſque Uxorem Conſtantiam, Urbanum II., D. Bernardum Fani S. Facundi Abbatem, Divumque Hugonem Abbatem Cluniacenſem: ac proxime ait: *Todos eſtos Perſonages nombrados, cuya junta parece caſual, concurrieron, como cauſas, à la formacion, y ereccion de eſte Primado por raros caminos de union de intereſſes entre sì miſmos.* „ Hi omnes, quos recen- „ ſui, quorumque cœtus fortuito coactus videtur, pro va- „ riis mutuæ utilitatis rationibus ſimul habendis, veluti „ cauſæ acceſſere inſtituendo, ac ſtabiliendo Primatui. Ex quibus liquet, unumquemque eorum acceptionis perſonarum inſimulari: quamlibet enim commodi ſocietatem inirent, D. Bernardi Archiepiſcopi merita, ſeu dignitatem omnino nihil ea poterat ad tantum faſtigium reddere paratiora. Quum vero peculiarem ipſe pro ſingulis ſermonem inſtituat, meas eſſe partes intelligo, ſeparatim expendere quæ ad unumquemque ſpectant illorum.

Mem.p.3.p.322. n. 6.

XVIII. Ac primo: numerum illa ſeptimum Regis Alphonſi cauſæ deſtinatum hiſce verbis abſolvit: *Segun eſta relacion, reſulta ligado con el interès de afecto el Rey Don Alphonſo VI. con los Monges de el Monaſterio de Cluni en Francia, por herencia de ſu Padre, y Abuelo, y con San Hugon; y aſſimiſmo con el Monaſterio de Sahagun, y con ſu Abad Don Bernardo: todos poderoſos atractivos para el agradecimiento, y recompenſa.* „ Juxta relata Rex Alphonſus VI. affectu cum Monacis „ Cluniacenſis Monaſterii in Gallia conjunctus evincitur, „ ac proinde cum D. Hugone, ex paterna, & avita hæ- „ reditate: necnon cum D. Bernardo Abbate Fani S. Fa- „ cundi: quæ oppido conducunt ad gratum animum de- „ monſtrandum, gratiamque referendam. Ecquid? Num affectus, gratuſque Regis animus erga D. Bernardum, Abbatis hujus cauſam meliorem reddunt, ita ut pro ipſius, & Eccleſiæ ſuæ dignitate neglectis cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis, honorem Primatus mereatur aſſequi ut Eccleſia Hi-

Mem.ſup.n.7.

Hiſpalenſis affirmat? Videamus: quum enim Primatus inter majores Eccleſiæ dignitates recenſeatur, idem conferri in aliquem certe non poſſet a Pontifice, niſi ipſe graviſſima motus cauſa eſſet, cur ampliſſimis meritis, ſingularique dignitate fulgere tum ille, tum Eccleſia in qua Primas conſtituendus foret, viderentur, ut doctiſſimus Cajetanus obſervat ad reſponſum D. Thomæ primo argumento art. 2. *S. Thom. ſup. art. 2. ad 1.*

XIX. Quo loco quum negaverit S. Doctor Præſulem Eccleſiaſticum conferre in eos poſſe dignitates Eccleſiæ, qui meritis non præfulgeant; non enim ea in miniſteriis Eccleſiaſticis poteſtate eſt, ut ea cuilibet arbitratu ſuo queat committere; Cajetanus monet: *Ad primum nota, quod non dicitur in reſponſione ad* 1. *quod Prælatus Eccleſiaſticus non eſt Dominus, ut poſſit miniſteria Eccleſiaſtica dare pro libito, nomine Prælati Eccleſiaſtici clauditur etiam Papa*. *Card. Cajet. ibi.* Hinc ſequitur, quod, ſi Rex, cumque eo Regina tum cauſas jam allatas attenderunt, tum aliam inſuper cauſam, quod nempe Bernardus Gentilis Reginæ eſſet, ut num. 12. Memorialis habetur, quum Archiepiſcopum fieri, moxque Primatem Hiſpaniarum a Pontifice petiverunt, uterque fuit Perſonarum acceptor.

XX. Quam loco altero memoravimus recenſitam in Memoriali Reginam prætermittimus, utpote cujus cauſa cum Rege conjuncta eſt, vertimuſque ſermonem ad Urbanum II. Pontificem, quem humanis iiſdem motum rationibus affirmat numero 9. ibidemque teſtatum reddere nititur quidquid ſibi probandum propoſuit num. 3. quod ſcilicet D. Bernardus Archiepiſcopus deſignatus cum Alphonſi Regis, Divique Hugonis Cluniacenſis Abbatis epiſtolis Italiam petiit, &, *Conſiguiò de eſte Papa quanto le pidiò, por medio de interceſſores tan poderoſos; y de aquella afeccion, que engendra el contubernio de muchos años en una caſa, y eſcuela, y en una miſma profeſſion, como ſe dirà*. *Mem. ſup. n. 2. p. 319.* „ Ab hoc Pontifice, „ quæcumque rogavit, obtinuit, tum tantorum cauſa Deprecatorum, tum illius amoris ergo, quem domicilii, ac „ ſtudiorum diuturna conſuetudo gignit, vitæque communis ratio, ut infra docebo. Quæ quum ita ſint evidens, manifeſtumque eſt, Eccleſiam Hiſpalenſem non ſpectare dignitatem, & merita D. Bernardi, aut Eccleſiæ Toletanæ, quæ propter Bulla Pontificis Primatum confirmans impetraretur; ſed deprecationes, preces, amoremque mutuum a conſue-

ſuetudine Monaſterii profectum. Atqui horum nihil aut Eccleſiæ Toletanæ dignitatem, aut D. Bernardo auctoritatem potuit augere. Itaque ſi Memoriali fides adhibenda eſt, Urbanus II. culpam non levem perpetravit

XXI. Pag. 325. totum numerum decimum infercit argumentis iis, quæ tres Pontifices Urbanum II. Paſchalem II. & Callyſtum II. probabile reddant humana tantum conſideraſſe, condendis, confirmandiſque Diplomatibus pro Ec-
Mem.p.325.n.10. cleſiæ Toletanæ Primatu, hæc addens in fine. *Eſtos Papas nombrados ſon los que concedieron, y confirmaron eſte moderno privilegio de el Primado de Toledo; cuya relacion ſe ha hecho, para que ſe tenga preſente la parte, que en eſta conceſſion gracioſa, pudieron tener los intereſſes de la patria, de el afecto, de la crianza, y de una miſma profeſſion; que todos ſaben por experiencia, quan poderoſos ſon aùn entre los Santos.* „ Quos dixi Pontifices, ii „ conceſſerunt, & confirmarunt privilegium recens Toletani „ Primatus; quod idcirco per me relatum volui, ut ob ocu- „ los ponerem, quanti hac in gratioſa conceſſione momenti „ fuerint Patria, amor, educatio, vitæque ac ſtudiorum „ communio, quæ, ut omnes experimento norunt, vel in- „ ter homines vitæ ſanctimonia conſpicuos valent plurimum. Ex hac poſtrema clauſula, quæ, ut videtur D. Hugonem ſpectat, palam eſt, ne hunc quidem ab injuria illa immunem relictum eſſe. At enimvero eritne unquam, ut Sanctorum aliquis, niſi id vitæ genus exuerit, carnis, aut ſanguinis mancipium factus, ampliſſima ejuſmodi dignitate ornari patiatur hominem, quem neque merita eò perduxerint, neque ornamenta virtutum imparem tanto muneri non futurum eſſe portendant, ita ut nullius commendatione ad illud aſſequendum indigeat? Attamen Eccleſia Hiſpalenſis tum laudibus iis vacuum D. Bernardum, tum Toletanam Eccleſiam earum rerum expertem exhibet, quæ dignitati Primatus conveniunt; ponitque illarum loco Patriam, amorem, educationem, vitæque, ac ſtudiorum communitatem.

XXII. Nullus dubito, quin cauſæ quoque iſtæ meritorum perſonæ, ac rei accedentes, quod ſane in Eccleſia Toletana, Domnoque Bernardo contigit, aliquid valeant abſque virtutis detrimento: ſecus autem vitium eſt graviſſimum acceptionis Perſonarum. Crimine hoc ut leventur Pontifices laudati, fateatur neceſſe eſt Hiſpalenſis Eccleſia

quæ-

quænam Toletanæ merita, ejuſque Archiepiſcopi D. Bernardi, cauſave alia legitima poſſint adduci; etenim ſi hæc minus offenderit; ab ipſa inſtructis fatendum nobis erit Romanos eos omnes Pontifices, per ſummum nefas perſonarum acceptores fuiſſe. Siquidem Card. Cajetanus, ut ſupra monebamus, *Acceptio*, inquit, *perſonarum eſt recognoſcere ut cauſam illam conditionem, propter quam non eſt aliquid debitum ſecundum veritatem.* *Card. Cajet.*

XXIII. Quarto loco eſt D. Bernardus, cujus rationibus, commodiſque alii quatuor ſtuduerunt. Hunc Toleti Archiepiſcopum, ne quis creatum eſſe admiretur, poſteaquam multa diligenter diſſeruit ad rem ſpectantia num. 12., potiorem præſtando id viam non invenit, quam electionem ipſius eidem culpæ obnoxiam affirmans, his verbis: *Ceſſa eſta admiracion con lo que queda dicho; por que todo eſto lo vencen, y ſuperan las poderoſas, y eficaces alianzas de intereſſes, y de afecto, que quedan expreſſadas en el Rey Don Alphonſo.* „ Admirationi finem imponunt ea quæ docuimus, namque rebus „ cæteris antecellit inita rerum amoriſque ſocietas præpo„ tens, atque efficax, quam de Alphonſo Rege loquentes „ expreſſimus. Quod vero ad S. Hugonem quinto loco laudatum ſpectat, conſiderandum eſt quam graviter incuſetur, eo quod cum Pontifice Urbano II. ſeſe interpoſuerit; neque enim æquitas cauſæ eum movit, ſi adhibeatur fides Memoriali, quod D. Bernardum nulla fulcitum æqua ratione fuiſſe contendit. *Mem. ſup. p. 326. & 327. n. 12.*

XXIV. Ex his neceſſario ſequitur, imprudenti uſum conſilio eſſe D. Hugonem, deprecando Pontificem, ut dignitatem Primatus aſſereret, Chriſtiana ſuadente prudentia, ex officio illum facturum magis, ſi errore opinionis ablato, Bernardum, qui ſibi erat inſtar filii, dehortatus eſſet ab ejuſmodi munere appetendo; ſummumque Pontificem obteſtatus eſſet, ne rem Eccleſiis Hiſpaniarum omnibus viſam minus æquam admitteret. Quum itaque D. Hugo ſecus fecerit, Bernardum quippe conſilio, ac prece reddidit alacriorem, Urbanumque enixe rogavit, ut gratia illum ſua proſequeretur, ac Primatem renunciaret; contra fas, & æquum omne ſe geſſit, necnon charitati defuit; ſe enim deprecatore id præſtitit Pontifex, quod citra conſcientiam facere nec debuit, nec potuit. Quam contumelioſum

id S. Viro ſit ille judicet, cui cauſam iſtam noſſe datum eſt.

XXV. Cæterum tam multi ſermonis unum illum ſcopum eſſe, ut memorato ii omnes vitio, aliiſque non paucis ejus lateri ſociorum inſtar hærentibus habeantur affecti, qui ſuffragia ſimul contulere, oculis, ut ſpero, ac manibus Lector meus tenebit, ubi Memorialis verba retulero, quæ occurrunt pag. 333. Ibi Eccleſia Hiſpalenſis refert Dalmatium Archiepiſcopum Narbonenſem, ut audivit Primatem renunciatum eſſe D. Bernardum, reclamaſſe, dictoque ipſius auditum, dignitatis munere ad tempus præcluſo; Berengario autem Tarraconenſi Archiepiſcopo mandatum fuiſſe, ut pareret, obſequiumque præberet Toletano Primati. Poſtea hæc addit: *Eſte procedimiento en una miſma cauſa, y à un miſmo tiempo, induce preſumpcion de derecho, de que en eſte caſo fueron mas atendidas las perſonas, que la cauſa.* „ Actio hujuſmodi eadem in cauſa, eodemque tempore juris præſumtionem inducit, hoc caſu perſonis magis quam cauſæ auſculatum eſſe. Luce clarius apparet Urbanum II. acceptionis Perſonarum incuſari; namque ait expreſſe, Pontificem magis perſonæ, quam cauſæ auſcultaſſe, qua in re conſiſtit hoc vitium. Paulo item infra Dalmatio alii Compoſtellæ Epiſcopo Abbati pariter Cluniacenſi, Gallici generis ab eodem Pontifice permiſſum referens, ut Toletano Primati ne præſtaret obſequium, ita proſequitur: *Y aſſimiſmo, quanto favoreciò la cauſa de Dalmachio Arzobiſpo de Narbona, fue el miſmo titulo de la Nacion, y de Compatriota de el Sumo Pontifice Urbano, de ſu Legado Raynerio, y de el nuevo Primado Don Bernardo; el qual en ninguna de las dos cauſas reclamò; pero ſi lo hizo en la cauſa de Berengario Arzobiſpo de Tarragona, contra quien, aſſi el Pontifice Urbano, como ſu Legado en Eſpaña Raynerio, fulminaron la comminatoria de privacion de Palio, y ſuſpenſion de el Ingreſſo de la Igleſia: en lo que no ſe encuentra otro motivo, que el no aver ſido eſte Prelado Monge de Cluni, y ſer de Nacion Eſpañol.* „ Haud ſecus ubi Dalmatii „ Narbonenſis Archiepiſcopi cauſam eſt amplexus, id præ„ ſertim inſpexit, quod Gentilis ille, ac civis eſſet ejuſdem „ oppidi, cujus Urbanus Pontifex, ejuſdem Legatus Ray„ nerius, Primaſque recenter ſalutatus D. Bernardus, qui „ neutra in cauſa reclamavit; maxime vero id præſtitit in Ar-

Mem. p. 333.

„ Archiepiſcopi Tarraconenſis Berengarii cauſa, in quem „ & Urbanus Pontifex, & ejus in Hiſpania Legatus Raynerius comminatoriam privationis Pallii, ac ſuſpenſionis „ ab ingreſſu in Eccleſiam contorſerunt: qua in re alia nulla ſuppetit cauſa præter hanc, quod nempe Monachus Cluniacenſis non fuit, maxime autem genere Hiſpanus.

XXVI. Qua in re Hiſpalenſis Eccleſia videtur diſſimulaſſe honeſtiorem cauſam, cur Pontifex, Legatuſque Raynerius id præſtiterint, non enim multi erat operis hanc adducere, dum paulo ante ſuo in Memoriali produxerat æquiſſimam aliam cauſam, ubi ait: *El Papa Urbano II. por medio de Raynerio ſu Legado en Eſpaña, mandò à Berengario Tarraconenſe, que reconocieſſe à Don Bernardo Arzobiſpo de Toledo por ſu Primado, por averſele dado la inveſtidura de Arzobiſpo de Tarragona, aunque deſtruida, y el Palio con eſta condicion.* Mem. pag. 332. „ Pontifex Urbanus II. Berengario Tarraconenſi per Legatum ſuum in Hiſpania Raynerium commiſit, ut D. Bernardum Toleti Archiepiſcopum Primatem ſuum agnoſceret, ea quippe conditione jus traditum ſibi fuerat Archiepiſcopatum Tarraconis poſſidendi, (licet diruta eſſet ea civitas) & uſus Pallii. Quod ſi ea conditione Archiepiſcopatus dignitatem obtinuit, ut Primatem agnoſceret D. Bernardum, quare mox eàdem levari exoptabat? Nonne manifeſta erat fraus dignitatem poſſidere conditione poſthabita, qua ipſa dignitas data, & accepta fuerat? Hinc ſane magnum, teſtatumque diſcrimen elucet, quod Berengario Tarraconenſi cum Dalmatio Narbonenſi Archiepiſcopo intercedit: mirumque in modum eluditur ſententia in Urbanum Pontificem, ac Legatum Raynerium temere pronunciata, quod nempe acceptores ambo fuerint perſonarum.

XXVII. At quoniam Eccleſia Hiſpalenſis allatis a ſe rationibus quieſcens, ſatis per ſe factum rei propoſitæ arbitratur, licet Perſonarum acceptionis duntaxat vitium probaverit, cujus ſacros adeo viros inſimulat; in ſupremos eoſdem viros tela ejuſmodi pergit conjicere. Sic pag. 369. 51. numerum præclaro hoc ornat exordio: *Los Edificios fabricados ſin cimientos, muy deſde ſus principios mueſtran la debilidad de ſu conſiſtencia. Aviendo ſido, pues, los de eſte Primado de Toledo, los que antecedentemente quedan propueſtos de empeños, de alianza, de afectos Nacionales, intereſſes de amiſtad, autoridad* Mem. p. 339. n. 51.

dad, y poderoſa interceſſion de los Señores Reyes. „ Quæ non „ jactis antea fundamentis ædificia ſunt poſita, vel ab ipſo „ principio futuram brevi ruinam portendunt. Quapropter „ quum Toletanæ Primatus Eccleſiæ iis nitatur fundamen- „ tis, quorum ſupra mentio erat, initæ nempe ſocietatis, „ patriæ communis, amoris mutui, auctoritatis, Regum- „ que deprecationis, &c. Iterata hîc habentur, quæ ſuperioribus numeris dicta fuerant. Pag. item ſequenti num. 52. poſt relatam Urbani II. voluntatem erga Dalmatium Epiſcopum Compoſtellæ, ut Apoſtolicæ Sedi eſſet immediate ſubjectus, & immunis a Toletano Primatu, cauſam adducit, quod Dalmatius genere erat Gallus, ac Monaſterii Cluniacenſis competitor, ſub D. Hugonis diſciplina: *No es*, inquit, *de menos conſideracion el motivo. Eſte fue ſer Dalmachio de Nacion Francès, Monge de Cluni, y averſe criado en eſte Monaſterio, con el Pontifice que le hizo la gracia, y ambos criaturas, de San Hugon Abad. Que eſte fue el motivo, lo prueban dos caſos. El primero, que en eſte miſmo tiempo amenazò eſte Pontifice, con privacion de el Palio, y ingreſſo de la Igleſia à Berengario Arzobiſpo de Tarragona, por que repugnò reconocer à Don Bernardo por Primado.* Quorum ſenſa ad verbum transfero. [Mem.p.370.n.52.]

„ Non minus conſideranda cauſa eſt, quod Dalmatius na- „ tione erat Gallus, Cluniacenſis Monachus, eoque in Mo- „ naſterio una cum Urbano ſecundo, a quo beneficium ac- „ cepit, nutritus, educatuſque erat, tam ipſe quam Pontifex „ S. Hugonis Abbatis creaturæ. Ad hanc rem duo potiſſi- „ mum faciunt. Primum: eodem tempore Pontificem eſſe „ interminatum Pallii privationem, & in Eccleſiam ingreſ- „ ſum Berengario Tarraconis Archiepiſcopo, eo quod To- „ letano Primati obſequium præſtare detrectaverit.

XXVIII. Mirum ſcilicet, ſexcentos poſt annos emergit Urbani arcanum, quod ſuo in pectore ſanctiſſime cuſtodivit! At modo allata conſiderans, ipſe etiam duo animadverti. Primum fallaciam, quæ per ſe ipſa palam fit, minimum attentis humanis rationibus, quibus ab Eccleſia Hiſpalenſi propoſitis acceptor perſonarum Pontifex evinceretur: & clariſſimo hoc argumento demonſtratur. Re quidem vera ipſa eademque cauſa cum Dalmatio adverſus Bernardum facere, quæ, ut docuimus, cum Bernardo adverſus Dalmatium fecit nullo prorſus diſcrimine, haudquaquam po-

poteſt. Præterea conſtat Bernardum æque ac Dalmatium fuiſſe Gallum, Monachum Cluniacenſem, Divoque Hugoni devotum. Evidens ergo eſt, atque manifeſtum, quod maxima ſit injuria Pontifici, quum beneficium in Dalmatium conferendi adducitur cauſa humanarum ratio rerum, quod ſicuti non potuit fieri, ita affirmare impune non licet.

XXIX. Alterum. Pontificem parti ſtuduiſſe, alium quippe abſolvit, alium damnavit eadem in cauſa, quia ſcilicet Hiſpanienſi hic erat genere, ille autem Gallico; quæ res niſi acceptio perſonarum habenda eſt, quænam alia erit? Graviſſimus Theologus Lexius e Venerab. Societ. J. lib. 2. de Juſtitia & Jure ſect. 5. cap. 32. dub. 2. num. 5. ita ſcriptum reliquit: *Si judex aliquid reſpiciat præter cauſarum merita, committit hoc vitium acceptionis perſonarum*; Et paulo infra: *Adverte non tantum eſſe vitium acceptionis perſonarum, quando Judex in ferenda ſententia conſiderat perſonam potius, quam æquitatem cauſæ; ſed etiam quando uni parti concedit longiorem terminum ad probandum, vel informandum, quam alteri, quum tamen par ſit utriuſque ratio.* Hoc autem ab Urbano ſemel, atque iterum præſtitum eſſe, ait Eccleſia Hiſpalenſis, eadem in cauſa; dum alium abſolvit, quia Gallum, alium vero, quia Hiſpanum, damnavit. In controverſia item Bernardi, & Dalmatii Narbonenſis Archiepiſcopi, ac Berengarii Tarraconenſis, Dalmatio, quoniam Gallo, poteſtatem fecit cauſam dicendi, Berengario autem ſecus, quippe Hiſpano. Denique Dalmatium alterum Epiſcopum Compoſtellæ genere Gallum abſolvit; Berengarium Hiſpanienſem condemnavit. Nonne id acceptionis perſonarum capitale vitium eſt, quod frequenter Sacra Scriptura redarguit? Sin enim minus, Judicum nulli hanc notam inurere quiſquam poterit.

Lex. de Juſt. & Jur. l. 2. ſect. 5. c. 32. dub. 2. n. 5.

CAPUT IX.

ANIMADV. EADEM.

Tres Propoſitiones ad Sacrum Tribunal pari modo deferri poſſent, quæ ſequuntur.

SUMMA CAPITIS.

I. II. *Memoriale contumeliam infert Archiepiſcopis Toletanis, Eccleſiæque ipſi Toletanæ.*

III. *Idem comprobatur.*

IV. V. *Giennenſis Epiſcopatus non fuit antiquior calamitatibus Hiſpaniæ, idemque eſt, ac Biatienſis, qui fuit eò translatus, ſemperque ſubjectus fuit Toletanæ Eccleſiæ.*

VI. *Sanctii Regis Catholici epiſtola ad Michaelem electum & Canonicos Giennenſis Eccleſiæ comprobat, eamdem Eccleſiam Suffraganeam ſemper fuiſſe Toletanæ.*

VII. *Neque Giennenſem, neque Cordubenſem Eccleſiam Hiſpalenſis fuiſſe unquam Suffraganeam demonſtratur.*

VIII. IX. *Falſo reprehenduntur in Memoriali Reges Catholici, quod Toletanam ſemper Eccleſiam tuiti ſint.*

X. XI. *Memorialis levitas oſtenditur, ubi accuſat Regem Sanctium mendacii.*

XII. *Alphonſus cognomento Sapiens a Memoriali reprehenditur tanquam Eccleſiæ Sanctionum ignarus.*

XIII. *Qua auctoritate Reges nominent Epiſcopos, inſtaurent Eccleſias, &c.*

XIV. *Res Eccleſiaſtica Hiſpaniarum conſilio Regum a Romanis Pontificibus immutata eſt, longeque alia facta, quam olim fuit.*

XV. *Monumentum in Hiſpalenſi Archivo ſervatur, unde habetur, Reges Hiſpaniæ in Decimas jus obtinuiſſe.*

XVI. *Gothi Catholici Reges uſque ad S. Ferdinandum multa exercuerunt ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectantia, forte ex privilegio S. Sedis.*

XVII. *Ratione idem comprobatur.*

XVIII. XIX. *Memoriale negat Diploma Honorii III. factum eſſe motu proprio.*

XX. *Id vero eſt Pontificem arguere de mendacio, ex Doct. Suar.*

I. PAg. 383. num. 64. ſermone utitur indecoro, irreverenti, vereque contumelioſo Toletanis omnibus Archiepiſcopis, præſertim Gundiſalvo ſecundo. De judicio verba faciens per Hiſpalenſem Archiepiſcopum intentato ex Hono-

rii

rii IV. Diplomate ut Archiepiſcopus Toletanus Cordubenſem, atque Giennenſem Epiſcopos Hiſpalenſi Suffraganeos Archiepiſcopo eſſe ſineret, ita loquitur de D. Gundiſalvo: *Eſte Prelado de Toledo, deſconfiado de ſu Juſticia en eſta cauſa, no ſe atreviò à diſputarla con quien tenia tanta razon, à que no podia reſponder, ſino con la entrega efectiva de lo que poſſeìa ſin titulo, y contra el mandato Apoſtolico de el miſmo Urbano II. y de todos los ſiguientes Pontifices, haſta el referido Honorio. Y aſſi ſe acogiò al patrocinio de la Real autoridad, como en ſemejantes caſos ſiempre lo ha acoſtumbrado, valiendoſe de eſta ſombra, por titulo legitimo.* „ Toletanus hic Præſul cauſæ diffidens ſuæ, „ agere cum eo detrectavit, pro quo pugnabat æquitas, „ nam conſequuta actionem ſententia eſſet, ut jure in Suf- „ fraganeos cederet, quod non recte poſſidebat, mandatiſque „ Apoſtolicis Urbani II. aliorumque Pontificum, qui ad „ Honorium ſequuti ſunt, non ſolum deſtitutus, verum „ apertiſſime repugnans. Itaque confugit ad Regem, uti „ occaſione ſimili oblata conſuevit, gratiam ejus, perinde „ jus legitimum jactans. Animadverti equidem hanc clauſulam in duas diviſam eſſe partes. Accuſat primo evidentis, ac manifeſtæ iniquitatis Gundiſalvum; non eſſe illum auſum affirmans diſceptare, quoniam diffidebat ſuæ cauſæ, non enim erat neſcius Cordubenſem Epiſcopum nullo jure Suffraganeum ſe habere, contra tot Summorum mandata Pontificum. Quod ſi verum eſſet, Prælatus iſte notam ſibi comparaſſet graviſſimæ injuſtitiæ, & apertiſſimæ inobedientiæ in Sedem Apoſtolicam admiſſæ. Ut verum fatear, calumniatoris virorum in Eccleſia Principum, atque maledici notam is effugere nullo pacto poteſt, cujus ſcripta in lucem edita verbis tam apertis, tamque ſignificantibus accuſant Archiepiſcopum Toletanum tanquam reum tantæ iniquitatis ſcienter admiſſæ, totque Summorum Decreta Pontificum aperta fronte detrectantem.

Mem.p.3.p.383. n.64.

II. Altera vero parte accuſat fuſius, nec uno Gundiſalvo contenta omnes unà Toletanos Archiepiſcopos Eccleſiamque Toletanam comprehendit, de quo priori pagina orſa erat dicere num. 64. Ait igitur, quod Gundiſalvus ad Regem confugit, uti fieri erat ſolitum ſimili oblata occaſione, Regis gratia legitimi juris inſtar habita, *como en ſemejantes caſos*, verba ipſa Memorialis ſunt, *ſiempre lo ha acoſtum-*

ſtumbrado, valiendoſe de eſta ſombra por titulo legitimo. Dubitatio nulla eſt, quin Archiepiſcopos cæteros, ipſamque Toletanam Eccleſiam propoſitio hæc amplectatur, cujus vera ſententia eſt, ut dicam recte, tum Gundiſalvum, tum Archiepiſcopos cæteros, ipſamque Toletanam Eccleſiam quocumque conſtituto judicio, & controverſia excitata, jure, ac rationibus deſtitutos Regium patrocinium implorare conſueviſſe, ut ita infirmis, falſiſque ſuis rebus caverent. Quod quam contumelioſum tot Præſulibus ſit, quot Hiſpania noſtra venerata eſt in Toletana Sede, eidemque præſtantiſſimæ Eccleſiæ, omnes intelligunt.

III. Hanc propoſitionis allatæ puram putam ſententiam eſſe, aperte conjicitur ex ejuſdem poſteriori parte, ubi ait: *Valiendoſe de la autoridad tan poderoſa por titulo legitimo*. „ Regis gratia legitimi juris inſtar habita. Enimvero ſi ipſi Præſules, & Eccleſia ipſa clare agnoſcunt, ſe nullo uti legitimo jure, præter poteſtatem Regiam, quæ non eſt profecto, nec eſſe poteſt jus legitimum; quod ergo autumat immo aſſerit Eccleſia Hiſpalenſis, & illa in controverſia, & in ejuſdem aliis ſimilibus Toletana Eccleſia, ipſiuſque Præſules ſinguli falſa & obreptitia jura ſunt tuiti, ac tuentur, Pontificibus minime auſcultantes, ſibique id uſurpantes, quod alienum eſſe non ignorant, ipſos Reges in tam aperta, & tam gravi iniquitate implicantes adverſus cæteras Hiſpaniarum Eccleſias. Quid? nonne id eſt contumeliam inferre? Nonne graviſſimos tot Præſules Toletanos, ipſamque præſtantiſſimam Eccleſiam per ora hominum traducere?

IV. Cauſa hîc prætereunda non eſt, cur Gundiſalvus controverſiam declinaverit, litemque noluerit conteſtari. Et ſane quod ad Giennenſem ſpectat Eccleſiam, mirum, quid affirmet Eccleſia Hiſpalenſis fuiſſe Suffraganeam ſuam, ante barbarorum illuviem, & ex Pontificum amplius duodecim Bullis, Chriſtianorum ditionis factæ iterum Hiſpali illam ſubjiciendam fuiſſe; namque Giennenſis Epiſcopus nullus Hiſpaniarum calamitatem prævivit, quod ex hiſtoriis, Conciliiſque tum Nationalibus, tum Provincialibus earumdem Hiſpaniarum conſtat, quum nulla in iis occurrat Giennenſis Epiſcopi ſubſcriptio. Immo nec eſſe poterat ob Epiſcopatus complures finitimos, quos inter Biatienſis Toleto ſemper ſubjectus, uti e Metropoleon Hiſpaniæ diviſione

Mem. pag. 384.

con-

conſtat, qua de agendum in parte altera. Quum vero Ferdinandus Rex vitæ ſanctimonia celeberrimus avus Sanctii majoris, (cujus ævo res venit in controverſiam) e Barbarorum manibus ereptam civitatem, Innocentii IV. Diplomate impetrato, qui tum regebat Eccleſiam, Epiſcopalem *Hiſt.Gener.p.4. pag.115.* inſtituit, eoque Biatiæ cathedram tranſtulit; tametſi idem Pontifex alio mandavit Diplomate, ut Biatienſi Eccleſiæ ſex, aut octo præeſſent Canonici, ſolatium doloris quo jure angebatur viduata honore muneris, quo diutiſſime perfuncta erat. *D.Martin.Ximen. Jurat. Annal.Eccleſ.Gien.p.207.*

V. Quamobrem Giennenſis Eccleſia perpetuo ſubjecta fuit Toletanæ: ac proinde Innocentius VI. in epiſtola ad Vaſcum tum temporis Toletanum Archiepiſcopum, quam dedit Avenione A. 357. 12. Calendas Septembres Pontificatus ſui anno 5. Joannem Giennenſem Epiſcopum deſignatum eidem commendans: *Quum igitur*, inquit, *ut electus in commiſſa ſibi dictæ Eccleſiæ Giennenſis cura, facilius idem proficere valeat, favor tuus ſibi noſcatur eſſe plurimum opportunus, Fraternitatem tuam rogamus, & monemus, & hortamur; per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eumdem Joannem electum tuum Suffraganeum, ac Eccleſiam ſuam ſibi commiſſam, tibi Metropolitano jure ſubjectam habens: tui favoris præſidio proſequaris.* *Innoc.VI. epiſt. ad Arch.Tolet.* Quare Didacus Ortiz de Stunica licet Hiſpalenſis, præclaras res deſcribens Hiſpalenſis civitatis ſuis in annalibus ad ann. 1290. ſic: *Qual fueſſe el derecho à la Igleſia de Jaen, que es bien notorio ſer la miſma, que la de Baeza; muy dificil es de comprehenderlo.* *D.Didac. Ortiz de Stunic. Annal. Hiſpal.p.140.n.3.* „ Quodnam jus eſſet ad Giennenſem Eccleſiam, „ quam eamdem ac Biatienſem eſſe liquido conſtat, non „ eſt obvium. Ex quibus patet minus quam ab Hiſpalenſi Eccleſia concertationem tum temporis Toletanæ fuiſſe propoſitam. Eadem occaſione Sanctius epiſtolam ſcripſit, cujus non ſatis aperta in Memoriali fit mentio: Quæ, quoniam graves affert cauſas, quibus Rex Sanctius permotus Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Toletanæ cauſam defendendam ſuſcepit, digna mihi eſt viſa ad verbum referri, uti Martinus Ximenes in annalibus Giennæ, & Didacus laudatus in Hiſpalenſibus protulere: ea vero ſic ſe habet:

VI. *Don Sancho, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Toledo, de Leon, de Galicia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jahen, è del Algarve. A vos Don Johan Miguèl, por* *Martin.Ximen. Didacus Ortiz ubi ſupra.*

eſſa miſma gracia electo, y al Cabildo de la Igleſia de Jahen, ſalut, como à aquellos para quien quiero bien, en qui fio. Sepades, que Don Gonzalvo Arzobiſpo de Toledo, y el Cabildo de eſſa miſma Egleſia, ſe me embiaron querellar, è dicen, que Don Garcia Arzobiſpo de Sevilla les mueve pleyto, è los face citar para Burgos, ante jueces del Papa, en razon de la vueſtra Egleſia, y de la de Cordova, diciendo, que ſon en ſu Provincia, & que ſon ſus Sufraganeas. Et ſabedes vos, ò podedes ſaber, que deſpues que Cordova, y Jahen fueron de Chriſtianos, ſiempre fueron Sufraganeas, è entenencia de la Egleſia de Toledo. Cà tan ayna como el Rey Don Ferrando mio Abuelo las priſò, luego las diò al Arzobiſpo Don Rodrigo, y à la Egleſia de Toledo. Et deſpues de eſto ovo Arzobiſpos en Sevilla, tal como el Infante Don Felipe mio Tio, & deſpues de èl, el Arzobiſpo Don Remondo: Et numqua tovieron por guiſado de fablar, nin de mover tal razon. Et maravillome mucho como ſon oſſados de mover tal pleyto como eſte nuevamente. Onde vos ruego, è vos mando, que ſeades con el Arzobiſpo, & con la Egleſia de Toledo en guardar, & en conſejar, & en defender el derecho de la Egleſia de Toledo, aſſi como ſiempre ficieſſes. Et en eſto faredes lo que debedes, & à lo que ſodes tenudos, & yo gradecervoslohe mucho. Cà non es mi voluntad, nin tengo por bien, que ninguno venga contra la donacion, & el ordenamiento, que fizo el Rey Don Ferrando mio Abuelo, nin contra la tenencia, en que es la Egleſia de Toledo de tan luengo tiempo à acà. Cà tengo, que non ſeriè mi onra en ſer minguada en mio tiempo la onra de la Egleſia de Toledo, que yo he tan gran ſabor de levar adelante, & de aguardar, pues ſiempre fue aguardada en el tiempo de los otros Reyes mios Anteceſſores, donde yo vengo. Et por eſto ſeñaladamente vos farè ſiempre mucho bien, & mucha merced à vos, & à vueſtra Egleſia, & vos lo ternè en ſeñalado ſervicio. Dada en Madrit, cinco dias de Deciembre, Era de mil & trecientos veinte & ocho años. Yo Gonzalo Perez Arcidiano de Ubeda la fiz eſcrivir por mandado del Rey. A. Perez. V. Yer òn Falconero. Idem latine redditum: „ Sanctius Dei gratia „ Rex Caſtellæ, Toleti, Legionis, Gallæciæ, Hiſpalis, „ Cordubæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ. Tibi, Joannes „ Michael, eadem gratia Dei electo, & Canonicis Giennenſis Eccleſiæ dilectiſſimis, mihique chariſſimis ſalutem. „ Archiepiſcopus Toletanus, & ipſius Eccleſiæ Canonici nobiſcum per nuncios expoſtulant, quod Garſias Hiſpalenſis

„ ſis Archiepiſcopus ſibi inferat litem, vocetque apud Ju-
„ dices Pontificios pro Eccleſia veſtra, & Cordubenſi, ſua
„ in Provincia eas eſſe jactans, proindeque Suffraganeas Ec-
„ cleſiæ ſuæ. Vos autem noſtis, aut ſaltem noveritis Cor-
„ dubenſem, ac Giennenſem Eccleſias, ex quo in liberta-
„ tem aſſertæ Chriſtianis redditæ ſunt, Suffraganeas ſemper
„ ac Toletanæ ſubjectas fuiſſe: ſiquidem quum primum
„ Ferdinandus Rex noſter avus ſuam in poteſtatem illas re-
„ degit, Rhoderico ſtatim Toletano Archiepiſcopo, & Ec-
„ cleſiæ ipſius ſubjecit. Succedente tempore qui fuerunt Ar-
„ chiepiſcopi Hiſpalenſes, ut Patruus meus Philippus Prin-
„ ceps, ejuſque Succeſſor Raymundus pro æquitate facturos
„ ſe nunquam ſunt rati, ſi ejuſmodi contentionem moverent:
„ neque admirari non poſſumus id recenter factum eſſe.
„ Quare vos oro, atque inſuper mando, ut cum Archiepi-
„ ſcopo, & Eccleſia Toletana unanimes tueamini, ſervetis,
„ ac defendatis jus Toletanæ Eccleſiæ, quemadmodum ad
„ hæc uſque tempora per vos actum fuit; ſic officio veſtro
„ functi eritis, beneque de me meriti. Non enim voluerim,
„ probaverimque fraudem fieri donationi, atque ordinatio-
„ ni Avi mei Ferdinandi Regis, aut Eccleſiæ Toletanæ
„ præeminentiæ, qua ipſa antiquiſſimis ab temporibus præ-
„ fulget. Neque enim ex dignitate, arbitror, facerem, ſi
„ Toletanæ honorem Eccleſiæ paterer violari, quem extol-
„ lere, tuerique ſummopere aveo, ne a Majorum meorum
„ Regum exemplis videar diſceſſiſſe. Ob id potiſſimum
„ vos, veſtramque Eccleſiam quam maximis fas erit com-
„ modis, ac muneribus cumulabo. Datum Matriti 6. Idus
„ Decembres Æræ noſtræ 1328. Ego Gundiſalvus Perez Ar-
„ chidiaconus Ubedæ Rege jubente curavi ut ſcriptis man-
„ daretur. A. Perez. V. &c.

VII. Hinc aperte conjicitur quanto jure Gundiſalvus detrectaverit litem: etenim quod ad Giennenſem Epiſcopatum ſpectat, nulla extitit æqua cauſa, cur Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Toletanæ Garſias Hiſpalenſis Archiepiſcopus auferre jus illud conaretur, quo in Eccleſiam Biatiæ ab antiquiſſimis temporibus utebatur; cujus ſedem ad Giennam eſſe tranſlatam, ubi erat tunc temporis, demonſtravimus. Huc jura poſſeſſionis accedunt in Giennam, & Cordubam, de qua Hiſpalenſium Archiepiſcoporum antea nullus Toleta-

num deturbare molitus erat, uti præ cæteris Philippus Princeps D. Ferdinandi filius, quem pater minime eſſet paſſus illis orbari Eccleſiis, quæ Memoriali teſte ad Metropolim Hiſpalenſem ſpectabant ex Apoſtolicis ſanctionibus. Quod e Regis Sanctii verbis conjeci, peculiari Pontificis Summi reſcripto S. Rex Ferdinandus obtinuit, ut Giennenſis, ac Cordubenſis Eccleſiæ Suffraganeæ permanerent Toletanæ. Quum interea Cordubenſis Eccleſia nequaquam Suffraganea eſſe poſſet Hiſpalenſis; ideo neque Philippus Princeps, neque tot præſtantiſſimi, qui eum ſequuti ſunt Hiſpalenſes Archiepiſcopi Cordubam Hiſpali reſtituere moliti ſunt. Ex quibus evidens, apertumque fit, Divum Regem Ferdinandum utramque Eccleſiam, vixdum in libertatem aſſeruit, Archiepiſcopo Roderico, ac Toletanæ Metropoli ſubjeciſſe.

VIII. Sub finem pag. 388. Memoriale pergens dicere
Mem.p.388. in Toletanam Eccleſiam, Regeſque Catholicos: *Eſte*, inquit, *ha ſido ſiempre el verdadero fundamento de Toledo*: *Conviene à ſaber, la Real Autoridad declarada por eſta Santa Igleſia, y ſus Prelados, aviendo los Señores Reyes hecho cauſa ſuya la de Toledo.* „ Toletana Eccleſia hoc ſemper nixa fundamento eſt, Re„ gia nempe auctoritate, quam tum ipſa, tum ejus Præſu„ les jactant, namque ipſius Eccleſiæ cauſam Reges fece„ runt ſuam. Quod quam injurium Eccleſiæ ſit, Regibuſque Catholicis nemo non videt, utpote quos Eccleſiaſticæ cauſæ patrocinantes prædicat, præter eorumdem auctoritatem, nullo munitæ præſidio. At enimvero quiſnam auſus unquam erit citra perduellionis crimen, imaginari, non enim dicam aſſerere, quod tot, tantique Reges, qui ab Urbe Toleto vindicata Hiſpaniam moderati ſunt, ejuſmodi ſuſceperint cauſam defendendam, graviſſimorum neglectis virorum conſiliis, qui pro ingenio, ſcientia, prudentia rem prius totam cognoſcerent, indeque Majeſtatem Regum docerent, oculiſque ipſorum ſubjicerent, quibus Toletanæ Sedis æquiſſima cauſa rationibus fulciretur? Ita ſcilicet per ſummum ſcelus incauti, audaces, imprudentes Reges omnes accuſarentur.

IX. Luce igitur ipſa clarius eſt, gratiam qua Reges nullo non tempore Toletanam Eccleſiam proſequuti ſunt, a prudentiſſimo profectam conſilio eſſe, ac firmiſſimis id niti fundamentis, quod cauſam illius Eccleſiæ fecerint ſuam.

Quæ

Quæ porro fundamenta ſicuti gratiam præiverunt, ita etiam in Toletanam Eccleſiam, Præſuleſque ipſius perpetuo duraturam pollicentur. Quumque Reges omnes Catholici tuiti illam ſint, ſuoque ipſorum favore proſequi non ſint dedignati, dubitandi locus non remanet, quin futuri Reges pari erga illam benignitate ſint uſuri. Quapropter non admirari homines non poterunt audientes leviſſimis hærere fundamentis cauſam, quam Reges omnes tuiti ſunt. Et, ſi Memoriali teſte: *La voluntad de los Principes puede mudarſe, quando no eſta afianzada en la juſticia de la cauſa.* „ Voluntas Prin- Mem.p.390.p.3. §.4.n.72.
„ cipum mutatur, quum æquitati cauſæ non hæret, ideoque, ait, Chriſtianiſſimi Galliarum Reges licet Eccleſiæ Lugdunenſis Primatum jamdiu defenderint, ab ea mox diſceſſerunt ſententia; omni proculdubio Reges Catholici, qua fuerunt conſtantia in aſſerendo Eccleſiæ Toletanæ Primatu, eâ cauſæ magis æquitati, quam voluntati morem geſſiſſe dicendi erunt.

X. Alia etiam occurrunt tum Regibus Hiſpaniarum, tum Pontificibus Summis minus convenientia. Pag. 384. haud ita multo poſt principium incongrue, atque indecore loquitur de Sanctio Quarto, qui cognomento fortis fuit Mem.p.384. appellatus. Superiori dixerat pagina, Sanctium affirmaſſe, quod Ferdinandus Rex ejus Avus vixdum Giennam, & Cordubam recepit, earum Eccleſias Roderico Archiepiſcopo, & Eccleſiæ Toletanæ ſubjecerat: verba Regis protulimus numero ſexto, ubi epiſtolam ipſius integram exhibuimus. Quæ autem ſpectant ad rem noſtram, ejuſmodi ſunt: *Cà tan ayna, como el Rey Don Ferrando mio Abuelo las priſò; luego las diò al Arzobiſpo Don Rodrigo, y à la Igleſia de Toledo.* „ Quumprimum Ferdinandus Rex noſter Avus ſuam in „ poteſtatem illas (Cordubenſem, & Giennenſem Eccleſias) „ redegit, Rhoderico ſtatim Toletano Archiepiſcopo, & Eccleſiæ ipſius ſubjecit.

XI. Id vero negat Eccleſia Hiſpalenſis loco ſuperius allato, affirmans Cordubam, Giennamque Pontificum Decretis Toletanæ ſubjectas Eccleſiæ fuiſſe, antequam Hiſpalis inſtauraretur, deinde addens: *No por la diſpoſicion de el Santo Rey Don Fernando, como dice ſu Nieto en la citada carta, cuya clauſula no ſe conforma con las diſpoſiciones Ecleſiaſticas, y Canonicas.* „ Non ex S. Ferdinandi Regis diplomate, ut nepos

„ ejus affirmat laudata in epiſtola, cujus clauſula non con-
„ venit cum Eccleſiaſticis, Canoniciſque ſanctionibus. Genus id loquendi inofficioſum videtur erga Regiam Majeſtatem; etenim rem non eſſe, uti Rex ait, aſſerere, perinde eſt, quaſi mendacii Regem palam arguere, quod nullo pacto excuſari poteſt. Fuerit enim minus vera, minuſque legitima Regis ſententia: dici poterat: *Hac in re falli Rex videtur*, ſive, *verbis utitur ambiguis*; aut denique, *rem ille totam non tenuit*. Publicis autem ſcriptis conſignata audaciſſima illa verba: *Minime eſt ita, ut Rex affirmat*, nunquam adducar ut credam ab Eccleſia Hiſpalenſi profecta eſſe, quippe quæ debita erga Regem officia non ignorat.

XII. Verum enimvero quid? Nonne & Rex Alphonſus Sapiens in ipſam eamdemque ſententiam dedit literas ad Hiſpalenſes nobiliſſimos cives Valliſoleto 5. Calendas Martias 1314. Æræ noſtræ, nempe anno Chriſti 1276.? Hiſce in literis, quas in Hiſpalenſis Eccleſiæ Archivo ſervari teſtatur Didacus Ortiz in annalibus ampliſſimæ illius Urbis, ubi quæ afferam viſendi copia erit, Sapiens Rex ait: *Bien debedes ſaber, que la Igleſia de Sevilla, que mio Padre, y yo gañamos, y la hizimos Cathedral.* „ Noſſe oportet, quod Hiſpa-
„ lenſis Eccleſia, quam ipſe, meuſque Pater adepti ſumus,
„ & Cathedralem inſtituimus, &c. Regem ſane imprudentem! Non enim aſſequutus id fuit, quod tandem a Memoriali docetur „ hanc nempe clauſulam cum Eccleſiaſticis, Ca-
„ noniciſque ſanctionibus non convenire. *Eſta clauſula no ſe conforma con las diſpoſiciones Ecleſiaſticas, y Canonicas.* Re quidem certa, ſi Regis hujuſce verba eo ſenſu accipienda eſſent, quo Sanctii filii Eccleſia Hiſpalenſis accepit, pro eo ut Sapiens appellari poſſet, inſcientiſſimus rerum ab omnibus haberetur. Equidem pro certo habeo quidquid ipſe aſſerit, ſecum alios eſſe omnes dicturos, ubi memorare oporteat Ill. D. Aloyſium Salcetum Hiſpalenſem Archiepiſcopum renunciatum, ſeu præſentatum a Rege, (neque tamen Eccleſiaſticis, Canoniciſque Sanctionibus quid contrarium ſentirent) Rex fecit Archiepiſcopum Hiſpalenſem D. Aloyſium Salcetum.

Didac. Ortiz. de Zun. Annal. Hiſp. 1726. p. 112. n. 1.

XIII. Quum igitur dicta Principum reputari oporteat prudenter adeo, adeoque ſapienter effata, ut nihil apprime ſibimet minus conveniens includant; negari idcirco non po-

poteſt utramque propoſitionem legitimo, & Catholico ſenſu intelligendam eſſe, Reges nempe haud ſeculari qua pollent auctoritate Eccleſias erigere, ac renunciare Antiſtites, verum qua ſunt auctoritate juxta id quod Apoſtolicæ Sedi expreſſerint, à Summis Pontificibus id conſequi, tum ut Epiſcopi Suffraganei fiant Metropolitæ, licet ante non fuerint, tum etiam ut Eccleſias ipſi antiquas inſtaurent, recentes conſtituant. De hoc ſuſpicio nulla meo in animo ſuboriri poteſt, ſicuti, arbitror, nec in prudentis alicujus viri: ut, ſi forte S. Regi Ferdinando veniſſet in mentem Cordubenſis Eccleſiæ Metropolitanæ inſtitutæ Suffraganeam declarare Hiſpalenſem, conſequi id valuiſſet, haud Regia uſus auctoritate, ut conſilium permutationis ejuſmodi expleret, nam Pontifex ejuſdem precibus motus tanti Regis voluntati adhæſiſſet, qui de Eccleſia tam bene erat meritus.

XIV. Ecquid? Nonne multis id factum fuit in Hiſpaniarum Eccleſiis? Cur Emeritæ ſedes auctoritaſque omnis ablata Compoſtellam transfertur? Cur ſedes Illiberis, quæ Suffraganea erat Hiſpalenſis, Granatam translata Metropolis declaratur? Cur ſedes Aucæ, quæ Tarraconenſi ſubjiciebatur, Burgos tranſvehitur, fitque Metropolis? Cur Valentiæ Eccleſia Toleti jam Suffraganea, nunc Metropolis facta? Cur vetuſtiſſima Biatiæ Eccleſia ad Giennam translata? Cur denique nulla Hiſpaniarum Metropolis quos ante Barbarorum illuviem Suffraganeos habuit, noſtra hac tempeſtate iis non præeſt? Niſi quia Reges, quum aliud expedire cenſuerint, eas ob cauſas, quarum compotes Romanos fecerunt Pontifices, iidemque cauſas ejuſmodi comprobarunt, translationes illas, quâ amplificando, quâ minuendo effecerunt? Hanc porro eſſe propoſitionis Regis utriuſque, Alphonſi Sapientis, & Sanctii Quarti ejus filii ſententiam intelligo.

XV. Sic profecto jam ſenſeram virtute id ſingulari perſuadente tum Catholici, ac Religioſiſſimi Regis Ferdinandi, tum filii ejus Alphonſi ſapientiſſimi viri; quum meas venit ad manus monumentum eruditionis plenum de quadam controverſia ſuper Decimis pro uno ex Canonicis Hiſpalenſibus. Hic monumento præfigitur titulus. *Diſcurſus hiſtoricus, in quo per rerum geſtarum ſeriem demonſtratur S. Regem Ferdinandum III. & Alphonſum X. cognomento Sapientem illius*

illius filium, eorumque Prædeceſſores, Caſtellæ, & Legionis Reges habuiſſe jus diſponendi de Decimis terrarum, quas e Saracenorum manibus recuperabant. Carent quidem numeris paginæ, ſed duabus & viginti conſtat, quarum prima imaginem præfert S. Regis. In duodeviginti dividitur numeros, ſuumque habet proœmium. Editum fuit Neapoli A. 1681. Superiorum permiſſu. In calce eſt ſubſcriptio Rhoderici de Quintanilla, Archidiaconi Xeræ, dignitatis, & Canonici Metropolis Hiſpalenſis. J. U. D.

XVI. Monumentum iſtud non dubito, quin graviſſimæ in ejus Eccleſiæ Archivo locum occupet aſſervando eidem aptiſſimum, exhibendo item paratiſſimum; quippe res eſt de jure ipſius, deque negotio tanti momenti, cujuſmodi ſunt Decimæ. Huc accedunt rerum pondus, atque eruditio, necnon documenta inſtitutum auctoris probantia, præterea partus ingenii eſt viri præſtantiſſimi, cui Canonicorum inter Hiſpalenſium Primores virtutis ornamenta locum digniſſimum compararunt, luce autem publica donandi illud potiſſima ea ratio fuit, ut ſententiæ a Sacra Rota prolatæ in Eccleſiam Hiſpalenſem fieret ſatis, qua damnabatur in controverſia cum Cartuſianis PP. & Collegiata Eccleſia de Olivares. At vero e Canonicis nullus id novit, ſi Memoriali ſit fides tradenti, Cordubenſem, & Giennenſem Eccleſias Toletanæ ſubjectas non fuiſſe ex S. Regis Ferdinandi donatione, ut Sanctius ejus nepos affirmat, cujus propoſitio cum Canonicis Sanctionibus nequaquam convenit. Neminem quippe latere poterat propoſitionem laudatam auctoritati reſpondere illi, qua magni ii Reges uſi ſunt; Gothi enim Reges Catholici, corumque Succeſſores Caſtellæ, ac Legionis ad uſque S. Regem, & Alphonſum Sapientem nomine ipſius filium, vel Apoſtolica Sede id ferente, quæ nunquam contradixit, *vel, ut facilius credi poteſt, ejuſdem ſedis ſpeciali privilegio præeunte*, multas exercuerunt actiones ad ſolam Eccleſiaſticam juriſdictionem ſpectantes, cujuſmodi ſunt præſertim novas condere Eccleſias, ac veteres antiquare. *Quintanil. diſc.cit. n.5. in fine.*

XVII. Quamquam vero quæ attulimus verba Regem Reccaredum reſpiciunt, quum comprobavit, mandavitque ut Toletana Synodus cogeretur; numero tamen ſexto hæc ſequuntur: *Et ſane non aliter quam Apoſtolico privilegio hæc, & alia* *Idem n. 6.*

alia ſimilia Regum geſta, concernentia jurisdictionem Eccleſiaſticam manaſſe, ſuadet continuatus uſus eorumdem... Novas ſedes erigendi, erectas transferendi, Diœceſium fines ſtatuendi. Quod roborare pergit variis allatis tum Regum Gothorum exemplis, tum Legionis, & Caſtellæ uſque ad Ferdinandum, filiumque hujus Alphonſum. Itaque ne latum quidem unguem ab jure Canonico diſtare videntur quæ filius, & nepos S. Regis Ferdinandi ſunt loquuti: ſiquidem pro jure illo condendi, ac transferendi Eccleſias, Toleti Suffraganeum facere Cordubenſem Epiſcopum, & Hiſpalenſem Eccleſiam conſtituere Metropolim potuerunt; quæ ab ipſis effecta cum Canonicis, atque Eccleſiaſticis Sanctionibus mirum in modum conveniunt.

XVIII. Aliud demum occurrit pag. 37. num. 61. maxime contumelioſum Honorio III. Pontifici Summo; proferam ipſa ejus verba: *Don Rodrigo Ximenez Arzobiſpo de Toledo, comenzò à temer à Sevilla, aun antes de reſtaurarſe, pues profetizando ſu cercana reſurreccion* (optimum ſane Prophetam! qui nulla præeunte id ſuſpicandi prudenti ratione ante annos triginta, quæ futura erant prævidit,) *en el año de* 1218. *que fue el primero de el Reynado de ſu Conquiſtador San Fernando, impetrò un Breve de Honorio III. en el qual el dicho Pontifice de motu proprio, como èl dice, pero à la verdad, por las inſtancias de el Prelado, dice, ordena, y manda, que luego que Sevilla ſea conquiſtada, ſu Igleſia, y Prelados ayan de reconocer al de Toledo por ſu Primado.* „ Rhodericus Ximenes Tole- Mem. pag. 379.
„ tanus Archiepiſcopus ab Hiſpali cœpit timere, prius etiam
„ quam inſtauraretur, tum quum proxime futuram illius
„ reſtitutionem præſagiens, anno 1218. primo ſcilicet Re-
„ gni aſſertoris ejus maximi D. Ferdinandi, ab Honorio III.
„ impetravit diploma, quo ipſe Pontifex motu proprio, ut
„ ait, re autem vera motus precibus Archiepiſcopi, jubet,
„ decernit, mandat, ut quumprimum aſſerta in libertatem
„ fuerit Hiſpalenſis Eccleſia, tum ipſa, tum ejus Præſules
„ Toletanum Primatem agnoſcant. Diploma ipſum altera in operis parte expendendum erit, nunc vero inexcuſabilis attendenda injuria eſt, quam Honorio infert Memoriale.

XIX. Pontifex affirmat conditum a ſe diploma *motu proprio*; Memoriale autem negat motu id proprio factum eſſe. Quinam perſpicue magis mendacii Pontifex accuſa-

tur? Ecquid autem magis injurium objici eidem poteſt, quam mendacii nota? Supremi Principis dictis fidem integram adhibendam eſſe Canonum, Juriſque periti recentiores teſtantur. Adeantur Em. de Luca agens de Feudis, & Larræa Allegationum Fiſcalium volumine primo; ubi expreſſe conſtat de Summo Pontifice ex Clement. I. de Probat. Quare ut laudatus Larræa prudentiſſime judicat, *Inſtar ſacrilegii eſt de Principis aſſertione dubitare*. Quid vero erit apertiſſime, omnique procul officio, atque obſequio aſſerere, haud factum eſſe motu proprio quod ipſe Pontifex profitetur motu proprio ſe feciſſe, dum a ſola ipſius voluntate pendet fieri, necne motu proprio? Judicium ſane eſt præceps, alioque id nomine appellarem, at vereor, ne arguens ipſe reprehendar. Quod licet, ingenue fatear, mente aſſequi me non poſſe, quo pacto excuſari valeat contumelia hæc in Pontificem Honorium conjecta.

Card. Luc. tom. 5. diſc. 5. n. 19. & diſc. 104. n. 14.

Larr. tom. 1. de Alleg. Fiſc. Alleg. 6. n. 1. & ſeqq.

XX. Neque vero id mihi primò eſt animadverſum: multo enim ante animadverterat Doctor eximius, cujus verba majorem etiam mihi oſtendunt Memorialis audaciam. Audiamus; plurimum quippe ad rem noſtram faciunt. De reſcriptis ille Apoſtolicis loquens: *Quando*, ait, *eſt clauſula*, motu proprio, *non admittitur pars ad probandum contrarium: quia eſſet arguere Pontificem de mendacio*. Quare abolenda nobis videtur propoſitio iſta ex libro, qui præſtantiſſimæ, ac graviſſimæ adſcribitur Eccleſiæ. De his autem alibi diſceptabimus.

P. Suar. tom. de leg. l. 8. cap. 12.

CA-

CAPUT X.

ANIMADV. EADEM.

Memoriale ſuſpicionem movet omnino abhorrentem ab Hiſpanorum pietate; & Nationis honori contrariam.

SUMMA CAPITIS.

I. II. III. *Memoriale in dubium revocat B. M. V. deſcenſum e Cælo, quum S. Ildephonſum donavit caſula:*
IV. *Verba ipſa Memorialis.*
V. *In veteri Teſtamento Angelus apparere conſuevit a Deo miſſus: in novo autem Chriſtum ac Beatiſſimam Virginem poſſe realiter apparere ſanctis ſuis negari non poteſt.*
VI. *Chriſtus apparuit D. Petro, itemque Saulo, quando eum convertit.*
VII. *Thomiſtarum & Scotiſtarum diverſa opinio de præſentia circumſcriptiva.*
VIII. *Auctoritas P. Suarez hac de re.*
IX. *Duplex objectio a Theologiæ candidatis fieri poſſet.*
X. *Reſpondetur utrique.*
XI. *His poſitis adſtruitur B. M. V. deſcenſus Toletum.*
XII. *Hac voce* Deſcenſus *intelligi debet Phiſica, realiſque præſentia.*
XIII. uſque ad XVIII. *Auctoritate Hiſtoriographorum idem B. V. deſcenſus roboratur.*
XVIII. uſque ad XXIII. *Theologorum auctoritate idem evincitur.*
XXIII. XXIV. XXV. *Monumentis ſolidatur.*
XXVI. uſque ad XXX. *Sanctorum oraculis confirmatur.*
XXX. uſque ad XXXIV. *Concilia, & Traditiones idem comprobant.*
XXXV. *Refellitur Memorialis locus, ubi in dubium revocat certiſſimum hujus deſcenſionis miraculum.*
XXXVI. *Lapis SS. V. Mariæ veſtigiis ſignatus indubiam rei facit fidem.*
XXXVII. *De tanto miraculo impune dubitare non licet.*

I. SI Eccleſia Hiſpalenſis conſideraſſet quam multa is habet libellu s a magnitudine, conſilio, prudentia, quibus ipſa præfulget, abhorrentia, ſub ipſius nomine inſcribi paſſa non eſſet. Si vero non pauciora perlegiſſet a Catholica pietate, & Hiſpanæ gentis æſtimatione alieniſſima, omni proculdubio tamquam inclytæ adverſantem pietati, maximeque Religioni damnaſſet. Quum ſibi ultro quis

 ar-

arrogat præſtandum aliquid muneris, tam inſani, tam vehementis inſtar eſt vitii, ut mentis aciem retundat, ne illa veritas elucefcat, quam pia ſuadet ratio; contra vero perſpicaciores oculos reddit, quo difficultas voluntati ſit obvia, quam intellectus celatur. Id unum molitur, ut fraudem ſacratioribus ſaciat rebus per ſummum neſas, quodque pietas credendum ſuadet, in dubium revocet. Haudquaquam expendit quæ maxime, quæve minimum ſuo inſtituto conveniant; totas animi vires intendit ad rem propoſitam deprimendam, cujus excellentiam nec vult fateri, nec ferre. Hæc deteſtabilis vitii conditio eſt; quo magnanimi, Summique Principis mentem fœdari poſſe incredibile eſt.

II. Ea propter magnanimitatem, atque excellentiam tanti Principis religione, ac pietate præſtantiſſimi (cujuſmodi Eccleſiam Hiſpalenſem conſidero) a vitio iſto abhorrere ſum ratus; idemque dictum velim de nobilitate, virtute, conſilio, ſapientia cujuſcumque e Canonicis Hiſpalenſibus: quos iiſdem dotibus ingenue fateor nullo non tempore ornatos fuiſſe. Cæterum quum neceſſe habeam id vitium exprimere, ut inde animadverſio palam ſit, præſtabo id quidem, invidiam tamen omnem atque iram, quantum in me erit, vitabo. Graviſſima igitur illa noxa detegitur Mem. pag. 337. ubi Memoriale tela ſua contorquens in rem, quam omnium maxime veneratur, deque ea ingenti tenetur ſollicitudine Toletana Eccleſia, cæteris dignitatibus, honoribuſque poſthabitis; utpote cujus honore ſummo ac præſtantiſſimo nihil habet antiquius Hiſpania tota, tela inquam ſua illò contorquens, turbare conatur pacificam poſſeſſionem, traditionemque immemorabilem atque conſtantem in Hiſpaniis, permanente, ac perſpicuo SS. Virginis Mariæ deſcendentis teſtimonio, quum devotiſſimum ſibi ſuoque præfectum ſacello D. Ildephonſum Caſula donavit, beneficium certe ſingulare, qua eſt infinita benignitate, in Archiepiſcopum conferens, necnon in Toletanam Eccleſiam, & civitatem, denique in totas Hiſpanias: namque e Cælo ipſamet immortalis jam, atque glorioſa deſcendit non ſecus atque olim vivens mortalem hanc vitam, Cæſarauguſtam venire non fuit dedignata.

III. Refert citato loco, quod Archiepiſcopus Rhoderi-

ricus in Synodo Lateranenſi I V. coram Innocentio I I I. Pontifice contra Compoſtellanum Archiepiſcopum allegavit, *que la Madre de Dios ſantificò ſu Templo* (Toletanum) *con ſu preſencia*. „ Templum ſuum a Deipara ſanctificatum eſſe „ præſentia ſua. Poſtmodo in dubium revocat, ac negare contendit ſingularem eam gratiam, quam Auctores omnes conſtanter tenent, neque de illa citra temeritatem dubitare quis poteſt. Enimvero ſi chriſtiana pietas antiquiſſima traditione firmata, vetuſtiſſimis item monumentis teſtata, ſpontaneæ callidi alicujus ingenii ſubtilitati eſſet obnoxia, quidquid de divina gratia pie creditur, deque Sanctorum miraculis, facili negotio vocaretur in dubium, nec diu eſſet, quum maximo pietatis chriſtianæ detrimento negaretur.

IV. Operæ pretium erit ipſius ſententiam exhibere, ut perſpicuum fiat, quam cupide enitatur turbare conſtantem adeo traditionem gratiæ cæterarum facile principis quam Hiſpaniæ noſtræ Deipara largita eſt, per ſe ipſa deſcendens ad ſibi devinctiſſimum Ildephonſum. En Memorialis verba: *Supuſo eſte Prelado, que la Madre de Dios baxò en perſona à aquel Templo para eſta funcion* (ut S. Ildephonſo daret caſulam) *en lo qual no convienen facilmente los Theologos, y los Santos, y en que ſemejantes apariciones ſe executen con la Real preſencia de las perſonas, que en eſtos caſos ſe dicen aparecerſe: como entre todos los que eſta materia la deſmenuzan, lo notò el Cardenal Bona en ſu tratado de Diſcretione Spirituum capite* 18. *y* 19. Eadem ſingillatim verſa: „ Poſuit hic Præſul, Deiparam per ſe ad Templum illud deſcendiſſe ob eam cauſam, qua in re non facile Theologi, & Sancti conveniunt; ſimiliterque in eo, ut ejuſmodi apparitiones fiant per realem perſonarum præſentiam, quæ dicuntur eo caſu apparere; quemadmodum præ iis qui materiam hanc terunt, Card. Bona adnotavit ſuo in tractatu de Diſcretione ſpirituum cap. 18. & 19. Sic Memoriale.

V. Non omnes apparitiones reali perſonarum præſentia fieri ne Theologiæ quidem initiatos præterit. Qui autem Sacrorum Bibliorum ſenſum aſſequi conatus erit, norit Sacrorum Interpretum opinione non Divinam Majeſtatem, ſed ejus nomine Angelum in veteri Teſtamento apparere conſueviſſe, quidquid ſacræ paginæ frequenter habeant, Deum ipſum Prophetas allocutum. Qua de re ſicut du-

bitare eſſet nefas, ita novo in Teſtamento, poſteaquam Chriſtus humana induit ſpolia, reverſuſque in Cælum eſt, impune dubitare quis poteſt, quin & ipſe Salvator, & ipſius Beatiſſima Mater Virgo Maria, reali ac phiſica præſentia queant Sanctis apparere, quibus Divinæ placuit voluntati tantam viventibus inter humanos gratiam elargiri?

VI. Quamquam id eſſe factum certiſſime affirmari vix poſſit; nihilominus unanimi ferme conſenſu Patres, ac Theologi Principi Apoſtolorum Petro id divinitus beneficium obtigiſſe tenent, quando ab Urbe Roma diſcedenti Chriſtus in ſuburbano fuit obvius, dixitque crucifigendum ſe iterum Romam petere, quare Apoſtolus ut Magiſtri exemplo hæreret, retroceſſit. Teſtatiſſimum quam multis exemplis eſt de D. Paulo: id vero præ cæteris, quum voce ipſum ad ſe convertit, & ſplendore viſum eripuit. De hac re cupidus Lector eximium Doctorem Suarez conſulat, qui firmiſſimis argumentis, multaque eruditione, ut ſolet, de ea diſputat.

Suarez tom. 2. in 3. part. diſp. 51. ſect. 4.

VII. Ut res magis eluceat, ponendum, Catholicos inter Doctores duplicem agitari ſententiam, utramque probabilem, ſuper hoc; ſi nempe corpus uno eodemque tempore duos occupare locos valeat præſentia phiſica, quæ ſcholaſticis circumſcriptiva dicitur. Thomiſtæ id quidem repugnare aſſerunt. Scotiſtæ autem, quos Venerab. Societas ſequitur hac in re, miraculum hoc minime rapugnans eſſe contendunt. Quamobrem ex utriuſque Scholæ ſententia fieri certe poteſt, ut Dominus Jeſus Chriſtus, ejuſque Sanctiſſima Mater reali ac phiſica præſentia in terris appareant: etenim e Cæli ſede, ubi Thronum ſtabilem, atque perpetuum habent, nequaquam diſcedentes, per ſe ipſi ſervos obſequentiſſimos, ac devinctiſſimos viſere facile poſſunt.

VIII. Ea propter laudatus Doctor jure quidem ac merito dixit: *Si autem hoc eſt poſſibile, facilius explicantur omnia Scripturæ teſtimonia, aſſerendo ita factum eſſe. Et ad majorem Chriſti Majeſtatem, & auctoritatem ſpectat, ut ſuo loco, & ſede Regia non recedat; & tamen benignitatis, & charitatis ergo interdum amicos inviſat, & ſua præſentia reficiat.* Si autem contraria opinio certa eſſet, nec Deipara, nec Chriſtus per ſe apparere poſſent, naturali circumſcriptiva præſentia in Cælo permanentes. Quod ſicui abſurdum videatur, Cardinalis

Ibidem §. tertius mod.

Ca-

Cajetanus Angelico cum Doctore, (uti Suarez idem monet loco citato) Chriſtum quandoque in terris apparuiſſe ajens, conſulendus eſt.

IX. Sicui inquam videtur abſurdum, mihi enim non ita. Theologus aliquis Tiro duplici via in eam venire opinionem poſſet: ſeu ex parte eorum, qui e Cælo in terram deſcendunt; ſive ex parte Beatorum in Cælorum ſedibus permanentium. Quod ad primos pertinet: ſi unà cum Cæleſti ſede gloriam ſimul aliqua ex parte amitterent, qua potiuntur: hoc vero ne Theologiæ quidem initiatus objiceret. Angeli, quibus hominum cura divinitus commiſſa fuit, minime commorantur in Cælis, at noſtro ſemper lateri adhærent in terris; qui tamen beatitudinis dulcedine haud carent. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris, qui in Cælis eſt*. Quid enim gloriæ felicitati obeſt diſtantia vel maxima? Redemtor noſter Chriſtus a momento conceptionis ſuæ trium & triginta annorum ſpatio ſuæ peregrinationis perinde beatus fuit, atque modo glorioſus, & triumphator in Cælis. *Matth. cap. 18.*

X. Sed ne objici quidem poteſt quòd ad alteros pertinet. In eo enim gloria omnis Sanctorum ſita eſt, qui in ampliſſima Cælorum Regione commorantur, ut Divinam contemplentur eſſentiam una cum perfectionibus infinitis, quas ipſa comprehendit, atque immenſam diligant Dei bonitatem. At vero ſit licet accidentalis, ſeu integralis pars gloriæ ſanctiſſimam quoque humanitatem Chriſti Redemtoris noſtri, & ſanctiſſimæ ipſius Parentis dignitatem cernere, ſcilicet ſancti eas cernerent etiamſi e Cælis abeſſent: nam Stephanus e terra vidit Cælos apertos, & ſupra Empyrei ſedem Chriſti Redemtoris Majeſtatem ſuſpexit: Quare poſſent Beati e Cæli regione Chriſtum, atque Deiparam in terris aſpicere, atque ita eſſentialem illam gloriam, qua modo perfruuntur, accidentalem, ſeu integralem ſervare.

XI. Quibus poſitis, id tantum revocari in dubium poſſet, utrum phiſice ac realiter Virgo Sanctiſſima ſingulari beneficentia Toletum per ſe ipſa e Cælis venerit, ut propriis indueret manibus pretioſa caſula Ildephonſum. Quam ipſi dubitationem argumentis adeo firmis diluere meditamur, quæ pudore offundant ejus frontem, qui ſibi id tantum proponens, ut ſplendori Toletanæ Eccleſiæ nævos appingat, aut negat, aut in dubium revocat Deiparæ largita-

tatem, maximum Hiſpanienſium pietati, ac præcipuæ noſtræ gentis gloriæ inferens detrimentum. Quæ afferam argumenta, præbent Hiſtoriæ Scriptores graviſſimi, inſignes Theologi, Sancti doctiſſimi, monumenta ſacra, venerabilia Concilia, Traditiones vetuſtiſſimæ. Antequam ejuſmodi argumentorum præſidio rem doceo, neceſſe eſt ut moneam id de quo dubitari non poteſt, nempe *oculis cernere* perinde eſſe, ac realem, & phiſicam objecti præſentiam videre; enimvero tametſi ea vox *cernere* ad intellectualem & imaginariam viſionem extendi etiam poſſit, quum tamen eidem voci *cernere* alia vox additur, *oculis*, tum ambæ illæ viſiones excipiuntur, & corporalis duntaxat remanet.

XII. Id etiam eſt certum, dici haud poſſe Chriſtus, & Sanctiſſima Virgo e Cælis in terram venire aut deſcendere, niſi realiter & per ſe ipſa utriuſque Majeſtas appareret. Ratio eſt obvia: nam proculdubio ſignificantior eſt vox *Deſcenſus*, quam *Apparitio*. Quod inter utramque diſcrimen inde oriri poteſt; ex varia nempe ſignificatione, & objecto per utramque ſignificato. Revera vox *Aſcenſus* phiſicam, realemque præſentiam ſignificat in loco, unde aſcendit perſona de qua prædicatur *Aſcenſus*. Ac proinde *Deſcenſus* phiſicam realemque ſignificabit perſonæ præſentiam quæ deſcendere dicitur.

XIII. Exhibeamus jamvero argumenta, quæ ſumus polliciti. R. P. Petrus Ribadineira primo in ſui operis volumine, quod flos Sanctorum inſcribitur, tam ad vigeſimam tertiam diem Januarii in vita S. Ildephonſi, quam ad vigeſimam quartam in ſolennitate B. M. V. de pace tota Toletana Diœceſi celeberrima luculentiſſime deſcenſionem tradit SS. Virginis, ſic ajens: *En la Ciudad, y Arzobiſpado de Toledo, ſe celebra una fieſta, que es propria ſuya, y ſe llama la Deſcenſion de Nueſtra Señora. Por aquel favor incomparable, y ſingular beneficio, que hizo Dios nueſtro Señor à la Santa Igleſia, y Ciudad de Toledo, quando la Sacratiſſima Virgen Maria ſu Madre, y Reyna nueſtra, à los diez y ocho di Diciembre, el dia en que en la miſma Ciudad ſe hacia la Fieſta de ſu glorioſa Anunciacion, baxò de el Cielo acompañada de inumerables Angeles, y Virgines, y con immenſa claridad illuſtrò el Templo de Toledo, y puſo ſus ſagrados pies en el ſuelo, y ſe aſſentò en la Cathedra de donde San Ildephonſo ſolia predicar, y viſtiò al ſanto Prelado con una*

P. Pet. Ribad. Flos Sanct. 23. & 24. Januar.

una Caſulla labrada por manos de Angeles. Quæ nobis ita ſonant: „ In Urbe, ac Diœceſi Toletana ſolennitas celebra„ tur eidem propria quæ dicitur S. Mariæ deſcenſio; in„ ſigne illud ob beneficium, quo Dominus noſter Jeſus Chri„ ſtus Eccleſiam, Urbemque Toletanam proſequutus fuit, „ quum Sanctiſſima ejus Mater Maria Virgo, Regina no„ ſtra 15. Calendas Januarias, quo die ſolennis ejuſdem „ Virginis annunciatæ feſtivitas recolebatur, innumeris An„ gelorum ac Virginum Choris ſtipata, immenſo Toleta„ nam Eccleſiam ſplendore complevit, ſacra ſuorum pedum „ veſtigia in illa impreſſit, conſedit in Cathedra, unde Po„ pulus prædicantem Ildephonſum audire conſueverat, eum„ demque S. Antiſtitem Caſula manibus Angelorum affa„ bre texta exornavit. Hæc ex laudato Ribadineira; cujus præclariſſimas doctrinæ, ingenii, prudentiæ dotes ea quæ ipſe literis conſignavit ſatis ſuperque teſtantur.

XIV. Magiſter Petrus Medina auctor Hiſpalenſis, in libro de rebus geſtis, & memoria dignis in Hiſpania, editionis 1658. ubi de Toletana civitate agit, verbis amoris, ac venerationis plenis grande id beneficium refert, quod Beatiſſima Virgo in S. Ildephonſum contulit. *O*, inquit, *Bienaventurados ojos, que tal merecieron vèr, y oìdos que tal oyeron! Y muy Bienaventurado hombre que tal mereciò, que la Madre de Dios cara à cara le hablaſſe.* „ Proh, felices oculi, quibus „ rem tantam cernere datum fuit, voſque aures beatæ, quæ „ talia audiſtis! Præ cæteris autem feliciſſimum hominem, „ cui talia obtigerunt, & quem Deipara facie ad faciem „ allocuta eſt! Bollandus ad vigeſimam tertiam Januarii diem verba faciens de feſto expectationis die, quem D. Ildephonſus ardentiſſime promovebat, quo in Virginem zelo, atque veneratione inflammabatur. *Eodem quoque die*, inquit, *ſolennis ille Deiparæ deſcenſus, & apparitio contigit, quæ nunc officio duplicis ſecundæ claſſis celebratur, poſtridie feſtivitatis S. Ildephonſi*. Mariana ſuæ hiſtoriæ de rebus Hiſpaniæ libro ſexto capite decimo mirabile idem prodigium commemorans, refert Ildephonſum propriis oculis Deiparam aſpexiſſe, quæ eum allocuta fuit. Immane volumen conficiam, ſi cuncta referam Auctorum exempla, qui ſuis in hiſtoriis deſcenſum hunc Virginis reali ac phyſica præſentia ad Eccleſiam Toletanam teſtantur.

Petr. Medin. lib. rer. memor. Hiſp. pag. 85.

Boll. tom. 1. die 23. Januar.

XV. Quum vero horum nonnulli ea ſint auctoritate, ingenio, ſapientia, atque cum primis ampliſſima dignitate, ut nonniſi reprehendendum videatur nomina ipſorum ſilere; ex iis par unum omnigena eruditione, veraque doctrina præſtantiſſimum nempe Nicolaum Antonium, & Card. Bellarminum proferam neceſſe eſt. Eminentiſſimus hic Præſul in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annum 658. S. Ildephonſi virtutes brevi complexus laude ita proſequitur: *Ob ſingularem devotionem erga Beatiſſimam Dei Matrem, & defenſionem perpetuæ Virginitatis ejuſdem Virginum Reginæ, meruit iſte feliciſſimus Antiſtes non ſolum in terris intueri eam divino ſplendore fulgentem, ſed etiam ab ea donari præclara veſte Sacerdotali*. Sic Bellarminus.

Bellarm. de ſcript. Eccl. ad ann. 658.

XVI. At Nicolaus Antonius, cujus auctoritatem, atque acumen ingenii Eccleſia Hiſpalenſis probare debet, utpote Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonici, & auctoris ejus, qui recentes inter criticos locum una cum paucis principem occupat, Bibliothecæ Hiſpanæ volumine primo poſt relatum S. Leocadiæ apparitionis miraculum, Sanctiſſimæ Virginis Mariæ deſcenſum exprimit his verbis: *Nec diu poſt in Eccleſiam die feſto Expectationis partus B. Mariæ Virginis ad peragendum matutinum Officium veniens, eamdem Filii Dei Matrem in Epiſcopali Cathedra ſedentem oculis mortalibus conſpicere, ſibique benigne alloquentem audire, ac de Theſauro Cæleſti acceptam veſtem, qua ipſe in hoc ſolenni feſto ſolus uteretur, ſibi porrigentem adoraſſe promeruit. Quod cum aliis per eum a Spiritu Sancto peractis miraculis, retuliſſe ſibi Urbanum, & Evantium Cixila teſtatur, quorum prior ab Iſidoro Pacenſi Toletanæ Eccleſiæ veteranus methodicus, hoc. eſt Cantor, Evantius autem ejuſdem Eccleſiæ Archidiaconus, doctrina, ſapientia, ſanctitateque, & in omni ſecundum ſcripturas ſpe, fide, & charitate ad confortandam Eccleſiam Dei Hiſpaniam ſub captivitate degentem uterque clarus*. Numero item ſequenti: *Egregie autem confirmat famam rei ubique vigentem duodecimi ſeculi ſcriptor Hermanus Monachus de miraculis S. Mariæ Laudanenſis*.

Nic. Ant. t. 1. Bibl. Hiſp. l. 5. c. 6. n. 28.

XVII. Luculentiſſimum hoc teſtimonium luce clariore non indiget. Idem quippe auctor non ignarus, quam tardi ad credendum ſint recentes critici, quæ teſtibus carent integræ fidei, ac coævis, aut ſaltem ab ea multum ætate non diſſitis; rem teſtatam reddidit, ut vidimus duplici vi-

ro-

rorum auctoritate omni exceptione majorum.

XVIII. Jam vidimus illuſtrium hiſtoricorum quæ ſit de SS. Virginis deſcenſione ſententia: videndum eſt modo quid Theologi ſentiant, a quibus memoratum id miraculum fuit. His autem præferre haud dubie poſſum maximum Soc. Jeſu Theologum Suarez. Semel atque iterum de feſtis diebus agit, quos in B. M. V. honorem Eccleſia celebrat, eorumque in numero, quos peculiares Eccleſiæ colunt Deſcenſio per ipſum recenſetur. Primum tom. 1. de Religione: *Sunt*, ait, *aliæ feſtivitates Virginis particulares aliquorum Regnorum, præſertim in Hiſpania, feſtum Expectationis, & Deſcenſionis Virginis*. In libro autem de vita Chriſti, poſt relatas Beatiſſimæ Virginis feſtivitates, quas Eccleſia univerſalis celebrat, adjungit: *His addi poſſunt ſingulares feſtivitates Virginis, quæ in diverſis Provinciis celebrantur. Quales ſunt in Hiſpania feſtum Expectationis Virginis; & feſtum Deſcenſionis ejuſdem: quod in Eccleſia præſertim Toletana antiqua traditione colitur. Et utraque feſtivitas a Gregorio XIII. nuper approbata eſt.* Firmiſſimum plane argumentum Deſcenſionis B. M. V. reali ac præſenti corpore, tum quia id feſtum Toletana Eccleſia celebrat, tum quia Deſcenſionis vox illa eſſet minus conveniens, quum ipſa Virgo per ſe ad D. Ildephonſum minime deſcendiſſet.

P. Suar. tom. 1 de Relig. ob. 2. cap. 8. n. 15.

Idem in p. 3. to. 2. diſp. 22. ſect. 1. prop. fin.

XIX. Magnus alter Theologus, quem jure *Malleum Hæreticorum* appellant, V. P. Petrus Caniſius multa per Virginem collata in ſibi devotos beneficia quum recenſuerit; *Quod ſi*, inquit, *miracula miraculis addenda ſunt, quibus Mariæ cultores ornat Deus, equidem præterire non poſſum, nec debeo Ildephonſum. Fuit is Toletanus Archiepiſcopus, & in Maria quidem colenda publiceque prædicanda perquam ſtudioſus. Quare quum aliquando mane, multis comitantibus, ad Altare progrederetur, mirum dictu Sacroſanctam Virginem ſibi apparentem habuit, & in Epiſcopali Cathedra ſedentem vidit, ſibique blande loquentem audivit, ſed & veſtem ſacram qua in facienda re divina, uteretur ſibi ab illa donatam accepit. Qua de re tota loquitur Hiſpania.* Hæc Caniſius.

Caniſ. de B. Virg. l. 5. c. 28. p. 549. edit. Lugd. 1584.

XX. P. Petri Spinelli Vener. Societ. J. locum producere ex libro ſexto operis inſcripti *Maria Deipara Thronus Dei*, Neapoli editi centum ſupra annis pag. 241. ſuperſedeo: quippe ſingulare hoc prodigium refert nimis laute,

Spinel. l. 6. p. 141.

Lectoremque admoneo, ut minori cum aliorum moleſtia auctorem ipſum inviſat. Prætermittere tamen non poſſum, nec debeo P. Nierembergii adverſaria ad locum præfatum. *Deipara*, inquit, *innumerabili propemodum Angelorum, & Virginum ſtipata comitatu, magnoque ſplendore circumfuſa in hoc Templum Toleti deſcendit Cathedrale, & in Cathedra conſedit, ex qua verba ad Populum facere conſueverat S. Ildephonſus, eique veſtem ad ſacrificandum donavit*. Hucuſque piiſſimus, ac doctiſſimus Euſebius Nierembergius.

Nieremb. Troph. Marian. l. 5. c. 75.

XXI. Numerum Theologorum expleat eruditione, atque ſapientia celeberrimus Card. Aguirre, cui eminentia doctrinæ, ac maximus pietatis ardor, quo Cathedram D. Petri vindicavit, ſacrum Purpuræ ornamentum, gloriamque in Urbe Roma ſingularem compararunt. Maximus hic Theologus Hiſpanienſium, quæ in lucem edidit, Conciliorum volumine primo, diſſert. 10. pervetuſtum æque ac religioſum Toletanæ Eccleſiæ morem commendans, nempe nocturni officii concinendi ſub noctis dimidium in Choro: *Certe*, ait, *Deſcenſus Virginis Matris ad Sacratiſſimum illud Templum, quando veſtem pretioſam e Cælo detulit fideliſſimo ſervo ſuo Ildephonſo Præſuli Toletano, tunc contigit, quum ille ad accinendas nocturnas horas circa mediam noctem accederet*. Quo teſtimonio quid præclarius?

Card. Aguirr. tom. 1. Conc. Hiſp. diſſert. 10. excurſ. 1. n. 6. p. 235.

XXII. Idem Cardinalis rem tantam ſemel teſtari haud contentus, iterum teſtatur tomo altero eorumdem Conciliorum, ubi vitam S. Ildephonſi referens pag. 658. hæc tradit: *Anno Chriſti 666. florebat inſignis ſanctitatis fama S. Ildephonſus Præſul Toletanus, præſertim poſt celeberrimam Deſcenſionem Deiparæ ad ipſum, & apparitionem S. Leocadiæ ubique notam*. Num hiſce aliud luculentius deſideratur? Graviſſimi hujus Theologi læderetur nomen, ſi ad perſpicua ipſius teſtimonia, aliunde ſumta adjungerentur.

Card. Aguirr. tom. 2. Conc. Hiſp. pag. 657.

XXIII. Alii ergo teſtes mihimet proferendi erunt, quos antea ſum pollicitus, ſacra videlicet monumenta. Almeriæ Eccleſia in S. Ildephonſi feſtivitate, S. Præſulis officium peragens quamdam canit Antiphonam (referente Ill. D. Didaco Plateæ, ac Fonſecæ in Toletani Primatus defenſione) qua manifeſtatur hæc veritas ſequentibus verbis per laudatum Auctorem abs re quidem noſtra adductis, quibus alloquens Toletanam civitatem; *Urbs*, ait, *imperialis, magnifi-*

Brev. Eccl. Almer. Didac. Plat. & Fonſ. tom. 7. pag 321.

ca

ca hodie Dominum, qui fecit tibi hæc magna, ut Sanctiſſima Mater ſua in te deſcenderet, multoque honore ſuſciperet Ildephonſum Puerum ſuum, & tuum ſanctum Præſulem.

XXIV. Lectiones quæ leguntur in feſto Deſcenſionis B. M. V. quod Eccleſiæ Toletana, & Ovetenſis celebrant, Summis id Pontificibus approbantibus, prodigium ſingillatim deſcribunt. Equidem verba ea tantum afferam ex prima ſecundi nocturni lectione deſumta, quæ præcipuum meum inſtitutum confirmant. *Incarnationis enim Filii ejus feſto, qui die 15. Calendas Januarii per univerſam Hiſpaniam ex decimi Concilii Toletani Decreto celebratur, nocte intempeſta deſcendit de Cælo Sanctiſſima Virgo, Virginum & Angelorum comitata Choris, & in Cathedra, unde Ildephonſus verba facere conſueverat... conſedit.* Hæc die feſto, quem Toletana Eccleſia celebrat, commemorantur.

Brev. Tolet. die 24. Jan. Brev. Ovet. eod. die.

XXV. Quantumvis autem ea ſolennitas propria Toletanæ Eccleſiæ ſit, univerſæ tamen Hiſpaniarum Eccleſiæ teſtatam eamdem reddunt, quippe quam ſingulæ celebrant, & affirmant in S. Ildephonſi feſtivitate lectione altera ſecundi nocturni. *Quum Ildephonſus ad preces matutinas Expectationis B. Mariæ in Eccleſiam deſcenderet, comites ejus in Eccleſiæ limine fulgore quodam repentino deterriti, retroceſſerunt. Ille vero intrepidus ad Aram progreſſus Virginem ipſam vidit, & adoravit, ab eademque veſtem, qua in ſacrificiis uteretur, accepit.* Quod ſane teſtimonium non pii alicujus viri eſt, non peculiaris cujuſdam, at univerſalis Hiſpaniarum Eccleſiæ, quam, quod Toletana omnia Concilia coluerunt, eo ipſius Decretis ſumma accedit auctoritas. Quod ſi Eccleſia Hiſpalenſis quæ magni hujus corporis Eccleſiæ Hiſpanienſis pars conſpicua eſt, una cum Eccleſiis cæteris & fatetur, & celebrat beneficium illud omnium quidem commune, licet Toletanam præcipue ſpectet, ecquis ab illius prudentia ſumma abhorrere id non videt, quod ipſa una in dubium revocat? Revera, quod ante dixi nunc repetam, ſi librum ſuo inſcriptum nomine perlegiſſet, obliterari quantocyus imperaſſet. Tribus jam productis monumentis, duo & quinquaginta Doctor Salazar Mendoza adjecit, quos vidiſſe ſe fatetur.

In Sanct. Hiſp. Jan. die 23.

Doct. Salaz. Mendoz. vita S. Ildeph. cap. 13. §. 1. in fin.

XXVI. Attendendum eſt modo quid Sancti de mirabili re iſta ſenſerint. Pauci, quod ſciam, rem memorant; de re autem dubitat omnium nemo. Vir ſanctimonia vitæ

conſpicuus, Theologus graviſſimus, meritiſſimus Præſul multis abhinc annis occurrit: Magnus nempe Archiepiſcopus Valentiæ D. Thomas Villanovanus, qui ſermone primo de S. Ildephonſo prope finem, poſt relatam S. Leocadiæ mirabilem apparitionem ſic proſequitur: *Sed quid hoc, aut quantum ad illam inæſtimabilem gratiam, quam promeruit, ut Virgo ſacra Cæleſti Curia comitata, ei apparere, & eum loqui dignaretur. Felix Eccleſia Toletana tantæ Virginis præſentia conſecrata: ſacerrimum Templum Reginæ Cæli veſtigio ſublimatum, quid minus habes ab illo Templo Salomonis mirifico? Niſi quod filius illud, te Mater ſua præſentia decoravit. Fateor, Fratres, quoties Templum illud ingredior, neſcio quid in me reverentiæ & devotionis invenio. Cæleſtia ibi veſtigia impreſſa manſerunt.*

S. Thom. de Villan. ſerm. 1. de S. Ildeph. prop. fin.

XXVII. A quocumque hæc D. Thomæ de Villanova verba lecta erunt, is fateatur neceſſe erit, nullam de hac hiſtoria dubitationem ei occurriſſe, quin perſuaſum potius fuiſſe, quod Sanctiſſima Virgo per ſe ipſa ad Toletanam Eccleſiam deſcenderit.

XXVIII. At vero ſi forte id ſibi arrogaret improbitas, ſeu res ad defendendum ſuſcepta, ut luculentum adeo teſtimonium diluere conaretur, en aliud ex altero ejuſdem S. Archiepiſcopi ſermone de ipſomet D. Ildephonſo proferam teſtimonium ita manifeſtum, ut ne maximæ quidem temeritatis ingenium valeat retorquere. Ibi pariter S. Leocadiæ admirabili apparitione relata prope finem ſermonis hæc habet: *Deinde per ſe ipſa Virgo nocte feſti, quod in laudem perpetuæ illius Virginitatis idem Sanctus inſtituerat, publice in loco prædicationis apparens; decora ipſum propria manu induit veſte Sacerdotali, qua in ſacris uteretur ſacrificiis. Si quid de aliquo Sanctorum ſimile audiſtis, dicite. Ego, fateor, non audivi: nam etſi Beata Dei genitrix apparuiſſe aliis dicitur; ſed non ita. Exiſtimo igitur, & Paulo Apoſtolo Filium, & Ildephonſo Matrem hoc privilegium contuliſſe, ut vere, & viſibiliter per ſe apparere ante horam mortis dignarentur.*

Idem S. Thom. de Villan. ſerm. 2. de eod. S.

XXIX. Quumque de hoc teſtimonio ſatis conſtet nullus remanet dubitandi locus, quin, ut ſanctiſſimus, doctiſſimuſque Præſul affirmat, credenda ſit Sanctiſſima Virgo per ſe ipſa deſcendiſſe, ac devoto ſibi Ildephonſo ſacram veſtem largita eſſe.

XXX. Reliquum mihi eſſe video, ut e Conciliis teſtimo-

monia proferam, quæ profecto non deſunt præclara & evidentia. Concilium Rupe-Fideli habitum, quod Card. Baronius memorat Annalium tom. 8. ad annum 657. pag. 425. necnon Emin. Aguirre tomo tertio Conciliorum Hiſpaniæ pag. 538. ex ejuſdem Cardinalis correctione ſic loquitur ad rem noſtram. *Mater Dei, & Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti glorioſa ac ſemper Virgo Maria, Cappellanum, ac ſuæ Virginitatis ſpecialem Præconem Beatum Ildephonſum Patriarchalis Toletanæ Eccleſiæ Præſulem, ac Rectorem poſt ſui aſſumtionem deſcendens de Cælo Empireo, corporaliter viſitavit, ac donis, & muneribus ſpiritualibus decoravit, in ſignum ſpiritualis, ſeu ſingularis dilectionis, & amoris.* Sicui forte hic Textus commentitius videretur, is apud Eminentiſſimos Viros ſupra laudatos purum putum inveniet. Hoc ſolum diſcrimen offendet inter utrumque, quod Card. Aguirre pro iis vocibus *ſpiritualibus, & ſpiritualis*, poſuit *ſingularibus, & ſingularis*. *Baron. tom. 8. ann. 657. p. 425. Aguir. tom. 3. Concil. pag. 538.*

XXXI. Hic autem prætermitti non debet Baronii Cardinalis hac de re judicium; qui niſi miraculum reapſe uti conſtans affirmat, veritati certe admodum conſentanea ejus verba ſunt; profitetur enim ſe nihil offendere quod repugnet, quin potius non pauca reperire, rei teſtandæ quam accommodatiſſima. Audiant docti homines ſtudii cauſas procul habentes, & judicent: Audiant & ii qui ſtudio afficiuntur, & veritatem nanciſci metuentes rem diſquirere negligunt. Sub anni 657. finem, pag. 476. poſtquam attulit rem ex Juliani Archiepiſcopi Toletani mente, ait: *Qui ejuſdem Sancti opuſcula legerit, videritque quam ardentiſſimo Dei genitricis amore ipſe flagraverit, & quam copioſe proſequutus ſit laudes ejuſdem Sanctiſſimæ Mariæ Deiparæ, non adeo, puto, mirabitur, ſi tale ab ipſa munus fuerit conſequutus.* Non latebat certe doctiſſimum Cardinalem quid Theologi ſentiant de Chriſti, ac Deiparæ apparitionibus; tamen ad trutinam appenſo eximio amore illo, quo S. Ildephonſus erga Beatiſſimam Virginem inflammabatur, ejuſdem laudes promovebat, ſingularemque puritatem aſſerebat; inde rectiſſimum protulit judicium, facile poſſe credi, quod miraculum id ſingulare contigerit. *Baron. ubi ſup. p. 426.*

XXXII. Cardinalis Baronii verbis licet non paucis, nec parum ſignificantibus, majora, & ſignificantiora illius Breviator Ill. Henricus Spondanus adjunxit fidem faciens mi-

miraculum vere eſſe factum, uti noſtri teſtantur Hiſtorici. Quare quum S. Ildephonſi virtutes, ac miracula per eum facta recenſuerit, ſimulque prodigium grande apparitionis S. Leocadiæ attulerit, non unum id beneficium ab ipſo divinitus acceptum fuiſſe teſtatur; *Sed etiam, quum immenſo arderet Sanctiſſimæ Dei genitricis amore (cujus laudes, & cultum in ſuis opuſculis copioſe proſecutus eſt) dignum eum eadem miſericordioſiſſima Virgo cenſuerit, quem præſentia corporali viſitaret.* Sic graviſſimus hic Auctor Gallici generis quem pietas, & ratio magis moverunt, quam aliæ quælibet cauſæ, quibus miraculum ad credendum difficile videretur, ac prodigium levius appareret.

Spond. tom. 2. ann. 657. n. 3. pag. 150.

XXXIII. Quod omnium poſtremum promiſi Traditio eſt: ea vero eſt conſtantiſſima totis quam late patent Hiſpaniis. Quotquot religionis ergo Sacroſanctam ingrediuntur Toletanam Eccleſiam, ad Deſcenſionis Cappellam ſe conſerunt venerabundi, lapidem inſpecturi SS. Virginis veſtigiis impreſſum: quemadmodum Thomas de Villanova jam tradidit: *Cæleſtia veſtigia ibi impreſſa manſerunt.* Idem viri omnes ampliſſimi agunt, quicumque res memoria dignas obſervant, quæ ſacra hac in Eccleſia ſervantur: Principes, Epiſcopi, Nuncii, Cardinales. Summus item Pontifex laudabilis Mem. Innocentius XIII. quum anno 1710. Toleto tranſiret, ipſum lapidem veneratus fuit, qui perpetuum rei monimentum in Cappella Deſcenſionis Beatiſſimæ Virginis crate occluſus ferrea cuſtoditur. *Extat hoc ipſo in Templo lapis, in quo vetuſta majorum traditione, ac veneratione conſtat Mariam deſcendentem veſtigio conſtitiſſe.*

Lect. deſc. M. V. P. Caniſius. D. Eximius. D. Nicol. Anton. Card. Aguir. ubi ſup.

XXXIV. Hoc tota fatetur Hiſpania: Hoc vetuſtiſſimæ traditiones aſſerunt: Hoc majores noſtri ſemper tradiderunt: Hoc exteræ gentes Hiſpanorum traditioni adhærentes affirmant. Quæ quum ita ſint, quid igitur Hiſpalenſis Eccleſia de gentis noſtræ honore maximo ſuſpiciones, atque ſcrupulos aucupatur, quæſtionemque conſtituit, de re, quam exteræ etiam gentes fatentur? Patet, patet unde profecta hæc ſuſpicio eſt: non veritatis amor, ſed ſimultates in Toletanam Eccleſiam ſuſpicionem hanc excitarunt; quam certe ita demereri non æquum erat.

XXXV. Eccleſia Hiſpalenſis videtur nodum quærere in ſcirpo; dum ex libro *de Diſcretione ſpirituum* ab Em. Card. Bona con-

conſcripto rem mutuatur, quæ, quod majus eſt, ad ſuum inſtitutum nihil ſpectat; quare mente non aſſequor, cur ejus libri duodevicefimum caput proferat ab hac re prorſus alienum. Decimo quidem nono de Apparitionibus res eſt, num fiant reali, ac phyſica præſentia perſonæ, quæ apparet. Numero item quarto fatetur dubitationi locum eſſe nullum, quin Dominus noſter Jeſus Apoſtolo Paulo apparuerit (quîcum Villanovanus comparat apparitionem Virginis D. Ildephonſo,) Tametſi autem Em. idem Bona de Angelorum Regina minime tenendum eſſe ait, quod ipſa per ſe appareat, tamen vel rudioris ingenii homines norunt regulam quamcumque generalem ſuas pati exceptiones: Quamobrem quum ipſe hanc apparitionem minime exprimat, quam docuimus ratam haberi a Theologis præſtantiſſimis, graviſſimis Hiſtoricis, Præſulibus ampliſſimis, Sanctis Viris, Conciliis venerabilibus, vetuſtiſſima Hiſpanorum, & exterorum traditione, Eccleſiæ conſenſu in officio S. Ildephonſi, cumprimis autem ab ipſamet Mariæ Virginis Deſcenſione ſolenniter celebrata, huc ſpectare doctrinam ejus credi nequaquam debet. Itaque ſuſpicio hæc fundamento hæret nulli, & rationibus quibuſcumque deſtituta eſt, quin etiam non deeſſet fortaſſe, qui imprudentis, ac præcipitis judicii eamdem nuncuparet. Quod ad me attinet ſuadere nitar alieniſſimam eam eſſe ab Eccleſia Hiſpalenſi.

XXXVI. Antequam venio ad aliud docendum, ſerio hanc rem animadvertam neceſſe eſt. Deſcenſionem Beatiſſimæ Virginis tenet Hiſpania tota, ejuſque adventum immortalis jam, atque glorioſæ ad Toletanam Eccleſiam æque ac alium ad Cæſarauguſtam adventum viſum S. Apoſtolo Jacobo, quum adhuc inter mortales degeret, celebrat Toletana eadem Eccleſia tota in Diœceſi Deſcenſionem ejuſmodi, propria ac reali perſona immortali, ac gloriæ participe, ex Pontificum Summorum auctoritate, quemadmodum Cæſarauguſta mortali ſub ſpolio adventum ejuſdem ſolenni voto proſequitur. Teſtis lapis ille eſt, qui Toletana in Eccleſia colitur, ſacratiſſimis ſignatus veſtigiis, non ſecus atque in Cæſarauguſtæ Templo columna, quæ vulgo *Pilar* nuncupatur.

XXXVII. Hiſpaniis id ſummo ſingularique vertendum honori eſſe, quod S S. Virgo vel poſt aſſumtionem ſuam, ſua ipſius præſentia noſtra Regna inviſerit, nemo neſcit. Quod hinc pietati, ac Religioni erga ipſam Deiparam incre-

metum accedat ob ſingulare beneficium in nos præſertim collato quis non videt? Graviſſimi Scriptores hiſtoriæ id referunt; Theologi doctiſſimi tuentur; ampliſſimi Cardinales fatentur: teſtimonia Sanctorum roborant; Sacroſancta Concilia exaltant; conſtans traditio prædicat; Toletana Eccleſia Pontificum Summorum auctoritate nitens celebrat. Quamobrem ſi Sacrum Inquiſitionis Tribunal ſcripta ea omnia damnavit, quæ controverſiam excitabant, num vere dum homines inter viveret, Cælorum Regina Cæſarauguſtam advenerit; ita poſſe ipſum prohibere jure videtur, ne omnium teratur manibus Memoriale id, quod revocat in dubium, utrum S S. Virgo e Cælis advenerit Toletanam Eccleſiam, ut S. Ildephonſo traderet ſacram veſtem. Ego certe, quod potui rem totam expoſui; ſententiam vero non eſt meum proferre.

PARS



PARS SECUNDA.

PROLUDIUM.

Oeconomia rationum, & argumentorum, quibus roboratur Toletanæ Eccleſiæ Primatus.

MEDITANTI mihi quo potiſſimum ſcribendi genere, quave methodo demonſtrarem, quo, & quanto jure Primatus Hiſpaniarum honore fungitur Toletana Eccleſia, in mentem venit, efficaciorem ullam, atque aptiorem excogitari non poſſe methodum ad id præſtandum, quam genus illud quietum diſputandi, quo utuntur ſcholæ, ita ſiquidem veritas opinionis quam ſequimur, eluceſcet, corruetque Hiſpalenſis Eccleſiæ ſententia, quam refellimus. Quamobrem inde maxime diſputationem ordiri volui, a notandis nempe, ſupponendiſque aliquot adeo certis, ut derogare iis malitia nedum valeat, quin ſibimet ipſa fidem faciant. Quod ſi horum aliquod quam cætera minus certum videbitur, auctoritate tam perſpicua fulcitum erit, ut e ſententia eruditorum pro certo habendum ſit. Præterea Primatum S. Toletanæ Eccleſiæ adſtruere conſtitui Auctorum ſententiis graviſſimorum, qui ſtudioſi mearum partium dici non poſſint: namque eorum plures,

immo plerique, quorum copiam afferemus, e gentibus petentur exteris, eoſque inter aliquis, quem quoniam ſtudio partis vacuum Eccleſia Hiſpalenſis declaravit, certum habeat teſtem neceſſe erit. Poſtea veniam ad Summorum Pontificum minime controverſa teſtimonia quibus evidenter corruet quidquid Memoriale vim eorum infirmandi cauſa eſt commentum. Hiſpanorum quoque Regum teſtimoniis locus non deerit, quæ ſtabilitam poſſeſſionem teſtatam reddent, quum inter hos D. Ferdinandus III. cenſeatur, qui Hiſpalim ſuo Regno adjecit. Hinc diſputatio procedet ad poſtremum, firmiſſimumque rationis fundamentum, ubi argumentis, auctoritate, exemplis patefiet, Præſuli, & Eccleſiæ Toletanæ omnia illa convenire, quæ de eſſentia Primatus vult eſſe Hiſpalenſis Eccleſia. Tertia demum parte operis, diſputationis finis atque concluſio præclaræ fient reſponſiones iis quæ objecit Eccleſia eadem, quarum quæ fortioribus, ut putat, argumentis, frequenterque adhibitis datæ erunt, tam claræ, tam evidentes futuræ ſunt, ut ſuſpicioni vel leviſſimæ aditus omnis præcludendus ſit. Quæ quum præſtitero, me operæ pretium feciſſe, inſtitutum meum expleſſe, ſummamque operi poſuiſſe manum videbor.

CAPUT I.

Aliquot prænotanda ob majorem Quæſtionis claritatem.

SUMMA CAPITIS.

I. *Non eſt opus ab ultima antiquitate repetere Primatiam Toletanam.*

II. *Primatiam Toletanam eſſe antiquam probatur Bullis Urbani II. & Succeſſorum, qui antiquam Toleto dignitatem reſtituere, non novam concedere profitentur.*

III. *Conſtat ſedes Epiſcoporum poſitas eſſe ab Apoſtolis in Urbibus, ubi Laici Principes ſuam conſtituerant.*

IV. *Auctoritate id adſtruitur.*

V. *Siquando ſecularis curia alio transferebatur, Eccleſiaſtica itidem transferri conſuevit.*

VI. *Concilii Chalcedonenſis Decreto probatur.*

VII. *Patrum auctoritate firmatur, & oſtenditur non poſſe inſtitui novas Metro-*

tropoles, niſi a Summo Pontifice, vel a Concilio, ipſius Summi Pontificis auctoritate accedente.

VIII. *Definitio Primatiæ.*

IX. *Triplex Juriſdictionis genus olim habuerunt Primates.*

X. *Legatus, aut Legati Summi Pontificis ſemper præſederunt Conciliis.*

XI. *Legati, qui vices Pontificis non habuerunt in mandatis, non præſederunt Conciliis.*

XII. *Auctoritates eorum non admittuntur, qui Apochryphi videri poſſent, in gratiam Hiſpalenſis Eccleſiæ.*

XIII. *Eandem ob cauſam omittuntur Decretales Pontificum, qui uſque ad quartum, & octogeſimum annum quarti ſeculi floruerunt.*

I. SUppoſitio prima. Ad Memorialis propoſitum nihil attinet, num ab Apoſtolorum ævo Toletana Eccleſia Primatus honore conſtanter functa ſit, necne. Ratio patet. In præſentia contendit Eccleſia Hiſpalenſis Primatialem non agnoſcere Toletanam: quamobrem ſive ſuperet, ſive ſuccumbat, quid refert ævone illo antiquiſſimo Hiſpaniarum Primatu frueretur, necne Toletana Eccleſia? Enimvero eſto: S. Jacobus Apoſtolus, quum prædicationi dabat operam in Hiſpaniis, ad ejuſmodi honorem evexerit Toletanam Sedem, Divuſque Apoſtolus Petrus confirmarit; Quid ſi dignitatem illam legitimis ex cauſis hoc tempore amitteret Toletana? Etenim Hiſpalenſis jure ac merito, id quod conatur, indemnitatem aſſequeretur. Contra vero ſi dignitate qua olim fruita nequaquam ſit, fruatur hoc tempore, herbam porrigere Hiſpalenſis, ac Toletanæ ſubjectam ſe fateri coacta erit. Certum eſt enim de majori, minorive antiquitate potiſſimam non eſſe quæſtionem; dum quærit in præſentia, an dignitate Primatialis Toletana fruatur, necne. Quare, ut apud Scholaſticos moris eſt, do, Primatum Toletanæ antiquiſſimis illis non referendum eſſe temporibus, quibus non pauci e noſtris Auctoribus, atque cumprimis Garſias de Loayſa retulere; licet nullo id argumento comprobet Eccleſia Hiſpalenſis immani ſuo in Memoriali, pauciſque illis leviſſimis quæ affert, vel rudioris Minervæ ingenia valeant refellendis; quod planum me facturum confido, quum ad confutandum acceſſero.

II. Suppoſitio ſecunda. Nulla item inſtitui poteſt quæſtio, an poſt Toletanam Urbem in libertatem aſſertam Summi Pontifices denuo quid conceſſerint, ſeu D. Bernardo primo il-

illius Urbis Archiepiſcopo, ſeu alii Succeſſorum: ſiquidem conſtat e Bullarum omnium contextu per ipſos novi nihil conceſſum eſſe; at confirmatam, ſtabilitam, reſtitutamque priſtinam auctoritatem, ac ſplendorem Toletanæ Eccleſiæ. Unde neceſſario ſequitur, Toletanam Eccleſiam fuiſſe Primatialem, ante Barbarorum illuviem, ratione temporis præfiniti haud penſi habita, quum poſſeſſio iſta cœpta eſt: tametſi quo iterata magis, magiſque vetuſta exiſtunt Acta; eo efficacius antiqua, pacifica, conſtanſque poſſeſſio probari poterit. Quamobrem quum ego honeſtiſſimam Toletanæ Eccleſiæ cauſam, atque ipſam veritatem ad defendendum ſuſcepi, haud ſane id mihi propoſui, ut de recenti aliquo Primatu differerem, in eamdem Eccleſiam, primumque illius Archiepiſcopum D. Bernardum collatum, verum de vetuſtiſſima dignitate illa, quæ, quum ante Hiſpaniarum invaſionem cœperit, noſtra hac tempeſtate viget; Spiritus enim Sancti afflatu inquam: *Non valet quiſquam dicere, hoc recens eſt. Jam enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.*

Eccleſiaſt. c. 1. verſ. 10.

III. Suppoſitio tertia. Reſpublica Eccleſiaſtica, ut eruditiſſime Hiſpalenſis Eccleſia, ab ipſis primordiis, qua minus alte, qua penitus jecit fundamenta, prout licitum erat tot inter agitationes, quibus Eccleſia inchoata, aucta, perfecta eſt. Quid enim Chriſtiani poterant horrorem mortis nunquam præ oculis non habentes? Cujus licet omnes appetentes eſſent, non idcirco per illam licuit ſuæ cuique Antiſtiti Diœceſis terminos præfinire: & quamquam nec Presbyteri, nec Epiſcopi deeſſent, neutris tamen Parœciæ, ac Diœceſis ſuæ deſtinati limites erant: attamen Apoſtoli adminiſtrationi Eccleſiæ conſilio eodem inhærentes, quo Laici Principes Regna moderabantur, fundaverunt Eccleſias, Præſuleſque in Urbibus Provinciarum præcipuis, ubi Provinciæ, Regni, & Imperii Præfecti reſidebant, conſtituerunt. Quamobrem Athenis Reipublicæ illius Metropoli Divus Paulus creavit Epiſcopum Dionyſium Areopagitam; Divuſque Apoſtolus Petrus Antiochiæ primum, deinde Romæ jubente ſic D. O. M. permanentem Cathedram collocavit, utpote quæ Romani caput Imperii, totiuſque terrarum orbis Regina eſt; eout quemadmodum rerum Principem eam omnes Urbem colebant; ita ſacrorum caput venerarentur; nullæ enim Gentes poterant, quod Roma noſſet, ignorare.

VI.

IV. *Petrus Princeps Apoſtolici Ordinis*, (ita Magnus ille Pontifex D. Leo:) *ad arcem Romani deſtinatur Imperii, ut lux veritatis, quæ in omnium gentium revelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum Mundi corpus diffunderet. Cujus autem Nationis homines in hac tunc Urbe non eſſent: aut quæ uſquam gentes ignorarent quæ Roma didiciſſet?* Quod ſane conſilium, pro eximia illa, cæleſtique prudentia, qua erant Apoſtoli, ſuſceperunt. Quum enim eas Urbes negotiis expediendis Principes deſtinaſſent, quibuſcumque curandum providendumque erat rei ſuæ, omnes eò confluebant. Unde majori facto gentium concurſu Chriſtianis ad Paſtorem confugere deque dubiis ipſum rebus conſulere non erat difficile. Rem ejuſmodi ſanxerunt Apoſtoli, confirmavitque Divus Pontifex Clemens, ut conſtat ex Deciſione S. Anacleti ad Italiæ Antiſtites, quam Gratianus refert in Decreto, licet ab Hiſpalenſi Eccleſia non probetur.

S. Leo ſerm. 1. de Pet. & Paulo.

Part. 1. diſt. 89. cap. 1.

V. Suppoſitio quarta. Quamquam ab Apoſtolis ſancitum fuerit, ut Cathedrales in iis Urbibus ſedes ponerentur, ubi Principum Laicorum Præfecti reſidebant; attamen ubi ſitæ a principio fuerant, eas perpetuo ibi remanere opus eſſe non decreverunt: quum enim pro temporis varietate viciſſitudinem paſſum foret Imperium, civiumque numero detractum eſſet, non erat cur ſedes ibidem Epiſcopalis permaneret. Quod ſane conſilium Eccleſiæ fuit, quæ annis jam lapſis quadringentis in Synodo Chalcedonenſi ſtatuit, præcipuis in Provinciæ, Imperii, Regni urbibus ſupremas dignitates oportere conſtitui, mandans ut Laicorum conſuetudo Principum ſervaretur; itaut ſiquando aliquid ab iis civilis auctoritatis innovaretur, ſive urbs alia conderetur illuſtrior, huc Eccleſiaſtica item auctoritas perduceretur; *Si qua civitas poteſtate Imperiali novata eſt, aut protinus innovetur, civiles diſpoſitiones, & publicos Typos Eccleſiaſticarum quoque Parochiarum ordines ſequantur.*

Concil. Chalced. can. 16.

VI. Quod Decretum VI. Oecumenica Synodus Conſtantinopolitana tertia inſtauravit, mandas ut in Chalcedonenſi ſancita obſerventur. *Canonem*, verba ipſa Concilii ſunt, *qui a Patribus factus eſt, nos quoque ſervamus, qui ſic dicit. Si qua civitas innovata eſt, vel rurſus innovata fuerit, civiles, ac publicos Typos Eccleſiaſticarum quoque rerum ordo ſequatur.* Quæ verba ſicuti legum judicium non ſpectant, accipienda omnino

VI. Syn. gener. Conſtantin. 3. can. 38.

no ſunt de permanentia, loco, ac præeminentia ſedis Epiſcopalis.

VII. Hoc ſenſu eos Canones accepit Zonaras, ſic alterum ipſorum explanans: *Pragmaticis igitur hujuſmodi, vel publicis Typis Eccleſiaſtici quoque ordinis diſpoſitionem accommodandam eſſe ſuadet Canon, ut ſeu novæ Urbis Epiſcopatus appellatione, ſeu Metropolitani faſtigii honorem Imperator indulſerit eodem prorſus ordine, ac jure Eccleſiaſticis quoque legibus habenda eſſe cenſeatur.* Theodoro item Balſamoni æqua fuit ſententia in Canone Chalcedonenſis Concilii; ait enim: *Quæ ab Imperatoribus per publicas formas, ſive juſſiones Imperiales pro innovatis, vel innovandis a ſe civitatibus decernuntur, manere, ut decreta fuerint, utpote quod Eccleſia debeat ſequi, quæ ſic decernuntur.* Non autem idcirco facta fuit Imperatoribus, Laicisve Principibus poteſtas condendi Eccleſias, Diæceſes inſtituendi, commutandi Metropolitas: quam, utpote ſpiritualem a Chriſto Domino Eccleſiæ conceſſam, Laicorum Principum nullus habere poſſet. Enimvero ſicui fas eſſet Principum, pro ea qua pollet auctoritate commutandi, diruendi, inſtaurandique urbes, novos creandi Præfectos, novamque ſuis in ditionibus Regni formam inducendi, juxta venerabilium Decreta Conciliorum Metropoles immutare; id profecto, aut Chriſti Vicario conveniret, in quo uno hæc ineſt poteſtas, aut Concilio, ſupremi auctoritate capitis annuente.

Zonar. in can. 38. Conc. 3. Conſt.

Balſam. in can. 17. Conc. Chalc.

VIII. Suppoſitio quinta. Definitionem admittimus, quam habet Eccleſia Hiſpalenſis explicationis loco magis propriæ Primatûs arcta ea ſignificatione accepti, qua noſtra in diſputatione accipimus. Quia vero Primatum fuiſſe temporalem duntaxat Vicariatum, quem aliquis, ſeu aliqui obtinuerint Eccleſiæ Præſules peculiari Pontificum mandato ad rem noſtram non facit; definitioni addendum illi eſt: Firmam, conſtantem, ſuæque ſedi annexam, qua in re nobiſcum, ni fallor Hiſpalenſi conſtabit Eccleſiæ. Primas igitur, de quo impræſens agitur, ſic erit per nos definitus: *Primas eſt Metropolita, qui Metropolitæ propriam juriſdictionem retinens in Provincia, habet inſuper auctoritatem, & juriſdictionem firmam, conſtantem, ſuæque ſedi annexam in reliquarum Provinciarum Metropolitas, juxta ſacros Canones.* Hac porro ſuppoſitione, qua nihil deſiderari poteſt amplius ab Eccleſia Hiſpalenſi, quæſtio noſtra procedet, hac diſputatio tota abſol-

ſolvetur, ut omnes clarius intelligant, cur Toletana Eccleſia Primatialis nuncupetur. Quæ definitio licet conſtet, ut Logici ajunt, genere & differentia; de differentia ſolum quæſtio erit, genus enim nihil ad nos: Toletanum enim Archiepiſcopum & eſſe, & jampridem ſuiſſe Metropolitam; juriſdictionem habere, habuiſſeque in ſua Provincia clam eſt omnium nemine, unde id ſolum probandum reſtat, quantæ antiquitatis Toletanæ Metropolis dignitas ſit, ſediſque illius auctoritas: in cæterarum Provinciarum Metropolitas, quæ inſtituti noſtri pars magis ardua eſt, magiſque operoſa.

IX. Nobis cum Eccleſia Hiſpalenſi conſtat de illa item clauſula: *Juxta Canones*; Præſul enim qui vere Primatis dignitate utebatur, triplicem diverſi generis juriſdictionem habuit, quæ ſingula juriſdictionis genera pro vario quo accipiebantur ſenſu ſeſe invicem excedebant. Quæ juriſdictio ſuam ad Parochiam (Diœceſis nomine ea tempeſtate aliud accipi conſuevit) immediate ſpectabat; quâ major, quâ minor erat duabus cæteris: minor, quatenus ad ſubditorum cauſas tantum extendebatur, cujus ob eorum paucitatem uſus infrequens erat: major vero erat ob majores Juriſdictionis actus, quum cauſæ in prima inſtantia tamquam ordinaria juriſdictione cognoſcerentur. Quæ autem ſubditos, ſimulque Præſules Suffraganeos ſpectabat juriſdictio, nempe Metropolitæ propria ob infrequentiam actorum minor, ob eorum autem numerum, in quos illa exercebantur, major: aliorum quippe Epiſcoporum cauſæ occaſione tantum appellationis cognoſcebantur; quo tamen caſu omnes qui Suffraganeis erant ſubditi, ſinguli etiam Metropolitis obtemperabant: Quæ demum juriſdictio ad eum uti Primatem pertinebat longe amplior fuit quantum ad terminos, omnes enim Epiſcopi, ac Metropolitani ejuſdem Provinciæ ipſi quodammodo ſubdebantur; ſed quantum ad Juriſdictionis actus, anguſtior; Primati enim perquam minimos actus, & res committunt Sacri Canones. Ipſa autem juriſdictio, utpote ordinaria, defectu Præſulis in ſede permanebat, namque ut diximus, Cathedræ, & Eccleſiæ, non perſonæ fuit annexa; quod exemplis in Toletana Eccleſia planum fiet. *Mem. p. 47. n. 50.*

X. Supponendum eſt inſuper velut minime dubium, quod alium nullum Epiſcopum præſediſſe in Synodo utut

X con-

congregata intra fines atque Juriſdictionem Primatis, leve admodum argumentum eſt ad negandum Primatum. Hae de re ita omnibus conſtat, ut revocari ab eo tantum poſſit in dubium, qui ſacris legendis Conciliis temporis omnino nihil inſumſit: nam iis Legatus, ſeu Legati, Pontificis nomine, ſemper præſederunt, quanquam in finibus & juriſdictione Patriarcharum haberentur. In Epheſina Synodo Oecumenica tertia D. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha præfuit, tametſi Epheſina Eccleſia, tanquam Autocephala ab ejuſdem Cyrilli auctoritate immunis eſſet, quod Eccleſia Hiſpalenſi clam non eſſe evincit ſermo, quem habet de Epheſina eâdem Eccleſia. In quarta Chalcedonenſi Chalcedone celebrata, D. Leonis Magni Legati Paſchaſinus, & Lucentius præſedere. In Oecumenica VI. Conſtantinopolitana III. Theodorus, Gregorius, & Joannes, tanquam Papæ Agathonis Legati, quorum primi erant Presbyteri, tertius autem Diaconus, præfuerunt. In ſeptimo demum generali Concilio Nicæno altero, Hadriani Pontificis Legati duo Presbyteri, uterque Petrus nomine, præſederunt. Liquet igitur, Pontificios Legatos, quibus Apoſtolicæ Sedis vices, & auctoritas inerant, ubicumque Synodi haberentur, principem occupare locum, primoſque obſignare conſueviſſe: neque adeo e frequenti hac prærogativa ductum argumentum fuit unquam, quod dignitate atque auctoritate, ratione ſui, locique quem tenebant, aliis omnibus præirent, qui in congreſſibus, aut ſeſſionibus inferiora ſubſellia habebant, ac loco pariter inferiori ſubſcribebant.

Mem. p. 17. n. 14.

XI. Hujuſmodi tamen præeminentia non omnes Legati fruebantur, ſed illi duntaxat, quibus in mandatis erat Pontificis auctoritas, qua præeſſent Conciliis, ut monuimus, docetque Card. Sfondratus; quod patet ex Conſtantinopolitana Synodo aliquibus quinta Oecumenica, nobis tamen non ita, ut diximus partis primæ cap. 6. n. 10. Ea in Synodo tum præſedit, tum ſubſcripſit primus Menas Conſtantinopolitanus Patriarcha, Legati vero Pontificis Agapeti alios poſt Epiſcopos obſignarunt, uti habetur e ſubſcriptionibus ad Antimi damnationem. Quamobrem ambigitur, num primo Arelatenſi Concilio D. Sylveſtri Legati præeſſent, quorum licet quatuor principio ſit mentio, nullius poſtea occurrit ſubſcriptio. Itaque Pontificius duntaxat Legatus præ-

Card. Sfond. Gall. vindic. diſſert. 3. §. 3. n. 10. pag. mihi 46.

Conc. 5. gener. Conſtantin. ſeſſ. 4.

præerat, qui vices, & auctoritatem in mandatis habebat; eaque propter compluribus in Provinciarum, Nationumque Conciliis Vicarii aliquot Epiſcopi, aut Pontificum Viceſgerentes præſederunt; & laudata in Synodo Arelatenſi Marinus ejuſdem civitatis Epiſcopus præfuit, ut idem Sfondratus loco prædicto adnotavit: argumentum minime obſcurum, Legatos auctoritatem viceſque Pontificis ut præſiderent, in mandatis non habuiſſe.

XII. Atvero ne Hiſpalenſi Eccleſiæ forte videar auctoritate illorum rem probare, quos ipſa venales, Apochryphos, & commentorum fictores appellat, ut Primatum adſtruant Toletanum, ſecum benigne agam; etenim præteream Marcum Maximum, Haubertum, Julianum Perez, Auctoreſque alios, qui tanquam ſuppoſititii penes recentiores ſuſque deque fiunt; tametſi homines ingenio, & eruditione præſtantes non deſint, qui horum cauſæ patrocinati pro virili ſint, quorum auctoritas tum profertur, tum admittitur in ſacris Eccleſiæ Curiis Romæ, quod Em. Card. Belluga præſtitit in Sacra Congregatione Rituum, quum S. Fulgentii Carthaginenſis Epiſcopi Officii cauſa velitabatur pridie Calendas Septembres 1722. Qua occaſione Cardinalis hic ampliſſimus jure ac merito Criticorum ejuſmodi vehemens dicendi genus diſtringit: nihilo tamen ſecius agedum commentitii ſint, ſint Apochryphi, ſint qui legitimi teſtes proferantur indigni in cauſa tanti momenti, quanti hæc noſtra eſt: non enim æquitas, & veritas cauſæ ambiguis eget teſtibus, dum minime dubii complures ſuppetunt, quorum integra fides tanti eſt apud homines rationis compotes, ut de ipſorum auctoritate nemo audeat ſuſpicari.

Em. Belluga in alegat. pro offic. S. Fulgentii.

XIII. Quoniam Eccleſia Hiſpalenſis deſtruere conſtituit Toletanum Primatum, ideo documenta omnia, omneſque Auctores excipit, quibus is facillime comprobatur. At certum mihi eſt eidem in omnibus morem gerere; quin etiam nulla per me fiet mentio de iis documentis ad cauſam aſſerendam aptiſſimis, quæ tanquam falſa ab ipſamet rejiciuntur. Hujuſmodi ſunt Decretales Pontificum Summorum epiſtolæ, qui ad uſque quartum & octogeſimum quarti ſeculi annum floruere, illis autem ex epiſtolis ea ſuppetunt teſtimonia, quæ ſatis ſuperque ejus argumenta diluerent, mihique profecto probantur maxime. Enimvero ſi eas epi-

Mem. pag. 12. Bellar. Suar. Turrian. part. 1. c. 4.

ſtolas præcipui Doctores adhibuerunt in rebus Dogmaticis, ut parte prima docuimus, ad perennem S. Sedis ſucceſſionem demonſtrandam, Petrique auctoritatem in iis, qui ſequuti eum ſunt Pontificibus Romanis, cur Toletanum ad Primatum confirmandum non valeant? Sed eſto; id quoque permiſſum ſit adverſanti; profecto æquitas cauſæ, quàm defendo, tam perſpicua eſt tantaque luce fulget, ut vetuſtiſſimis iis monumentis poſthabitis, alia tam multa ſint obvia, quorum manifeſtam negare auctoritatem, ante hoc tempus inaudita præcipitis judicii ſententia eſſet. Hæc vero ſi forte critici doli alicujus incuſarent, ab omnibus Gymnaſiis amandandi eſſe viderentur. Nos interim quocumque vocamur a Memorialis auctore ire non recuſantes, arma illa miſſa facimus, quæ victoriam pollicentur: iis enim decertare deliberavimus, quæ proponuntur, quæque omnes aptiſſima judicabunt ad ſingularem de hoſte triumphum reportandum, qui ſuis nimio plus viribus fidens nos laceſſere non veretur.

CAPUT II.

Auctores aliquot recenſentur e multis qui Toletani Primatus cauſam tuentur.

SUMMA CAPITIS.

I. *Auctorum teſtimoniis comprobatur, Toletanam Primatiam eſſe antiquiorem invaſione Maurica in Hiſpaniis.*
II. *Teſtimonium Joannis Morini Scriptoris Franci.*
III. IV. *Fr. Franciſci Longi Coriolani Scriptoris Itali.*
V. *Baronii.*
VI. *Spondani.*
VII. *Lucii Marinæi Siculi.*
VIII. *P. Jacobi Gordon Soc. Jeſu natione Scoti.*
IX. *P. Jo: Baptiſtæ Riccioli Soc. Jeſu Itali; & Jo: Aloyſii Gotophridi Germanici Scriptoris.*
X. XI. XII. *P. Petri Joſephi Cantelii Soc. Jeſu Scriptoris Franci.*
XIII. *Genebrardi Franci; & Petri Opmeer ex Hollandia.*
XIV. *Cardinalis Jacobatii.*
XV. XVI. *Innocentii Cironii Franci.*
XVII. *Franciſci Halier Franci.*

XVIII. *Fr. Franciſci Bordon Itali, & Nemauſenſis Epiſcopi Spiritus Flechier.*
XIX. *D. Franciſci Gonzagæ.*
XX. *Nullus ex prædictis Auctoribus ab Hiſpania petitus eſt.*
XXI. *Laudati omnes Auctores integræ fidei haberi debent.*
XXII. *Gaſparis Ibannez, & Marchionis de Mondeyar Hiſpanorum.*
XXIII. XXIV. *Cardinalis Aguirre.*
XXV. *Garſiæ de Loayſa.*
XXVI. *Nicolai Antonii Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonici.*
XXVII. *M. Petri Medinæ Hiſpalenſis.*
XXVIII. *Petri Albarcæ Aragonienſis.*
XXIX. *Franciſci Ruiz de Vergara.*
XXX. *Joannis Martines Silicei.*
XXXI. *Joſephi Pelliſſer de Thobar.*
XXXII. *Salvatoris Sylveſtri de Velaſco Hiſpalenſis Canonici.*
XXXIII. *Fr. Prudentii Sandoval Pampelonenſis Epiſcopi.*
XXXIV. *Ambroſii de Morales.*
XXXV. *P. Bartholomæi Alcazar Soc. Jeſu.*
XXXVI. uſque ad XLI. *Equitis Aloyſii de Salazar.*
XLI. *Ex Didaco de Caſtejon ſeries ingens Auctorum obiter profertur.*

I. Deliberatum mihi eſt, nec verba eadem, nec ſingillatim omnia proferre, quæ apud plurimos Auctores Toletano Primatui patrocinantes occurrunt, quorum copia ingens ab Ill. Didaco *Caſtejon* exhibetur tomo primo, nobiſque poſtremo numero hujus capitis memoratur. Ex iis aliquot ipſe proferam, alioſque præterea plures, quorum pleroſque, immo pene omnes, Didacus nec memorat, nec memorare potuit. Id autem moneo inſtituti noſtri eſſe, ut doceam Toletanam Eccleſiam honore Primatus nituiſſe antequam Barbari Hiſpanias invaderent: neque enim nitar impræſens primordia ejuſdem Primatus referre; ita enim, ſi forte quæ adducam teſtimonia, a vetuſtate majori petendam originem comprobarent, quam quæ ab aliquibus quæritur, pro eo ut meum ſit argumentum infirmius, robuſtius efficietur. Cæterum quotquot Auctores Primatialem aſſerunt Toletanam Eccleſiam Gothorum temporibus, ii cauſæ noſtræ ſuffragantur, noſtrumque comprobant argumentum; eos itaque inſtar teſtium producemus hac in controverſia noſtras partes tuentium.

II. Primus omnium hanc in arenam deſcendet vir doctiſſimus, & juxta eruditiſſimus Joannes Morinus Eccleſiæ Hiſpalenſis aſſertor ac vindex, proindeque præ cæteris maxi-

Digitized by Google

ximc incorruptus, omnique exceptione major. Ipſius teſtimonium exactiſſime producam, ut ſoleo. Eccleſiaſticarum exercitationum libro primo, pag. 275. ad marginem ſic legitur: *Toletano Primatus aſſeritur*. Quam rem intus ſic declarat: *Tandem admittentibus Gothorum Regibus in Concilio Toletano XII. & Æra 719. ſive Chriſti 681. magna ex parte voti compos fit Toletanus Archiepiſcopus: ita enim cap. 6. decernitur, unde placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ, ut ſalvo privilegio uniuſcujuſque Provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoſcumque Regalis poteſtas elegerit, etiam dicti Toletani Epiſcopi judicio eos dignos eſſe probaverit, in quibuslibet provinciis in decedentium ſedibus præficere Præſules, & decedentibus Epiſcopis eligere ſucceſſores.... Ita autem brevi tempore invaluit auctoritas iſta, ut duodecim poſt hoc Concilium annis de Primatu Toletano nihil amplius ambigeretur... Ne autem exiſtimes Hiſpanos Epiſcopos, minimum ſibi tribuentes hanc auctoritatem, in Toletanum Epiſcopum contuliſſe, Cindaſuinthus privilegium iſtud a Pontifice impetraverat... Ab eo tempore Conciliis Hiſpaniæ Generalibus præſuit Archiepiſcopus Toletanus. Recuperato tandem Toleto ab Alphonſo ſexto, Primatus quoque ei ab Urbano ſecundo reſtitutus eſt.* Sic laudatus Morinus libro prædicto editionis Pariſienſis anno 1626. Qui auctor quum Gallus ſit genere, & Eccleſiæ Hiſpalenſis fautor, ſtudio partis motus eſſe non dicetur.

Jo. Mor. exerc. Eccleſ. lib. 1. exerc. 32. pag. 275.

III. Proxime hunc æque incorruptus auctor proferendus ex Italis, doctiſſimus nempe Fr. Franciſcus Longhus Coriolanus ordinis Capuccinorum, qui ſemel atque iterum aſſerit Toletanæ Primatum Eccleſiæ. Auctor hic graviſſimus in ſumma Conciliorum editionis Antverpiæ 1623. in notis ad Toletanum Concilium XIII. ſic fatur: *In Hiſpania Archiepiſcopus Toletanus vocatur Primas; eo quod ſupra Hiſpalenſem, Compoſtellanam, Bracharenſem, Elborenſem, Ulyſſiponenſem, Granatenſem, Cæſarauguſtanam, Valentinam, Burgenſem, Tarraconenſem, & Narbonenſem Eccleſias Metropolitanas, jus, & Primatum habet. De qua re fuſius diſſerit Binius in opuſculo ſuo de Primatu Eccleſiæ Toletanæ.*

Coriol. ſum. Conc. pag. 586.

IV. Idem Auctor in Breviario chronologico Pontificum, & Conciliorum ad annum 610. ſic habet: *Ut autem non unius Carthaginenſis Provinciæ; ſed totius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet; ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam conſequutam eſſe, certum eſt. Sed quando id primum, nobis in-*

Idem brev. chron. Pont. & Conc. pag. 189.

incompertum eſt... Summo tamen honore ſuper omnes alias Hiſpaniarum Eccleſias, ſemper habitam eſſe Toletanam, frequentiora illic celebrata Concilia ſatis indicant.

V. Quam quidem ſententiam Coriolanus totam Baronio acceptam refert, pauca præter verba quæ omiſit. Cujus Eminentiſſimi viri auctoritatem, quia plurimi faciendam ſcio, novi inſtar teſtimonii repetam, argumenti cauſa confirmandi; necnon adjungam quæ Coriolanus præteriit. Annalium igitur tomo 8. pag. 217. ſic legitur: *Ut autem non unius Carthaginenſis Provinciæ, ſed totius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet, ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam eſſe conſequutam certum eſt. Neque id ſemel, ſed repetitis ſæpius Privilegiis perpetuo ſtabilitum... Quando autem acciderit, ut Toletana Eccleſia ab Eccleſia Romana hujuſmodi ſit conſecuta privilegium, id fateor hactenus inexploratum.... Cæterum ſummo honore ſuper alias Hiſpaniæ Eccleſias ſemper habitam eſſe Toletanam evidens eſt illud argumentum, quod longe frequentiora illic reperiantur Concilia celebrata.* Sic Baronius.

Baron. tom. 8. ad ann. 610. p. 217.

VI. Quam rem iiſdem prorſus verbis tradit Spondanus. Hîc vero notandum, quod graviſſimi ambo Scriptores non ſolum vetuſtiſſimum affirmant Primatum, quem ipſe defendendum ſuſcepi, quin etiam addunt, *certum eſt*: firmiſſimas aſſequuti rationes quæ Toletanam Eccleſiam ab antiquiſſima memoria Primatialem fuiſſe evincunt.

Spondan. tom. 2. pag. 117.

VII. Penes Lucium Marineum Siculum ſemel atque iterum hujuſce Primatus ſit mentio. Primùm ubi deſcribens Hiſpaniam lib. 2. pag. 9. ſic loquitur de Toleto: *Hujus Antiſtes in Hiſpania ſecundus eſt a Rege, non dignitate ſolum, & auctoritate; verum etiam populis, vectigalibus, & potentia.* Et libro 4. pag. 21. de Hiſpaniarum Præſulibus ſic: *Inter Hiſpaniæ Pontifices, qui ſunt numero quinquaginta quinque, Toletanus Antiſtes cæteros honoribus, redditibus, & dignitate præcedit. Eſt enim Caſtellæ maximus Cancellarius, qui nunc Hiſpaniarum Primatum tenet, ratione dignitatis.*

Luc. Mar. Sic. l. 2. pag. 9.

Idem l. 4. p. 21.

IX. P. Jacobus Gordon Societatis Jeſu, natione Scotus ſua in chronologia ab initio Mundi ad A. 1616. anno 610. pag. 375. *Toletanum, ait, Concilium habitum Æra 648. de controverſia ex Primatu Toletanæ Eccleſiæ in Provincia Carthaginenſi. Conſtat tamen illius nobiliſſimæ Eccleſiæ ampliorem fuiſſe poſtea, & in omnes Hiſpaniæ Eccleſias prærogativam.* Anno item 649. pag.

Jacob. Gordon. in oper. chron. ann. 610. p. 375.

Idem pag. 376. pag. 376. expreſſius addit: *Cindaſuinthus impetrat a Romano Pontifice, ut prima dignitas ſit Toleti, ut ab antiquo fuerat.* Quid clarius deſideratur?

IX. P. Joannes Baptiſta Ricciolius e Soc. Jeſu Italus tomo altero chronologiæ reformatæ ad uſum inclytæ juventutis, quæ in Seminario Parmenſi inſtituitur pag. 90. ad annum 610. ait: *Concilium Toletanum celebratum ſub Rege Gundemaro, pro Primatu Eccleſiæ Toletanæ.* (*Ricciol. tom. 2. chron. pag. 90.*) Et Joannes Aloyſius Gotophridus Germanus natione in magno eo volumine, quod inſcripſit: *Archonologia Coſmica, ſeu Imperiorum, Regnorum, Principatuum, rerumque publicarum commentarii luculentiſſimi*: pag. 219. de Hiſpaniarum Præſulibus ſermonem inſtituens, ſic orditur: *Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniæ Primas, magnus Regni Caſtellæ Cancellarius.* (*Aloyſ. Gotophr. Archonol. p. 219.*)

X. P. Petrus Joſephus Cantelius e Soc. Jeſu Gallus genere, in volumine, cui nomen: Hiſtoria Urbium Metropolitanarum, frequentiſſime aut exprimit, aut ſubintelligit Toletanæ Primatum Eccleſiæ. Parte prima, diſſertatione prima, num. 6. diverſitatem Primatuum exponens, quos novit antiquitas; *Ut apud Græcos*, inquit, *ita etiam apud Latinos diverſa Primatûs acceptio, & poteſtas fuit. Alii jam a primis temporibus integram regebant Diœceſim, ut Romanus Italiam, Carthaginenſis Africam, & multo poſt Hiſpaniam Toletanus.* (*Cantel. Metrop. Urb. Hiſp. p. 1. n. 6. pag. 12.*)

XI. Idem agens de præeminentia Præſulis antiquioris tum ubi ſedendum, tum ubi eſſet ſubſcribendum, ſic: *Haud aliter in Hiſpania antequam Toletano Epiſcopo Primatus dignitas permiſſa eſſet... Ut vero Primatis jura Toletano firmata ſunt, illius fuit & Synodis præſidere, & ante cæteros ſubſcribere; quod exemplo nos docent in nona, duodecima, & aliis Synodis Eugenius, & Julianus Toletani.* (*Idem diſſert. 6. pag. 127.*)

XII. Et loquens de loco præferendis in ſeſſione Conciliorum Oecumenicorum præ aliis ponit quatuor Orientis Patriarchas proxime Pontificem Summum, ac proſequitur: *Hos excipiunt Occidentis Patriarchæ aliis nomine quidem pares, re tamen, & dignitate inferiores multo. Deinde ſedent Primates, ut Lugdunenſis, ut Toletanus.* Et paulo infra: *An non potior auctoritas, & Moguntinenſis in Germania, & in Gallia Lugdunenſis, & in Hiſpania Toletani, quam Aquilejenſis in Italia?* Aquilejenſis hic Archiepiſcopus Patriarcha nuncupatur, nec tamen idem auctoritate in Italia comparari poteſt cum prædictis (*Idem ibid. p. 135.*)

dictis

dictis Archiepiſcopis in Germania, Hiſpania, & Gallia, utpote qui ſuis in Provinciis gaudent honore Primatus.

XIII. Genebrardus Gallus Auctor ad annum Chriſti 657. pag. 489. vel ea tempeſtate Hiſpaniarum Primatum ad Toletanam Eccleſiam pertinuiſſe teſtatur. Idemque affirmat Vaſeus Belga Bruxellis oriundus. Quorum licet non probem ſermonem de Theodiſchi Apoſtaſi, partem tamen illam non improbo, quæ ad rem noſtram plurimum facit, vel ab anno 657. Primatus honorem aſſerens Toletanæ Eccleſiæ. Petrus Opmeer ex Hollandia vir cumprimis eruditus ſuo in opere, quod *opus chronologicum univerſi orbis*, inſcribitur, Amſteledami editum ann. 1611, ad annum veniens 1088. pag. 368. quanquam nihil de Primatu habet, quo antiquitus Toletum fruebatur; firmum tamen atque conſtantem aſſerit ab Urbano II. his verbis: *Urbanus II. Archiepiſcopum Toletanum Primatem totius Hiſpaniæ conſtituit, eſtque hic dignitate, & potentia ſecundus a Rege.*

Genebr. chron. ann. 657. p. 489. Vaſeus ad eumdem. ann. p. 105.

Opmeer. chron. univ. orb. pag. 368.

XIV. Jacobatius Cardinalis tom. 13. p. 1. lib. 1. de Conciliis art. 1. num. 260. pag. 190. poſtquam de Patriarchis, quos aliqui Primates etiam appellant, dignitate enim ferme utuntur æquali, eſt locutus: *Sunt*, inquit, *etiam Primates in Italia Archiepiſcopus Piſanus, in Ungaria Archiepiſcopus Strigonienſis, in Alemania Archiep. Magdeburgenſis, in Hiſpania Archiepiſc. Toletanus, &c.* Sic Auctor iſte graviſſimus, & juxta antiquiſſimus, qui ab annis fere trecentis floruit.

Jacobat. to. 13. p. 1. lib. 1. de Conc. art. 1. n. 260. p. 190.

XV. Innocentius Cirronius J. U. D. (hunc Marchio de Mondejar quandoque Joannem incuriâ Typographi appellat, nam Innocentii ut plurimum eidem nomen tribuit) Toloſanæ in Gallia Eccleſiæ Canonicus, & Univerſitatis Cancellarius in excerptis ſuper Honorii Decretalibus epiſtolis ſemel, iterumque agit de re noſtra, totidemque vices Primatialem fatetur Toletanam Eccleſiam. Primum in lib. 7. de in integrum reſtit. in notis ad cap. 1. tit. 23. ubi ſic: *Ex quo conjiciendum eſt hanc controverſiam inter Rhodericum Imenenſem Toletanum Præſulem, magni animi virum, & doctrinæ opinione ſingularem, qui ſedebat ſub Honorio noſtro, & Archiepiſcopum Bracarenſem, qui jugum Toletanum excutere cupiebat, terminatam, vel præjudicatam fuiſſe in favorem Toletani.* Appoſite ait quidem, *jugum excutere*, namque ei ſubjecerat cervices Apoſtolicorum ſententia Judicum, qui ut Toletanum

Innoc. Cirron. in Decr. Honor. l. 1. de in integ. reſtit. tit. 23. c. 1. in annot.

Archiepiſcopum Primatem agnoſceret mandaverunt. Hac ſuper re videnda Card. Hyacinthi ſententia, & Hiſpanienſes Hiſtorici; quum enim controverſia hæc noſtra ad Bracarenſem non ſpectet Eccleſiam, non eſt opus copiam teſtium afferre.

Idem lib.2.tit.4. de dilat.cap.41. in annot.

XVI. Libro item ſecundo tit. 4. de Dilationibus in notis ad cap. 3. eamdem ſententiam repetit his verbis: *Licet antea de hac quæſtione tractatum fuerit in cap. finali de in integrum reſtitutione, adjiciendum & hoc putavi, contentionem inter Toletanum, & Bracarenſem Epiſcopos de Primatu, in gratiam Toletani deciſam fuiſſe. Conſtat ex Concilio Toletano duodecimo, Canone 6. anno* 881. *quod eſt antiquius monumentum. Licitum maneat Toletano Pontifici, in quibuslibet Provinciis præficere Præſules, & decedentibus Epiſcopis eligere Succeſſores. Quod jus ſine dubio ad Primates tantum pertinebat.* De hac mihi auctoritate infra dicendum erit, quo vis meo argumento major accedat.

Hallier de ſacra elect.2. 2. art. 3. §.5.n.19.

XVII. Eadem profecto eſt opinio ſapientiſſimi Doctoris Theologi Franciſci Hallier item Galli *de ſacra electione*, quum ait: *Erectio quoque Primatus Toletani in Hiſpania facta eſt, maxime propter ordinationes tam Metropolitanorum, quam Epiſcoporum, quos nominatos a Regibus facilius Toletani conſecrabant Antiſtites.* Hoc ego teſtimonium excellentiſſimo Marchioni de Mondejar acceptum refero ſuis in diſſertationibus Eccleſiaſticis, non enim copia fuit auctoris. Adeſt præterea par Doctorum eruditiſſimum e Galliis, qui Primatum Toletanum aſſerunt Gothorum ævo. Hi ſi adjungantur ex eadem gente jam allatis, jure ac merito Ill. Marca auctoritatis pondus æquare poterunt.

Mondejar differt. Eccleſ. pag. 401.

Bordon. de Præced. n. 167. §. Patriarchæ.

XVIII. Reverendiſſimus Fr. Franciſcus Bordon Generalis tertii Ordinis D. Franciſci auctor Italus ſuo in libro, quem de Perſonarum præcedentia, pro genere dignitatum inſcripſit, poſtquam docuit num. 167. §. *Patriarchæ*, præter nomen, inter Patriarchas, & Primates diſcrimen aliud nullum intereſſe; itemque quatuor Patriarchas Conſtantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum cæteris præſtare omnibus omnium Præſulibus Eccleſiarum ad §. *Præter*, ſic ait: *Præter illos quatuor, ſunt alii Patriarchæ Aquilejenſis, Gradenſis, Toletanus, &c.* Et Ill. Nemauſenſis Epiſcopus Spiritus Flechier in venerab. Cardin. Ciſnerii vita, de ampliſſima Toletani Archiepiſcopi dignitate

tate loquens: *Es*, ait, *Gran Canciller, y Primado de las Eſpañas*. „ Eſt Magnus Cancellarius, & Primas Hiſpaniarum. Poſtmodo refert, Domnum Bernardum primum Archiepiſcopum, Saracenis jam expulſis, Primatum inſtauraſſe; quod innovatam ſignificat antiquam poſſeſſionem. *Eſte* (verba ſunt ejuſdem Epiſcopi) *reſtableciò la Primacia por autoridad de la Sede Apoſtolica*. „ Hic auctoritate Sedis Apoſtolicæ Pri„ matum inſtauravit.

Spirit. Flech. in vita Card. Ciſp. l. 1. pag. 47.

XIX. Magnum ſane atque evidens detrimentum operi meo, ac Primatui Toletano afferrem, ſi auctoritatem Ill. D. Franciſci Gonzagæ præterirem, qui honoribus quibuſcumque poſthabitis, quos inclytum genus, ſanguinis conjunctio cum tot Principibus, ampliſſima Proavorum merita pollicebantur, D. Franciſci Religionem amplexus, Seraphicum induit amictum in celeberrimo, ac juxta religioſiſſimo conventu, cui S. Mariæ Angelorum id temporis, S. Didaci *de Alcalà* noſtra hac tempeſtate, nomen eſt, 17. Calendas Junias 1562., ut ipſe refert. At quoniam umbra virtutis eſt gloria, ejuſque vel invitæ, Philoſopho teſte, ſemper lateri adhæret, & velit, nolit, veſtigiis inſiſtit, induſtria omni nequidquam adhibita univerſi ordinis Generalatus munus ſubiit, votis id omnium enixe petentibus, nec Ticini, ac Mantuæ Eccleſiarum regimen ſuffragiis item omnium coeuntibus declinavit. Ill. hic Princeps de Toleto, ejuſque Primatu loquens hæc refert: *Jure optimo non tantum Caſtellæ novæ, ſive Toletani Regni Primatum, ſed totius Hiſpaniæ, atque etiam Galliæ Gothicæ Principatum aliquando obtinuit. Quamobrem D. Rhodericus Toletanus Archiepiſcopus in Concilio Generali Lateranenſi, poſt acutam, atque prolixam diſputationem, ab ejus Præſide Innocentio III. Pont. Max. omnium Hiſpaniæ Epiſcoporum, atque Archiepiſcoporum Primas declaratus eſt. Quo etiam titulo ejus ſucceſſores potiti ſunt, & uſque in præſens ulla abſque contradictione gaudent.* Quo teſtimonio nihil præclarius, nihilque inſtituto noſtro magis congruum deſideratur.

Ill. Gonzaga de orig. & progreſſ. Relig. Seraph. p. 3 pag. 604.

XX. Antequam refero Scriptores alios tum e noſtris, tum ex Regnis exteris quorum vim ingentem numerando percenſet Ill. de Caſtejon, aliique poſt eum Hiſpani auctores, de quibus opportuna erit mentio, ſerio id animadvertam neceſſe eſt; quod nempe illorum nemo ex Caſtella, immo ne ex Hiſpania quidem petitus fuit, omnes quippe ſunt

exteri, omnique vacant ſtudio erga Toletanam Eccleſiam. Gallia, Germania, Italia, Scotia, Flandria, Hollandia exhibuere doctiſſimos illos viros, eque iis non paucos ab Eccleſia Hiſpalenſi commendatos jure ac merito ob eruditionem, omneſque a prudentibus dignos habitos, qui eruditorum facile principes prædicentur, quibuſque ne ſeveriores quidem critici conſpicuum inter ſuos locum negent. Ecquid contra teſtes adeo celebres Eccleſia Hiſpalenſis objectet, ut fidem non faciant integram cauſæ noſtræ? Lubenter audiam. Studiumne? At ſui omnino juris ſunt. Num ignorationem? Id quidem nefas, ab omnibus quippe eruditi prædicantur. Num imprudentiam? At vetuſtis in monumentis perſcrutandis ſunt accuratiſſimi, iiſque interpetrandis ingenioſiſſimi. Num denique colluſionem præoccupationemve? At ſua ipſi teſtimonia longe ante conſcripſerunt, quam recentis hujus controverſiæ prævisum quid fuerit. Fides igitur adhibenda eſt integra ejuſmodi teſtibus utpote ab omni ſtudio partis alieniſſimis.

XXI. Par doctrina, & juxta eruditione præſtantiſſimum e noſtris, quorum uterque lapſo jam ævo floruit, cauſæ ſuppetias venit, ad noſtra roboranda præſentiſſimum; etenim uterque ſummam ſibi æſtimationem apud omnes collegit: Excellentiſſimus nempe Gaſpar Ibañez de Segobia, & Mendoza, Acropolis olim Marchio, pòſt Mondejar, quem optime de ſe meritum critici venerantur; & Emin. Card. Aguirre, quem præſtare omnibus docti fatentur, accuratiſſimum Antiquitatis interpretem eruditi homines colunt. Eccleſiæ Hiſpalenſi non diffiteor, hac in re uterque minimo eſt in pretio, hauddubie tamen conſtare illi debet cum doctis. At enimvero mirum, quod tanta auctoritate, dignitate, ſapientia homines tantuli apud eam ſint, ut ne unum quidem probabile fundamentum admittat Primatus Toletani, quem hi certum, & minime dubium eſſe contendunt. Major ſane apud omnes invaluit eorum æſtimatio, quam quæ a Memoriali præſefertur.

XXII. Marchionis exemplum præferri oportere ſumratus, utpote qui primus de re ſerio, & mature diſſeruit. Auctor hic præclariſſimus ſuis in diſſertationibus Eccleſiaſticis diſſert. 4. multus in hoc eſt a numero incipiens 66. Ubi autem venit ad Can. VI. Concilii Toletani decimi ita diſſe-

diſſerit: *En el Concilio Nacional, que ſe celebrò en Toledo el año de 681....ſe decretò confirmaſſe el Prelado de Toledo, y ordenaſſe todos los demàs Obiſpos de Eſpaña, y Francia, transfiriendo en èl la autoridad de los Concilios Provinciales, à quienes competia por derecho... cuya prerrogativa... es la mayor demonſtracion de que ſe eſtableciò, deſde entonces, ſin contradicion, eſta honorifica excelencia en los Metropolitanos de Toledo, como juriſdicion inſeparable, y conſiguiente à la Primacìa.* Et numero proxime ſequenti poſt verba laudati Canonis ita proſequitur: *En que no tiene duda ſe eſtablece el Primado de Eſpaña, y Galia Gotica, con eſta prerrogativa de tanta ſuperioridad....à todos los demàs de la Igleſia... Y aſſi no tiene duda... que permanente deſde entonces, ſegun obſerva Juan Cironio* (Innocentius) *aunque con variedad en los actos de juriſdicion, ſegun los accidentes de el tiempo, ſe conſerva en la Igleſia de Toledo.* Quæ latine redduntur: „ In Concilio Nationali Toleti habito A. 681... Decretum „ fuit, ut Toletanus Præſul confirmaret, ordinaretque cæ„ teros omnes tum Hiſpaniæ, tum Galliæ Antiſtites, in „ ipſum translata Provincialium auctoritate Synodorum, „ ad quas jure id ſpectabat... Qui plane honor... præſentiſ„ ſimum argumentum eſt, vel ex eo tempore in Toletanis „ Metropolitis magnificam eam excellentiam fuiſſe conſta„ bilitam, tanquam juriſdictionem inſeparabilem & conſe„ quentem ab ipſo Primatu. Et num. 70. & 71. „ Quare „ dubitari omnino non poteſt, quin Hiſpaniæ, ac Galliæ „ Gothicæ Primatus honore illo tam eximio præeminen„ tiæ...ſuper cæteros Eccleſiæ Præſules....conſtabiliatur. „ Itemque pro certo habendum eſt; quod vel tempore ab „ illo permanens, ut notat Joannes Cirronius, quanquam „ varietas inter actus Juriſdictionis occurrat, pro tempo„ rum conditione, in Toletana Eccleſia jugiter conſervetur.

Gaſpar Ibannez Marchio de Mond. diſſ. Eccl. diſſ. 4. c. 3. n. 66.

Idem 70. & 71.

XXIII. Audiendus modo Em. Aguirre. Quia tamen referendi ergo quidquid ipſe ait ad rem noſtram, caput integrum conficiendum eſſet, idcirco titulum tantum exhibeam diſſertationis ſextæ excurſ. 4. *Primatus Eccleſiæ Toletanæ tam in totam Provinciam Carthaginenſem, quam in alias Hiſpaniæ Metropoles, quibus gradibus, & quomodo ſtabilitus fuerit, præſertim ab anno 672. & unctione Regia Gothorum in ſuis coronationibus uſque ad irruptionem Saracenorum in Hiſpaniam, & deinceps a tempore Urbani II. Papæ.* Sicui forte hujus teſtimonii

Card. Aguirr. tom. 2. diſſ. 6. excurſ. 4. pag. 164.

veritas in dubium venerit, is totum hunc Em. Cardinalis tractatum perlegat.

XXIV. Huic teſtimonio adjungam neceſſe erit verba quibus numerum 58. abſolvit: *Itaque tam in eo Concilio XII. Toletano, quam in aliis omnibus quotcumque intra Hiſpaniam celebrata fuerunt Nationalia uſque modo pluſquam mille annorum ſpatio, ubicumque intervenere Præſules Toletani, cum aliis Metropolitanis, ſemper primum locum habuerunt, veluti Primates totius Hiſpaniæ, etiamſi contingeret alios Metropolitanos intervenire ordinatione antiquiores*. Ita Scriptor hic æque virtutis, & ſanctimoniæ laude cumulatiſſimus, atque dignitate ampliſſimus, loquitur.

Idem ibi n. 58.

XXV. Graviſſimos inter Scriptores, qui ad Toletani Primatus cauſam accedunt, reticere non poſſum nec debeo Ill. Garſiam de Loayſa, cui præſtantiſſimæ, ſingulareſque animi dotes principem Hiſpaniæ ſedem compararunt, quo per ſapientiam, per morum integritatem, perque prudentiam ſingularem veluti per quoſdam laudabiles gradus aſcendit; harum quippe ſplendore Philippus II. cognomento prudens illectus ipſi Philippum filium inſtituendum commiſit, qui ab inſtitutione iſta Garſiæ tam religioſa, in Regem adeo ſanctum evaſit. Quum is agendo ſuæ incrementum æſtimationi adeptus eſſet, ab eodem Rege Adminiſter electus fuit Archiepiſcopatus Toletani pro Cardinali Archiduce Alberto, quo ultro ſe abdicante ab honore illo, Rex Garſiam propoſuit, ut tanti onus Principis ſubiret, quanquam inexplicabili propediem ſuccedente Diœceſis dolore, nam gaudii ſignificationem nedum expletam excepit gemitus ob ſedis poſſeſſionem maxime compendiariam, eodem quippe tempore mœſtæ ob viciſſitudinem auditæ voces, quo ipſi ad tantæ faſtigium dignitatis elato plauſus, acclamationeſque ſunt factæ. Garſias de Loayſa multo quidem prius, de Toletano Primatu tractatum confecerat, quam Archiepiſcopus renunciaretur. Quanquam autem non noſtrum ad inſtitutum ea omnia ſpectent, quæ ipſe probare nititur; tamen quæ ab ejus dictis conſequuntur non modo non improbamus, verum etiam probabilia eſſe admodum fatemur ob rationes, atque auctoritatem, quæ a tanto Magiſtro proficiſcuntur.

Garſias Loayſa in collect. Conc. Hiſp. ad Decr. Reg. Gund. pag. 266.

XXVI. Nicolaus Antonius cumprimis eruditus, plurimi-

mique inter ſapientiores habitus, Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonicus valdequam appoſite noſtram ad cauſam accedit, ſummis proſequens laudibus Garſiam; Toletanam enim Eccleſiam principem, ſeu Primatialem appellat omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ. Audiamus quibus exprimit verbis Garſiæ ad Toletanam Sedem aſcenſum: *Renuntiante Alberto Clemens Papa VIII. poſtulante eodem Rege, non diu ſupervicturo gratiam Toletanæ Eccleſiæ, cæterarum Hiſpaniarum Principi anno 97. ſupra ſeſqui milleſimum, impoſuit*. Si forte Hiſpalenſi Eccleſiæ quæ contra nos facit, vocis *Principi*, quæ ſane *Primatui* reſpondet, ejuſmodi ſignificatio non verat; fatendum tamen eidem erit, in graviſſimi hujus Canonici gratiam, quod Toletana Eccleſia inſtar Principis, ac dignitate, amplitudine, auctoritate cæteris major habenda eſt. *D. Nicol. Ant. tom. 1. Biblioth. Hiſp. pag. 394.*

XXVII. Alios hic auctores ex Hiſpania numerando percenſeam digniſſimos, de quibus præclara fiat mentio, licet obiter, curſimque ſuam de Toletano Primatu ſententiam tulerint. M. Petrus Medina genere Hiſpalenſis operi, quod *Grandezas de Eſpaña* inſcripſit, lib. ſecundo cap. 73. edit. anni 1564. ubi loquitur de Toleto Urbe Alphonſi VI. virtute in libertatem aſſerta. *Fue electo*, inquit, *por Arzobiſpo, y Primado de las Eſpañas Don Bernardo.* „ D. Bernardus Hi„ ſpaniarum Archiepiſcopus, & Primas electus fuit. Et ſupra cap. 23. libri primi, ubi dignitates Hiſpaniæ tum Eccleſiaſticas, tum ſæculares refert, ſic orditur: *Arzobiſpos. Arzobiſpo de Toledo Primado de las Eſpañas.* „ Archiepiſcopi. „ Archiepiſcopus Toleti, Hiſpaniarum Primas. Mox ſequitur: *Arzobiſpo de Sevilla, &c.* „ Archiepiſcopus Hiſpa„ lenſis, &c. Auctoris hujus teſtimonium maximi eſt momenti, tum propter ipſius ſapientiam, tum quia tanquam Hiſpalenſis, omni ſtudio carere videtur. *M. Petr. Medin. Grandez. de Eſp. lib. 2. cap. 73.* *Idem lib. 1. c. 23. pag. 25.*

XXVIII. Aliud item teſtimonium omni majus exceptione ſuppetit, namque ab Aragonienſi hiſtorico petitum eſt, qua in Provincia Tarraconenſis eſt Archiepiſcopus, qui cum Toletano de Primatu contendit; nempe a doctiſſimo Magiſtro Petro Abarca Societatis Jeſu, Salmanticenſis Academiæ oraculo, cujus ſcientiæ, ac maturitatis in judicando atque ſentiendo pro teſtibus ſunt quicumque jure ſapientes nuncupantur. Auctor hic præſtantiſſimus, magnus jam, conſummatuſque Theologus, mox hiſtoriæ Scriptor celeberrimus

mus, altero in Aragonienſium Annalium volumine pugnam ad Salſum referens, virtutemque ac vires commemorans, quibus D. Ægidius Alvares Albornotius Toletanus Archiepiſcopus ornabatur; qui vel maxima inter diſcrimina Alphonſi XI. Regis lateri nunquam non adhæſit, præſentia, ac ſermone addens Regi animos, perinde ac celebri in alia pugna *de las Navas* in Toloſana Provincia Regi Alphonſo VIII. Archiepiſcopus Rhodericus auxilium præſtiterat, & ab ipſo nec minimum recedens gliſcente atrociſſima pugna, ſingularem Regis alacritatem adhortationibus inflammarat; *Ni en eſta Batalla*, inquit, *ni à eſte Rey Don Alfonſo le faltò ſu Arzobiſpo Don Rodrigo. Tanto debe Eſpaña apreciar la autoridad, y dignidad de la Primacìa de Toledo.* „ Neque „ in hac pugna, neque huic Regi Alphonſo defuit ſuus Ar- „ chiepiſcopus Rhodericus: tanti facienda eſt auctoritas, at- „ que dignitas Toletani Primatis. Ita de Toletano Primatu ſentiunt, qui æquitatem, rationemque citra livorem noſcentes, quibus cauſa illius nititur, eas nequaquam obtrectantes extollunt:

P. Abarc. Annal. Arag. tom 2. c. 1. pag. 93.

XXIX. Ejuſdem plane ſententiæ eſt Franciſcus Ruiz de Vergara ſupremus, ac Regius Caſtellæ Conſilii Senator in libro quem anno 1661. in lucem edidit de nunquam pro meritis commendato S. Bartholomæi Salmanticæ Univerſitatis Collegio: quanquam enim vox iſta *Primatus* eo in libro non legitur, voces tamen aliæ ejuſdem, quin etiam majoris roboris fiunt obviæ. Tradens pag. 133. quomodo Petrus de Oropeſa D. Bartholomæi Collegio Alumnus, & a Regis Conſiliis Reginæ Catholicæ ad Toletanum Archiepiſcopatum extollere ipſum aventi, poſt magni Cardinalis Hiſpani obitum Petri Gonzalez Mendotii, nuncium remiſit, refert ſchedulam nominationis a Regina ipſi miſſam, ut ea inſpecta deliberaret, num primam Hiſpaniæ Præſulum recuſare dignitatem expediret. Quibus profecto verbis expreſſe, atque evidenter Primatus ſignatur, præclariora tamen non deſunt.

Franciſc. Ruiz. de univ. colleg. S. Barthol. pag. 133.

XXX. Idem auctor laudibus effert Card. Joannem Martinez Siliceum, cujus excellens, ſingulariſque doctrina patrii humilitatem loci extulit, &, ſi e Parentibus maxime conſpicuis duxiſſet originem, novis magniſque honoribus cumulaſſet, utpote præceptorem Regis qui unquam in Mundo fue-

fuerint Regum præſtantiſſimi: eæ vero laudes ſic ſe habent. *Por agradecimiento de las mercedes que avia recibido de los Reyes, eſcriviò èl miſmo un reſumen de ſu vida, ò por ventura fue humildad grande referir ſus principios obſcuros, y ſin eſplendor, quando avia conſeguido la mayor Dignidad Eclefiaſtica, que ſe conoce en la Chriſtiandad, deſpues de la Pontificia.* „ Ut Regibus pro „ acceptis tot beneficiis gratiam referret, ſuæ vitæ breviarium deſcripſit; niſi potius ad id præſtandum humilitas „ ſumma eum moverit, ut obſcuræ admodum ſuæ originis „ compotes omnes fierent, dum Eccleſiaſticis e dignitatibus „ principem, proxime Pontificiam, fuerat aſſecutus. Quidnam luculentius, aut ſignificantius dici potuit de dignitate Primatus, ad cujus faſtigium laudatus Præſul aſcenderat?

XXXI. Joſeph Pelliſſer de Thobar Æques S. Jacobi magnus Aragoniæ Chronographus vir tantæ eruditionis, quota ex ejus ſcriptis apparet, tantique nominis apud literatos, ut inter eruditos nequeat is cenſeri, quem lateant ejus opera; hac vero in re teſtis facile integerrimus, eo quod Aragonienſi ex Regno oriundus, ejuſdemque Regni rerum ſcriptor extiterit. Hic ſua in hiſtoria edita anno 1661. de familia Sarmienti, referens pag. 77. filios Petri Martinez de Luna Reccopolis, ac Polanæ Principis ita ſcribit: *Don Ximeno de Luna Obiſpo de Zaragoza, Arzobiſpo de Tarragona, y deſpues Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas.* „ Ximenes de Luna Epiſcopus Cæſarauguſtæ, Tarraconis Ar„ chiepiſcopus, denique Archiepiſcopus Toleti, Hiſpania„ rum Primas. Et pag. 82. Joannis Martinez de Luna Reccopolis Principis ac Thereſiæ Albornotiæ ſecundæ uxoris filios recenſens, eos inter memorat *Don Pedro de Luna, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas.* „ Petrum de Luna „ Archiepiſcopum Toletanum Hiſpaniarum Primatem. Et pag. 83. tradit, Alvarum de Luna Regii ſtabuli comitem fuiſſe fratrem de *Don Juan de Luna Obiſpo de Tuy, y de Oſma, Arzobiſpo de Sevilla, y Arzobiſpo, y Primado de Toledo.* „ Joan„ nis de Luna Tydes Epiſcopi, & Uxamæ, Hiſpalenſis „ Archiepiſcopi, & Primatis Toletani. Hujuſmodi ſermone utitur aliis in operibus, ubi mentio incidit de variis Archiepiſcopis Toletanis.

Joſeph. Pelliſſ. in hiſt. Famil. Sarmien. p. 77. 82. 83.

XXXII. Alius item omni exceptione major teſtis accedit genere Hiſpalenſis & Eccleſiæ Urbis ejuſdem Collegia-

giatæ Canonicus, quæ paret Hiſpalenſi Archiepiſcopo. Doctor nempe Salvator Sylveſter de Velaſco Protonotarius Apoſtolicus, & S. Salvatoris Hiſpalenſis Canonicus, qui anno 1696. librum edidit de fundatione Collegii Hiſpanorum S. Clementis Bononiæ, cujus ipſe Alumnus ab adoleſcentia fuerat. Sexto ejus libri capite Cardinalem Ægidium Albornotium Collegii ejus fundatorem tradit præſentationem reliquiſſe Cathedralibus cunctis Eccleſiis, in quibus aliquam dignitatem offendit: *Como de la Ciudad, ò Dieceſi de Toledo, de cuya Santa Igleſia Primada de las Eſpañas fue Arzobiſpo.* „ Ut „ Toletanæ Civitati, ac Diœceſi, cujus Eccleſiæ Hiſpania- „ rum Primatialis fuit Archiepiſcopus. Et pag. 116. de nobilitatis Decreto agens; *El Senor Obiſpo*, inquit, *Valenzuela Velazquez trae mucho de los Eſtatutos de limpieza de la Primada Igleſia Toledana, y Jaen, y Oſma, y muchas deciſiones, y autoridades en el Eſtatuto de la Santa Patriarcal Igleſia de Sevilla, mi Patria.* „ Epiſcopus Valentiola Velazquez complura no- „ bilitatis decreta educit ex Primatiali Eccleſia Toleti, Gien- „ næ, & Uxamæ, multaſque deciſiones, & auctoritates in „ ſtatuto Patriarchalis Hiſpalenſis patriæ meæ. Pag. item 224. expreſſe id repetit, dicens: *La Ciudad de Toledo, y ſu Santa Igleſia Primada de las Eſpañas.* „ Toletana Civitas, & „ ſancta ipſius Eccleſia Hiſpaniarum Primatialis aliquot habuiſſe Alumnos gloriatur in majori Bononienſi Collegio.

D. Salvat. Sylveſt. de Velaſc. de fundat. Colleg. S. Clem. Bonon. c. 6 pag. 78. c. 7. pag. 116. c. 15. pag. 224.

XXXIII. Cum eodem convenit Ill. D. Fr. Prudentio Sandoval Pampelonenſi Antiſtiti qui variis in ſuæ hiſtoriæ locis de Toletano Primatu mentionem facit. In hiſtoria fundationis Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti, in Monaſterii fundatione Fani S. Facundi frequenter memorat D. Bernardum electum fuiſſe *Arzobiſpo, y Primado de las Eſpañas.* „ Archiepiſcopum & Primatem Hiſpaniæ. Idem offenditur in hiſtoria Caroli V. Imperatoris: Tomo enim ſecundo auctor refert Card. Garſiam de Loayſa Hiſpalenſem Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatum cognoviſſe in Joanne Tavera tumquum loco eidem ceſſit in Conventu, prior licet Cardinalatus dignitatem aſſequutus eſſet. De hoc autem cap. 20.

Fr. Prud. Sandov. hiſt. fund. Monaſt. S. Benedicti & S. Facundi p. 62.

Idem hiſt. Car. V. tom. 2. p. 356.

XXIV. Quum fortuito fuerit mihi obvius Ambroſii de Morales, qui auctor inter plurimos ab Ill. Didaco Caſtejon prolatos recenſetur, quidam locus, hunc præterire im-

impune non poſſum, nec debeo, nam præ cæteris ad rem noſtram facit plurimum. In opuſculo ab ipſo edito de ſtatu Religionis Catholicæ S. Eulogii tempore, ſub Arabum Imperio: Cordubæ, ait, plures numero tum Catholicos floruiſſe; moxque proſequitur: *Non quod Toletana Eccleſia, ut olim fuit, & nunc quoque eſt, eo tempore totius Hiſpaniæ Primas eſſe deſierit, caputque Chriſtianæ apud nos Religionis haberi.* Quem locum videre eſt tom. 4. Hiſpaniæ Illuſtratæ.

Ambr. de Moral. Hiſp. Illuſtr. tom. 4 p. 220.

XXXV. Reverendiſſimus P. Bartholomæus Alcazar Societatis Jeſu humaniorum Profeſſor literarum in Imperiali Collegio Madriti, ſuæque Religionis Chronographus, necnon unus e primis Regiæ Academiæ Hiſpanienſis ſundatoribus in volumine quod de S Juliani Epiſcopi Conchenſis vita conſcripſit, lib. 1. cap. 21. dum refert S. Præſulem virtute duce Archidiaconi Toletani dignitatem fuiſſe conſequutum, Eccleſiam illam *Primada de las Eſpañas.* „ Primatialem ap-„ pellat Hiſpaniarum, idque ſæpe ſæpius affirmat.

P. Alcaz. vita S. Juli. l. c. 21.

XXXVI. Hos jam Auctores omnes recenſueram, quum venit in mentem teſtimonium a me nondum prolatum viri e recentioribus facile doctiſſimi, atque graviſſimi, quod licet ſimpliciter expreſſum, multum tamen affert roboris cauſæ noſtræ; inclyti nempe Aloyſii de Salazar ex Equeſtri Ordine Calatravæ, Commendatoris Zuritæ, a Regiis conſiliis in Conſilio Ordinum, virique eruditione præſtantiſſimi in Hiſpania noſtra; cujus ſententia, & judicium, obiter licet expreſſum, palam facit, quam firma ipſius opinio ſit de Toletano Primatu: etenim in tantæ auctoritatis, atque ingenii viro nihil dictum caſu, vel inconſulto haberi debet, quin ipſe confidero, ab illo omnia accurate, & attente dicta eſſe. Hic igitur tom. 2. hiſtoriæ, quam de Familia de Silva inſcripſit, quum Toletanæ Eccleſiæ nomen proferendum fuit *Primatialis* uno eam nomine appellat. Sic lib. ſexto cap. 5. de virtute agens Venerab. Beatricis de Silva, quæ Ordinem Puriſſimæ Conceptionis Mariæ Virginis Toleti fundavit; ubi narrat quæ evenerunt miracula, ut ad eam pervenirent confirmationis Diplomata per Innocentium octavum data pridie Calendas Majas anno 1489. ſic loquitur: *Suceſſo que ſe celebrò mucho en Toledo, y en la publicacion de las Bulas le predicò el Obiſpo de Guadix Don Fray Franciſco de Quixada, que aquel dia las avia llevado en proceſſion, con el Cabildo* Ecle-

D. Aloyſ. de Salazar. tom. 2. hiſt. Famil. de Silva l. 6 c. 5. p. 36.

Eccleſiaſtico de Toledo, deſde la Igleſia Primada, al Monaſterio de Santa Fè. „ Quæ res valde celebrata eſt Toleti, & in Di- „ plomatum Pontificis evulgatione prædicata per Guadi- „ cenſem Epiſcopum D. Fr. Franciſcum de Quixada, qui „ die illo ſupplicatione indicta una cum Toletanis Canoni- „ cis extulit ea Diplomata a Primatiali ad Monaſterium „ S. Fidei: Brevem plane ſignificationem, quantum ad voces, magnæ tamen auctoritatis, ſi graviſſimus earum Scriptor ſpectetur.

XXXVII. Hac, licet ſimplici, expreſſione ſatis mihi, meoque inſtituto erat factum; quum vero cætera Scriptoris hujus opera rimari licitum fuerit, opinionis meæ nullum mihi errorem ſecutus eſſe viſus ſum, ipſe enim Primatialem Toletanam adeo frequenter appellat, ut pura illa putaque expreſſio duxiſſe originem apertiſſime appareat ab judicio firmo atque evidenti ejuſmodi veritatis. Eodem pariter in volumine de Familia de Silva in Tabula Genealogica ſucceſſionis Tenorii, Petrum Archiepiſcopum Primatem appellat. En ejus verba: *Don Pedro Tenorio Obiſpo de Coimbra, Arzobiſpo, y Primado de Toledo.* „ Petrus Tenorius Conim- „ bricenſis Epiſcopus, Archiepiſcopus, & Primas Toletanus. Eo item in libro, quem *Advertencias Hiſtoricas* inſcripſit, edidtque ann. 1688. ſex Toleti Archiepiſcopos eodem Primatus nomine percenſet. Pag. nempe 149. Sanctium de Roxas, & pag. 213. Conſiliarios Regni memorans, quinque alios recenſet Alphonſum Fonſeca, Joannem Tavera, Gaſparem de Quiroga, Balthaſſarem de Moſcoſo, Paſchalem de Aragon.

Idem to. eod. l. 3. c. 7. p. 184.

Idem in Advert. hiſt. pagg. 149. & 213.

XXXVIII. Quinque inſuper occurrunt Archiepiſcopi Primatûm nomine tribus in voluminibus Familiæ de Lara. In primo ſcilicet tabulam Donationis refert, quum Alphonſus Rex VII., qui appellatus fuit Imperator, Calatravæ Meſchitâ Toletanam Eccleſiam, & ejus Archiepiſcopum donavit, in qua tum Primatialem Eccleſiam, tum Archiepiſcopum Primatem Imperator appellat. Hanc ego Tabulam 22. cap. producam. Et inferius libro quinto cap. 6. hujus voluminis titulus iſte legitur: *Don Gomez Manrique Arzobiſpo de Santiago, y de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller, y Notario mayor de Caſtilla, y Leon, &c.* „ Gomeſius Man- „ rique Archiepiſcopus Compoſtellæ, & Toleti, Hiſpania- „ rum Primas, Magnus Caſtellæ, & Legionis Cancellarius, &

Idem hiſt. Fam. de Lara tom. 1. l. 3. c. 1. p. 113.

Ibid. lib. 5. c. 6. p. 371.

„ & Notarius, &c. Et cap. 9. D. Garſiam Manrique ipſius Gomeſii nepotem vocat. *Arzobiſpo de Santiago, electo Arzobiſpo Primado de Toledo.* „ Archiepiſcopum Compoſtellanum, „ electum Archiepiſcopum Primatem Toleti. Sic tomo altero deſcribens Familiam de Palma, ubi venit ad Card. Portocarrerum ait: *Don Luis Manuel Fernandez Portocarrero, Cardenal de el titulo de Santa Sabina, Protector de España, Virrey, y Capitan General de el Reyno de Sicilia, Teniente General de el Mar, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller mayor de Caſtilla, Embaxador en Roma de el Conſejo de Eſtado.* „ Aloyſius Emmanuel Fernandez Card. tituli S. Sabinæ Pro- „ tector Hiſpaniæ, Prorex, & Prætor Siciliæ Regni, Præ- „ fectus Maris, Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniæ Pri- „ mas, magnus Cancellarius Caſtellæ, Legationem Romæ „ agens pro ſecretiori Conſilio.

Ib. c. 9. p. 349.

Id. tom. 2. l. 11. cap. 4. §. 2. n. 24. pag. 606.

XXXIX. Tertium etiam volumen ejuſmodi abundat exemplis. Cap. 6. lib. 9. filios enumerans ab Joanne Martinez de Luna, e legitima uxore Thereſia de Albornoz ſuſceptos. *Nacieron*, inquit, *de eſte matrimonio tres iluſtres hijos; à ſaber, Don Alvaro, y Don Pedro de Luna, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y Don Rodrigo, &c.* „ Fructus „ matrimonii hujus tres fuerunt illuſtres filii; Alvarus nem- „ pe, Petrus de Luna Toleti Archiepiſcopus Hiſpaniæ Pri- „ mas, & Rhodericus, &c. Paulo poſt pag. 386. filios referens, quos Lopeſius Vaſque de Acunnia ſuſcepit ex Thereſia Carrillo de Albornoz proſequitur: *El ſegundo Don Alonſo Carrillo, Proto-Notario Apoſtolico, Adminiſtrador perpetuo de la Igleſia de Siguenza, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller mayor de Caſtilla.* „ Alter eſt Alphonſus Carrillus, „ Proto-Notarius Apoſtolicus, perpetuus Eccleſiæ Secontiæ „ Adminiſtrator, Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniæ Pri- „ mas, magnus Caſtellæ Cancellarius. Quare quum adeo frequenter id urgeat Ill. hic, atque eruditiſſimus Auctor, ut Toleti Archiepiſcopum Primatem appellet, apertiſſimum fit, quas vir tantus opes afferat Toletanæ Eccleſiæ.

Id. tom. 3. l. 9. c. 6. n. 14. p. 376.

Id. pag. 386.

XL. Abs re minime facturum me reor, ſi e tanto Auctorum numero, quorum ſit copia per Ill. Didacum de *Caſtejon*, & *Fonſeca* in primo duorum voluminum quæ pro aſſerendo Toletanæ Eccleſiæ Primatu conſcripſit, qui, qua ſunt auctoritate, ingenio, prudentia, non modicum cauſæ noſtræ

præſidium afferre poſſunt, nonnullos decerpſero; id tamen monitum velim Lectorem meum, quod fidem relinquo totam penes eumdem auctorem, unde exempla iſtæc depromam, cujus erit munus & locos, & auctores ipſos defendere.

Sup. cap. I. n. 10. Cæterum Maximos, Flavios dextros, Haubertos, Luitprandos, & Archipreſtes, ut ſum pollicitus, miſſos faciam, ablegandi enim ii ſunt protinus ab iſta cauſa, namque Hiſpalenſis Eccleſia ne tanquam veroſimilia quidem admittit eorum dicta, tametſi ea ſacrum haud ullum tribunal refellat. His ergo omiſſis una cum iis, qui ipſos defendunt, paucos hos percenſeam.

XLI. Antiquos inter Doctores, qui Toletanæ Eccleſiæ cauſæ patrocinantur, ſunt: Speculator parte prima, tit. *de Diſpenſatione*, §. *Sunt quoque* num. 2. Albericus, qui eum pæne ad amuſſim ſequitur in rubrica ff. *de Statu hominum*, ſub finem tertiæ columnæ §. *In Hiſpania.* Felin. iiſdem adſtipulatur tit. *de Majoritate, & obedientia*. Horum veſtigiis inhæſere Alexandrinus *in cap. Quum longe* 25. *diſt.* 63. Petrus Greg. *in ſyntagm. Juris lib.* 5. *cap.* 10. Lancellot. Conrad. *In Templo omnium Judicum lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Card. Jacobatius *de Conciliis, lib.* 1. *art.* 1. *n.* 260. Lælius Cæcus, *in Rep. Eccleſiaſtica de ſtatu Reverendiſſimorum Patriarcharum n.* 3. Anaſtaſius Germonius, *de Sacrorum immunitate lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. *&* 7. Caſaneus in catalogo gloriæ Mundi, 4. *part. conſid.* 9. §. *Autem aliis*. Gregorius Lopez *l.* 9. *tit.* 5. *p.* 5. Ferdinandus Mendoza, *de confirmatione Concilii Illiberitani, lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 7. *ſub fin.* Nicolaus Coetæus, in Monarchia Eccleſiaſtica *tom.* 2. *cap.* 2. *lib.* 3. § *Ad amuſſim*. Ximenes *in concordia Juris utriuſque, parte* 1. *cap. Longe, diſt.* 63. Doctor D. Joannes Narbonenſis in tractatu *de appellatione a Vicario ad Epiſcopum, part.* 2. *fundam.* 1. *pag.* 168. Gonzales *reg.* 8. *de Cancellaria, gloſſ.* 41. *num.* 14. *pag.* 510. Præpoſ. Ind. *cap. Quum longe.* Villadidacus *in Foro Jud. chron. Regum Gothorum*, ubi de Leovigildo ſermo eſt. Franciſcus Panvin. *de officio, & poteſtate, cap. Sede Vacante, prælud.* 6. *n.* 13. Altamiranus *de Viſitatione pag.* 2. *num.* 2. Antonius de Pretis *de Jurisdictione Epiſcopi cap.* 6. *col.* 3. *num.* 27. Rodoanus *de Simonia*, cum aliis ab eo citat. Villalpandus *ad præcipuam Toletanorum Conciliorum, cap.* 38. D. Alphonſus Narbonenſis *in collectan. part.* 3. *lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 9. *Gloſſ.* 10. *n.* 2. Lucerna Rubricarum, *p.* 112. *n.* 3.

Dilat. de Caſtejon tom. 1. de Primat. Eccl. Tolet.

n. 3. Alced. *de præcellentia Epiſcopi* 1. *quæſt. cap.* 10. *num.* 44. Fileſac. *de ſacra Epiſcopi auctoritate, cap.* 9. §. 13. *pag.* 124. Filliucius *de Statu Clericorum, cap.* 1. *num.* 35. Dion. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium ſedium erectione cap.* 17. *n.* 8. P. Azor. Moralium inſtitutionum *tom.* 2. *cap.* 36. §. *Item certum, & §.* 2. *Fuſius*. Sigiſm. Eſcacia *de Appellation. q.* 8. *n.* 99. §. *Quod ſi velim*. Cæſar Baron. *Annal. ann. Chr.* 611. & 612. Bonifacii Papæ IV. V. VI. Platina *de Vitis Pontificum* in vita Urbani II. §. *Quo quidem tempore pag.* 140. Garſias de Loayſa in collectione Concil. Tolet. *ad Decretum Gundemari Regis, pag.* 263. *uſque ad* 301. D. Joannes de Solorz. a Regis Conſiliis tractatu de honoribus, ac privilegiis Conſiliariorum Emeritorum, *n.* 475.... Alphonſus Rex in hiſtoria Hiſpana, part. 1. cap. 149. & part. 2. cap. 51. & part. 4. cap. 3. §. de Officio Romano. Archiepiſcopus Rhodericus Hiſtor. Hiſpan. lib. 2. cap. 22. & lib. 11. cap. 19. Alphonſus Morgadus hiſt. Hiſpal. lib. 1. cap. 5. Franciſcus de Padil. part. 2. hiſt. Concil. *cent.* 7. *cap.* 32. Idem in indice locorum ubi habita Concilia lit. F. verb. *Toletana*. Fr. Alphonſus Velaſquez de Miranda lib. 4. de S. Ildephonſ. defenſ. cap. 6. Doctor Eugenius Narbonenſis in hiſtoria D. Petri Tenorii 1. part. cap. 15. D. Lucas Tuden. *de excellentia Hiſpaniæ*. Gundiſal. de Illeſcas in hiſt. Pontif. part. 1. lib. 5. in vita Urbani II. pag. 284. Pineda in Monarchia Eccleſiaſtica, tom. 4. lib. 20. cap. 2. §. 3. in fine. Guillelmus Tydius lib. 1. cap. 4. & Pontachus in chronico. Vaſcus in hiſtoria Hiſpan. *cap.* 21. §. *Poſtremo illud addendum videtur, & cap.* 20. §. *Bracarenſis in fine*; ubi ſe beneficiis maxime devinctum fatetur Bracarenſi Archiepiſcopo; attamen de Toletano Primatu cum aliis ſibi convenit. M. Fr. Antonius de Zepes in chron. gen. Ordinis S. Benedicti tom. 1. cent. 1. ann. Chriſti 554. ſui Patriarchæ D. Benedicti 74. cap. 5. §. *El que librò à Toledo de los Moros*. „ Qui Toletum ab invaſione Maurorum liberavit. P. Joannes Marlana hiſtor. univ. Hiſpan. Latino-Vernaculæ lib. 9. part. 1. ann. 1091. toto cap. 19. Garibai, & Zamalloa in compendio hiſtorico Chronicorum Hipaniæ lib. 11. toto cap. 19. & lib. 12. cap. 21. & cap. 49. in fine. & lib. 13. cap. 14. num. 10. & cap. 19. num. 30. & cap. 23. num. 25. Petrus Medina, & Didacus Perez de Meſa ejus corrector & expurgator in tractat. de Hiſpaniæ magnitud. lib. 2. c. 73. pag.

pag. 200. col. 1. in fine. Alcocer. in hiſtoria, & deſcriptione Imperialis civitatis Toletanæ l. 1. cap. 32. pag. 35. Alvarus Gomez *de rebus geſtis a Franciſco Ximenio Ciſneros Archiepiſcopo Toletano*, lib. 1. pag. 9. §. *Rurſus Archiepiſcopi Toletani*. Ambroſius Morales in chronico lib. 9. cap. 26. & l. 11. cap. 44. Doctor Gregorius Lopes Madera e ſupremo Caſtellæ Conſilio, de excellentia Monarchiæ, & Regni Hiſpan. cap. 11. §. 2. pluresque ibidem citati Doctores. Doctor Petrus Salazar de Mendoza Canonic. Pœnitentiar. Sacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ in Chron. Card. D. Petri Gonzales de Mendoza Archiepiſcopi Toletani Primatis Hiſpaniarum, cap. 74. §. *Unico*, pag. 256. Idemque in hiſtoria Archiepiſcopi D. Joannis Tavera. Magiſter Alphonſus Sanchez in epitome hiſt. Hiſpan. lib. 4. cap. 15. §. *Interea*, pag. 193. D. Ferdinandus Balleſt. & Saavedra in vita S. Caroli Borrhomæi. Hucuſque Ill., Caſtejon.

CAPUT III.

Adſtruitur Toletanus Primatus Bullis quatuor Summ. Pontificum Urbani II. Paſchalis II. Gelaſii II. Callixti II.

SUMMA CAPITIS.

I. *Cauſa cur Pontificum Romanorum Bullæ adſtruentes Toletanum* Primatum *producuntur*.
II. *Bulla Urbani II.*
III. *Antiquiſſimum eſſe Toletanum Primatum ex eadem Bulla conjicitur*.
IV. *Summorum Pontificum affirmata tanquam manifeſta, perduellionis crimen eſt negare*.
V. VI. VII. *Ad citatam Bullam accedit doctrina Memorialis, quæ roborat Toletanæ* Primatiæ *antiquitatem*.
VIII. IX. *Ejuſdem Urbani II. Pont. epiſtolæ duæ corroborant Bullæ ſententiam*.
X. *Bulla Paſchalis Junioris*.
XI. XII. XIII. *Validatur tribus firmiſſimis argumentis*.
XIV. *Gelaſii II. Bulla*.
XV. XVI. *Expenduntur verba hujus Bullæ*.
XVII. XVIII. *Argumentum inde elicitur valde firmum*.
XIX. *Bulla Callixti II.*
XX. *Eadem Bulla luculenter expenditur*.

I.

I. Toletanæ Primatum in cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis adeo perſpicue, adeoque ſignificanter Summi Pontifices teſtati ſunt, ut ſapientum opinione id maxime mirum, melius plane dixerim, inauditum videatur, quare Hiſpalenſis Eccleſia eorum perſpicua ſenſa perperam fuerit interpretata. Unam ſcilicet illa Bullam profert, cæteris omnino prætermiſſis, quarum non vulgaribus res noſtra vocibus comprobatur: præterea negligit originem, & cauſas afferre, cur Pontificum reſcripta ſint facta, quæ inſtar quoddam animæ habentur, unde veram verborum notionem aſſequimur. Maximum profecto imbecillæ fidei argumentum, quæ Memoriali cætera eruditiſſimo, habenda eſt. Quamobrem duxi optimum ipſarum exempla Bullarum proferre una cum ſingularum exordiis ipſiſſimis, quibus conditæ fuerunt vocibus, ut Pontificum mentem unuſquiſque aſſequatur; ita tamen, ut quæ per eaſdem expreſſæ fuerint voces, productæ, & conſideratæ cum antecedentibus habeantur.

II. Principem præ aliis locum Bulla Urbani II. obtinet, utpote qui primus Toleti urbe Mauris erepta, qui eam invaſerant, D. Bernardum primus ejuſdem urbis Archiepiſcopum Primatis Hiſpaniarum dignitate condecoravit. *Urbanus ſervus ſervorum Dei*, en maximi hujus Pontificis verba: *Reverendiſſimo Fratri Bernardo Toletano Archiepiſcopo, ejuſque Succeſſoribus in perpetuum. Cunctis Decretales ſcientibus conſtitutiones liquet, quantæ Toletana Eccleſia dignitatis fuit ex antiquo: quantæ in Hiſpanicis, & Gallicis regionibus auctoritatis extiterit: quantæ per eam Eccleſiaſticis negotiis utilitates acceſſerint.* Urb. II. Hìc memorat difficillima Hiſpaniæ tempora, poſtquam gentes immanitate barbaræ eam occuparunt, annoſque numerando percenſet, quos Barbarorum Tyrannide vexata eſt Toletana civitas, quî demum Regis Alphonſi hujus nominis VI. virtute in libertatem fuerit vindicata, ejuſque Archiepiſcopus conſecratus D. Bernardus. Poſt hæc proſequitur: *Nos ergo miſerationi Divinæ gratiæ reſpondentes, quia per tanta terrarum, mariumque diſcrimina Romanæ auctoritatem Eccleſiæ humiliter expetiſti, auctoritatem priſtinam Toletanæ Eccleſiæ reſtituere non negamus, ſtatumque ejuſdem Urbis (quoad noſtras eſt facultates) ſtabilire, atque augere, ipſo adjuvante, peroptamus. Tum benevolentia igitur Romanenſis Eccleſiæ ſolita, & digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum chariſſimi filii noſtri præ-*

 ſtan-

ſtantiſſimi Regis Ildephonſi precibus invitati, Pallium tibi, Frater Venerabilis Bernarde, ex Apoſtolorum Petri, & Pauli benedictione concedimus: teque (ſicut ejuſdem urbis, antiquitus conſtat, extitiſſe Pontifices) in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem, privilegii noſtri ſanctione ſtatuimus: Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpiciant; ad te inter eos, ſi quod quæſtione dignum exortum fuerit, referatur, ſalva tamen Romanenſis auctoritate Eccleſiæ, & Metropolitanorum privilegiis. Sic Summus Pontifex.

III. Ex his Urbani II. verbis hujuſmodi argumenta ducuntur. I. Manifeſtum, atque evidens eſt omnibus, quicumque Decretales Conſtitutiones exploratas habent, quanta antiquitus fuerit Eccleſiæ Toletanæ dignitas & auctoritas in Hiſpaniæ, Galliæque provinciis: pro certo igitur, & conſtanti habendum eſt ab antiquis temporibus magnam, atque excellentem Toletanæ Eccleſiæ dignitatem fuiſſe, magnamque in Hiſpaniæ, Galliæque provinciis auctoritatem. Conſequens negari non poteſt. Quomodo enim conſtabit Eccleſiam Toletanam magna antiquitus dignitate, & auctoritate in Hiſpaniæ, & Galliæ provinciis fuiſſe; ſi eidem Eccleſiæ eximia dignitas nulla, nullaque auctoritas magna fuerit in has provincias? Ex qua concluſione certa, evidens hoc eljicitur argumentum. Dignitas magna, & auctoritas in Hiſpaniæ, Galliæque provinciis, quam Toletana habuit Eccleſia, niſi de Primatiali non poteſt intelligi; quoniam quum antiquitus Ditio Gothorum ad Narbonenſem uſque Galliam protenderetur, (quæ idcirco Gallia Gothica dicebatur) provincia hæc tota ad Hiſpaniæ Primatum ſpectabat: ergo conſtat Toletanam Eccleſiam ab antiquo admodum tempore Hiſpaniarum Primatialem fuiſſe.

IV. Ex allati argumenti propoſitionibus negari nulla poteſt; niſi quod Memoriale dolum objicit Pontificis Summi verbis, erraſſe illum ajens tanquam hominem in facto, in quo verborum ejus auctoritas minime infallibilis habenda eſt. At niſi vehementius inſurgit, benigne admodum mecum agit, meum quippe argumentum firmius, atque evidentius ejuſmodi reddit objectio. Præter quam quod ego certe ſum neſcius, faſne ulli hominum ſit ſupremam Pontificis auctoritatem impune temerare, ut propriam adſtruat opinionem. Dubitandi locus non eſt, quin decipi Pontifices poſſint, ut proprio ipſi ore fatentur, in rebus *de facto*, dum-

dummodo id nec directe, nec indirecte ſpectet ad Fidem: verumtamen falſitatis arguere id, quod Pontifex eſſe manifeſtum affirmat, perduellionis crimine abſolvi nequaquam poteſt; nam ita SS. Chriſti Vicarius temeritatis minimum, atque imprudentiæ arguitur, quæ quidem nota merito inuri ei poteſt, qui rem falſam nulloque hærentem fundamento pro certa, & manifeſta confirmat.

V. Alterum argumentum eljicitur ab aliis clauſulis non minoris roboris, quam ſuperius allatæ. Quod ut evidenter appareat, doctrinam Memorialis adducam; *El* reſtituit *ſignifica lo que los Juriſtas ſuelen llamar reivindication de la prenda, de que uno eſtuvo antes en poſſeſſion.* „ Vox illa, *Reſtituit*, id „ ſignificat, quod apud Juriſperitos appellari conſuevit rei- „ vindicatio bonorum, quæ poſſeſſa olim fuerint. Ex doctrina hac tam certa, quam nemo revocaret in dubium, ratiocinatio conficitur, cujus præmiſſarum altera eſt auctoritas Pontificis, altera vero Memorialis verba, hoc pacto: Primatum reſtituere Eccleſiæ Toletanæ, Primatum notat antea in eadem fuiſſe; id enim docet Memoriale rem haud poſſe reſtitui, quæ ante poſſeſſa non fuerit: atqui Pontifex reſtituit, (ſic ipſe profitetur) Primatus dignitatem Archiepiſcopo Toletano, ejuſque Eccleſiæ. Ergo Toletana Eccleſia, & Archiepiſcopus Toletanus longe antea dignitatem ejuſmodi poſſederant. Quid contra adduci poſſit non video; etenim perſpicuæ, ac certæ ſunt præmiſſæ, evidenſque concluſio.

VI. Tertium ducitur ex ejuſdem Bullæ verbis, tum e quibus confectum eſt ſuperius, tum e ſequentibus. Pontifex Eccleſiæ Toletanæ dignitatem optat reſtituere, quam olim poſſidebat, atque ejus civitatis opitulante Deo res in priſtinum reddere pro virili contendit: proindeque D. Bernardum, & ejus Succeſſorem Hiſpaniarum Primates inſtaurat, mandatque Epiſcopis cæteris, ut Primatem D. Bernardum agnoſcant. Novit ergo, & oſtendit Summus Pontifex, quod Eccleſia Toletana Primatiali antiquitus dignitate honeſtabatur, quam modo inſtaurat, eidemque reſtituit, ut novo ejuſmodi reſcripto cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis exceptionis petendæ facultatem adimeret; non enim fuiſſet mirum, ſi Eccleſiæ illæ quæ libertate tam diuturna eſſent uſæ, vel impoſterum a Primatu immunes haberi flagitaſſent.

VII. Quartum deſumitur ex ipſis Memorialis verbis: quæ quantum ad noſtra roboranda faciant, palam erit. Quum Pontifex declarat, atque concedit D. Bernardo Primatis dignitatem: *Te*, inquit, (*ſicut ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices*) *in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem privilegii noſtri ſanctione ſtatuimus*. Negat Memoriale clauſulam illam, *ſicut conſtat*, eſſe affirmationem, at privilegii potius conceſſionis temperamentum eſſe contendit. Siquidem, ait, ejuſmodi verbis haud Pontifex affirmavit conſtare, quod Toletani Præſules obtinuerint Primatus dignitatem, ſed quod privilegium id concedebat, ut conſtabat: ideſt *Ad inſtar*, ut dici ſolet, poſſeſſi privilegii. At vero ex eo, quod Hiſpalenſis Eccleſia Toletanam hoc nunquam privilegio fruitam eſſe contendit, ſequitur, quod neque Urbanus, & ejus Succeſſores Toletanæ Eccleſiæ, atque Archiepiſcopo quidquam conceſſerint, neque ex Urbani reſcripto Eccleſia, & Archiepiſcopus Primatus poſſeſſionem potuerint adipiſci. Quæ interpretatio adeo cum Bulla ipſa pugnat, ut mirum videatur, fuiſſe in lucem editam tanquam firmiſſimi argumenti ſtabile fundamentum. Certe aut Memorialis auctori non fuit Bullæ copia, aut oſcitanter illam legit. Urbanus orditur dicere, manifeſtum eſſe, quantæ Toletanæ Eccleſia dignitatis & auctoritatis ex antiquo in Hiſpaniæ, & Galliæ Regnis fuerit; proſequitur, ſe reſtituere priſtinam illam dignitatem velle; proximeque addit: privilegii noſtri ſanctione te in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem ſtatuimus, ſicut conſtat antiquitus fuiſſe Toleti Pontifices. Eſtne hîc locus voci *Ad inſtar*?

VIII. Mihi vero præſtandum eſt, ut vera Bullæ notio teneatur, ſimulque a veritate quam ſit alienum quod Memoriale autumat. Audiantur duo illa Pontificia Diplomata, quorum alterum Regi Alphonſo VI. Toletanæ urbis vindici, alterum Archiepiſcopis & Epiſcopis Hiſpaniarum eſt miſſum, etenim ex utroque perſuaſiſſimum erit de hujus rei veritate vel maxime affectis ſtudio partium. Horum primum hæc exhibet: *Fratrem Venerabilem Bernardum ejuſdem urbis Præſulem, tuis exhortationibus invitati, digne, & reverenter excepimus. Privilegium quoque Toletanæ Eccleſiæ antiquæ Majeſtatis indulſimus; ipſum enim in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem ſtatuimus. Et quidquid Toletana Eccleſia antiquitus noſcitur habuiſſe,*

nunc

nunc quoque ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate habere cenſuimus. Quo teſtimonio fit evidens, ſedulo perpenſa ea documenta ſuiſſe, quæ Archiepiſcopus D. Bernardus exhibuit; necnon apertiſſime oſtenduntur, Pontificis verba (barbaris utar vocibus perſpicuitatis gratia) *aſſertiva* quidem eſſe, non *reſtrictiva* dignitatis antiquæ, hujuſmodi privilegii ſanctione conceſſæ.

IX. In altero autem ad Hiſpaniarum Archiepiſcopos, & Epiſcopos Diplomate abſolute affirmat Archiepiſcopum Toletanum a ſe Primatem Hiſpaniæ renunciatum eſſe. *Toletanum Archiepiſcopum privilegii noſtri auctoritate Primatem in totis Hiſpaniarum Regnis facere decrevimus*. Luce igitur clarius eſt clauſulam illam, *ſicut conſtat*, affirmativam Primatus eſſe, quem Toletana jam habuit Eccleſia, non reſtrictivam ejus, quem modo ab Urbano eadem obtinet. Idem alio ex Diplomate Urbani ad D. Hugonem Cluniacenſem Abbatem habetur expreſſe, ubi de D. Bernardo verba faciens ita fatur: *Antiqua Eccleſiæ ſuæ, prout rogaſti, munimenta conceſſimus, & privilegii noſtri paginam priſtina plenam dignitate libenter indulſimus: Primatem Epiſcoporum omnium, qui in Hiſpaniis ſunt, effecimus* Num clarius aliquid, ſive evidentius deſideratur? *Id. Urb ad Hug. Abb.*

X. Veniamus modo ad Urbani Succeſſorem Paſchalem Juniorem, cujus loquendi genere minime obſcuro Deceſſoris ſui ſententia fiet apertior. En ipſum Bullæ initium: *Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Reverendiſſimo Fratri Bernardo, Toletano Archiepiſcopo, ejuſque Succeſſoribus canonice conſtituendis*. Deinde per eadem fere Urbani verba proſequitur: *Actorum Synodalium Decreta ſcrutantibus liquet, quantæ dignitatis Toletana Eccleſia fuit ex antiquo, &c. Unde & nos ejuſdem urbis ſtatum, quantum ad noſtras eſt facultates, in Eccleſiaſticæ dignitatis gloriam ſtabilire, Domino adjuvante, optamus. Igitur, tum pro benignitate S. Romanæ Eccleſiæ debita, tum pro digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum etiam pro... Præſtantiſſimi Regis Ildephonſi poſtulationibus... Te, Reverendiſſime Frater, juxta Prædeceſſoris noſtri S. Mem. Urbani II. ſtatutum in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem fore præſentis privilegii auctoritate ſancimus. Sic ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices... Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient, & ad te, ſi quid inter eos gravi quæſtione dignum ortum fuerit,* *Paſchal. II. ad Bernard.*

referent... Hæc & cætera omnia, quæ ad antiquam Toletanæ Sedis Apoſtolicæ conceſſione, probari poterunt, Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus, &c.

XI. Huic Paſchalis II. Bullæ primum convenit argumentum, ex alia Urbani ductum: utriuſque enim ſimile ferme principium eſt. Paſchalis igitur optare ſe dicit, quantum ad ſuas eſt facultates, adjuvante Deo, Eccleſiaſticam dignitatem, qua Toletana olim Eccleſia nituit, ſtabilire, & tanquam ejuſmodi deſiderii conſequentiam explicat ea voce *Igitur*, quæ nota illationis a Logicis nuncupatur. Argumentum vero ſic ducitur: Paſchalem Juniorem tota Pontificia auctoritate firmare, ac ſtabilire Hiſpaniæ Primatum in Toletana Eccleſia, ut ante ab ejus Prædeceſſore fuerat ſtabilitum, legitima conſequentia eſt illius deſiderii, nempe ſtabiliendi, quantum ad ſuas facultates eſſet, Eccleſiaſticam dignitatem, quam habuit antiquitus Eccleſia eadem Toletana: liquet igitur non ſolum noſſe Pontificem, ſed apertis etiam verbis teſtatum eſſe antiquam Primatialis Eccleſiæ hujus dignitatem; ſecus enim nec conſequentia, nec propoſitio veræ eſſent. Novum argumento robur accedit a proxime ſequentibus Bullæ verbis, *Sic ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices*; quibus Urbani ſententia explicata, propoſitioni noſtræ fit ſatis; iis enim clauſula illa *ſicut conſtat* aperitur, & præpoſtera, ac per vim facta interpretatio illa declaratur, quæ ſive a turbulento animi motu, ſive a præcipiti, & inconſiderato judicio profecta eſt.

XII. Aliud argumentum conficio, quod & Urbani Bullæ, & Succeſſorum ejus aptari poteſt. Cunctis Provinciæ alicujus Epiſcopis mandare, ut uni pareant Metropolitæ, ipſiuſque Succeſſoribus canonice conſtitutis quacumque in re gravi quæſtione digna inter eos exorta, evidens argumentum eſt, hujuſmodi Metropolitam ejus Provinciæ Primatem exiſtere; hæc autem propoſitio conſtat ex dictis capite primo. Atqui tum in hac, tum in aliis Pontifex Bullis mandat, ut ſi quid gravi dignum quæſtione inter Hiſpaniæ totius Epiſcopos ortum fuerit, ad Archiepiſcopum Toletanum referant, qui eſt Metropolita; ergo Toletanum Archiepiſcopum eſſe Primatem Hiſpaniarum liquido conſtat. Verba etiam illa quæ poſtremo attulimus ex eadem Bulla conſiderentur, planumque erit Toletanam Eccleſiam honore

Pri-

Primatus præfulſiſſe, antequam Hiſpania Maurorum tyrannidem pateretur.

XIII. D. Bernardo uſum Pallii conceſſerat, Hiſpaniarum Primatis dignitatem ſeu tribuerat, ſeu confirmaverat, beneficiis ipſum aliis Pontifex cumulaverat, quæ in Bulla eadem declarat: poſtea ſic proſequitur: *Hæc & cætera omnia, quæ ad antiquam Toletanæ, Sedis Apoſtolicæ conceſſione probari poterunt, Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus*. Hanc ſiquis clauſulam ſerio animadvertat, niſi ſtudio ſit percitus, ſuoque in errore improbe perſiſtere coactus, is agnoſcet D. Bernardum ſuam circa Primatum voluntatem, utut pari haud ratione alias res probaverit, comprobaſſe. Itaque Paſchalis Junioris verborum quæ attuli hæc hauddubie ſententia eſt. Ex iis privilegiis quæ tuam ad Toletanam Eccleſiam ſpectare contendis, hîc contenta legitime comprobata ſunt; quamobrem tum iſta, tum ſiquæ alia ex antiquo poſſeſſa ab eadem Eccleſia eſſe comprobentur, omnia confirmamus.

XIV. Sequitur Gelaſii Papæ II. Bulla, cujus principio Archiepiſcopus D. Bernardus Primatis nomine appellatur; hic enim titulus ei præfigitur: *Gelaſius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei Reverendiſſimo Fratri Bernardo Toletano Primati, ejuſque Succeſſoribus*. Deinde aliquot præmiſſis, hæc ſubdit: *Ad hoc caritatis debito provocamur, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate compellimur, honorem debitum Fratribus exhibere, & S. Romanæ Eccleſiæ dignitatem pro ſuo cuique modo cæteris Eccleſiis impertiri. Idcirco Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Urbani II. & item Paſchalis II. veſtigiis inſiſtentes tam tibi, quam tuis Succeſſoribus Toletanæ Eccleſiæ Cathedram illuſtrantibus, totius Hiſpaniæ Primatum largiente Domino confirmamus*. *Gelaſ. II. ad D. Bernard.*

XV. Serio hîc animadvertenda eſſe cenſeo graviſſima Gelaſii verba: *Ad hoc*, inquit, *caritatis debito provocamur, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate compellimur honorem debitum fratribus exhibere*; idcirco D. Bernardo, ejuſque Succeſſoribus honorem Primatus confirmat. Equidem fateor, aſſequi mente non poſſum, quomodo ſit futurum, ut clarum adeo, adeoque firmum corruat teſtimonium.

XVI. Ejuſmodi autem verborum pondus ut expendatur, duo potiſſimum quærenda cenſeo. Primum quæro: nunquid nullo conſilio, nullaque motus ratione Pontifex, at repen-

pentino quodam animi impetu incitatus præcipitanter locutus eſt? Inutilis certe percontatio hæc aliquibus, mihi vero ſummopere neceſſaria viſa eſt: & unuſquiſque, modo ſui non impos, reſpondebit, ut arbitror, Gelaſium cauſa, ratione que alia ſumma prudenter, ac mature prius explorata, ad id fuiſſe perductum. Deinde quæro: numquid virtus ulla, ſeu vera auctoritas poteſt ducere ad honorem atque præeminentiam alicujus confirmandam, nullo jure poſſeſſam, cum aliorum detrimento? Otioſum id pariter quærere judicabitur; nihilo tamen ſecius, res ut teneatur clarius, atque evidentius, neceſſarium. Quicumque Chriſtiano nomini haud nuncium remiſit is fieri non poſſe ajet, ut virtus ulla ad maniſeſtum vitium perducat.

XVII. Ex duabus his propoſitionibus hoc conficitur argumentum. Nulla vera virtus aut moviſſet, aut impuliſſet Gelaſium Pontificem, neque ipſum Apoſtolicæ Sedis auctoritas cogiſſet, ut, debitum Eccleſiæ Præſulibus honorem exhibiturus, D. Bernardo, ejuſque Succeſſoribus Hiſpaniarum Primatum confirmaret, niſi Toletana Eccleſia, ejuſque Archiepiſcopus ejuſmodi honorem antiquitus habuiſſent. Atqui caritate, quæ vera profecto eſt virtus, Gelaſius motus, compulſuſque fuit, ut debitum Eccleſiæ Præſulibus (quos Fratres appellat) honorem præbendi gratia, D. Bernardo, ac Succeſſoribus Hiſpaniæ Primatum confirmaret. Multo igitur antea, & ex antiquo Toletana Eccleſia, & ejus Archiepiſcopus Primatum habuerunt Hiſpaniæ. Argumentum eſt clarum, conſequentia evidens, veræ præmiſſæ. Major patet, quia nulla vera virtus, eoque minus caritas poteſt movere, aut Sedis Apoſtolicæ auctoritas cogere, ut iniqua res fiat, ſervandi cauſa honorem Præſulibus Eccleſiæ debitum. Si autem Eccleſia, & Archiepiſcopus Toletanus antea id honoris minime habuiſſent, certe quidem omnibus honor Præſulibus debitus ſervatus eſſet, nec D. Bernardo, nec Succeſſoribus dignitate illâ tributâ, aut confirmatâ. Ipſa vero confirmatio fuiſſet injuriam inferre Eccleſiis cæteris, quæ aliquem ob rumorem nullo hærentem ſtabili fundamento tum libertate exuebantur, tum ejus parere cogebantur imperio, cui nunquam antea.

XVIII. Minor non video quî poſſit negari, namque ipſe Pontifex optimo quidem jure, firmiſſimiſque rationibus

ſic

ſic affirmat, atque teſtatur, ut e planiſſimis, maximeque ſignificantibus illius verbis haberi poteſt. Quamobrem fateatur neceſſe eſt Eccleſia Hiſpalenſis eſſe propoſitionem hanc certam tum ob ea quæ primæ percontationi reſpondimus, tum ob ea ipſa, quæ ſuo in Memoriali nos docet, hac quidem in re a veritate non abhorrens, proindeque digniſſima, quæ ad rem noſtram comprobandam teſtis adhibeatur. Et ſane ad reſpondendum aggrediens Ill. de Caſtejon inſiſtenti ea voce *Conſtat* Urbani Pontificis, hæc animadvertit: *La afirmacion de el Principe puede ſer en caſos proprios, y hechos ſuyos, de que puede tener ciencią natural, ù de caſos, y hechos agenos: en los primeros la afirmacion de el Principe hace plena probanza, y no ſe admite probanza de lo contrario; lo que ſeria un gran deſayre de ſu autoridad; porque ſeria lo miſmo que tratarle en juicio, ù de mentiroſo, ù de craſſamente engañado; y qualquiera de eſtas dos coſas deslustra, y empaña la autoridad de el Principe.* „ Principis affirmatio aut propriis in caſibus, „ factiſque eſſe poteſt, quorum phyſicam habere valet ſcien„ tiam, aut in alienis. Primo caſu Principis affirmatio ple„ niſſime probat, neque ulli ſit poteſtas contra inſurgendi; „ quippe quod auctoritati ejus detrimentum importaret, „ necnon perinde eſſet quaſi eum mendacii, ſeu craſſæ, ut „ dicunt, ignorationis arguere, quarum rerum utraque per „ probrum, atque contemtum Principis auctoritatem tra„ ducit. Ita igitur ſe res habet. Ait Pontifex, caritate ſe moveri, Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſe cogi. Caritate autem impelli ac moveri, Sediſque Apoſtolicæ auctoritate ſe coactum fateri, acta hæc propria, factaque Pontificis eſſe quis neget? Si forte Eccleſia Hiſpalenſis id neget, Gelaſii auctoritatem, ex ſua ipſius doctrina traducet per ſummum dedecus; nam mendacii craſſæque illum ignorantiæ inſimulabit; qua quidem abs re quum debeat abhorrere, propoſitionem uti certam admittat oportebit, quod unum decori Pontificis nullum infert detrimentum. Itaque conſtat, concedendum neceſſario fuiſſe Toletano Archiepiſcopo Hiſpaniarum Primatum, ut omnibus exhiberetur Præſulibus honor cuique debitus, eo quod Eccleſia Toletana ex antiquo illa dignitate fuerat decorata.

Mem. p. 3. ſ. 3. n. 36. pag. 355.

XIX. Noſtri etiam inſtituti argumentum evidens Bulla eſt Callixti II. quæ incipit: *Callixtus Epiſcopus ſervus ſervorum*

Callixt. II. D. Bern.

vorum Dei Venerabili Fratri Bernardo Toletano Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Poſtquam ſupernæ miſerationis dignatio inſignem quondam, & inter Hiſpaniarum urbes magni nominis civitatem Toletanam, ſtudio, & labore glorioſæ mem. Regis Ildephonſi de Saracenorum manibus liberavit Domini Prædeceſſores noſtri ſanctæ recordationis Urbanus, & Paſchalis Eccleſiæ Romanæ Pontifices, ejuſdem civitatis Eccleſiam priſtinæ ſtuduerunt reſtituere dignitati, unde Reverendiſſime Frater, & Coepiſcope Bernarde, Pallium tibi ... conferentes, in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem te privilegiorum ſuorum ſanctionibus ſtatuerunt, ſicut Prædeceſſores tuos prædictæ urbis Pontifices conſtat antiquitus extitiſſe. Quorum nimirum Patrum noſtrorum veſtigiis inſiſtentes, tam tuis, quam & Reverendiſſimi nepotis noſtri Ildephonſi precibus duximus annuendum, ut auctore Domino, eumdem tibi, tuiſque Succeſſoribus honorem, & per nos confirmemus. Apoſtolica igitur auctoritate ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum Regna Primatus obtineas dignitatem. Verum perſonam tuam in manu noſtra propenſiore gratia retinentes, cenſemus, ut ſolius Romani Pontificis judicio, ejus cauſa, ſiqua fuerit, decidatur. Te itaque univerſi Hiſpaniarum Præſules Primatem reſpicient, &c.

XX. Ex Bulla hac liquido conſtat (nemo enim omnium claram, atque evidentem verborum ſignificationem negare auſit) a Callixto Pontifice cognitum fuiſſe Bernardum, utpote quem in titulo Primatem appellat: necnon eidem Pontifici exploratum fuiſſe, quod Bernardi Prædeceſſores Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi Primates Hiſpaniarum extitere, vocat enim honoris reſtitutionem Toletanæ Eccleſiæ privilegium a Prædeceſſoribus Paſchale, & Urbano impertitum: *Priſtinæ ſtuduerunt reſtituere dignitati*: apertiſſimis teſtans vocibus conſtare, quod Bernardi Prædeceſſores Archiepiſcopi Toletani Primatus Hiſpaniarum dignitate nituerunt. Præterea palam eſt, eam dignitatem a Pontifice tum Bernardo, tum Succeſſoribus confirmari. Denique Apoſtolicæ Sedis auctoritate decernit, ut in totis Hiſpan. Regnis Primatis munere fungatur, uni tantum Pontifici ſubjectum ipſum futurum declarans, mandanſque, ut ſinguli eidem tanquam Primati pareant, & obſequantur. Teſtimonium hoc adeo per ſe patet, ut veritatis duntaxat oſori vertere in dubium idem liceat. Quidquid autem contra poſſet adduci, jam ſuperius pleniſſime oppugnavimus.

CA-

CAPUT IV.

Toletanus Primatus roboratur Bullis Honorii II. Lucii II. Eugenii III.

SUMMA CAPITIS.

I. *Bulla Honorii II. profertur, & Lucii II. tanquam ſimilis allatæ omittitur.*
II. III. IV. *Diligentiſſima earumdem explanatio.*
V. *Bulla alia Lucii II. ad Præſules Hiſpaniarum, ut Toletanum Primatem agnoſcant.*
VI. *Bulla Eugenii III.*
VII. *Eadem dilucide exploratur.*
VIII. *Objectio in Memoriali facta prædictis Bullis.*
IX. *Ipſis Eugenii III. verbis eluditur Memorialis objectio.*
X. XI. *Ejuſdem Pontificis alia teſtimonia producuntur.*

I. TRium Romanorum Pontificum Bullas ſingulas proferre conſtitui: unuſquiſque enim horum ea proſequitur laude Toletanam Eccleſiam, quæ vel ab uno eorum eidem tributa plurimi habendum præconium videretur, a pluribus vero præbita omnes æſtimationis terminos excedit. Hujuſmodi Bullarum prima erit Honorii II. quæ prodiit in lucem Redemtionis anno 1125. pro Raymundo Toletano Archiepiſcopo, quæ Toletanæ Eccleſiæ magnificam hanc laudem continet: *Sacroſancta Romana, & Apoſtolica Ecclesia ab ipſo Salvatore omnium Domino Jeſu Chriſto, caput, & cardo eſt Eccleſiarum omnium conſtituta. Non decet igitur a capite membra diſcedere, ſed eminenti rationi, provifioni ſupernæ capitis obedire. Moderatrix autem diſcretio capitis ſingulorum membrorum officioſas actiones conſiderans, unicuique jus & ordinem a natura conſtitutum diſtincte conſervat, & quibuslibet nobilibus venuſtatis ſuæ dignitatem ſine invidia ſociali charitate cuſtodit. Hac igitur inducti ratione honorem nobilis, & famoſæ Toletanæ Eccleſiæ, Apoſtolicæ Sedis propriæ, & ſpecialis filiæ volumus conſervare. Ideoque, Venerabilis Frater Raymunde, tuis rationalibus poſtulationibus paternæ pietatis affectu duximus annuendum. Per præſentis ergo privilegii paginam auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum Regna Primatus obtineas dignitatem.* Honor. II. ann. 1125.

Lucius II. ann. 1144. Eidem Raymundo aliud diploma omnino ſimile ſcripſit Lucius II. ann. 1144. quod ea propter perinde ac allatum omittimus.

II. Ex his Honorii, & Lucii Bullis non pauca noſtram ad rem facientia ſuppetunt adnotanda. In reſcriptis, Bulliſque Pontificum (idem puta dictum de ſupremi cujuſcumque Principis Diplomatibus) nihil otioſum, nihil abs re conſiderari poteſt, aut debet, immo vero prudenter dicta omnia, ſummoque meditata conſilio habenda ſunt. Quod ſervari præſertim debet ipſis in reſcriptorum exordiis, quæ utplurimum Principis mentem oſtendunt, ac privilegii honeſtatem, æquitatemque ſignificant. Hoc poſito tanquam ſtabili fundamento, myſtica jam attendenda principia ſunt, quæ ſuis illi Pontifices reſcriptis junxerunt, cum extremis poſtea conſerenda, cumque privilegio, quod Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſumma Toletano Archiepiſcopo Raymundo, ac Succeſſoribus impertiuntur: nempe ut Primatis dignitate in omnibus Hiſpaniæ Regnis perſungatur; cujuſmodi autem Primatus, quamque ob cauſam, apertiſſime oſtendunt ipſa Bullarum exordia. *Sacroſancta*, inquiunt, *Romana, & Apoſtolica Eccleſia ab ipſo Salvatore omnium Domino Jeſu Chriſto caput & cardo eſt Eccleſiarum omnium conſtituta. Non decet igitur a capite membra diſcedere, ſed eminenti rationi proviſioni ſupernæ capitis obedire.* Quum igitur Eccleſia Romana decernat eminenti ratione, ac ſuperna proviſione, ut Toletana Primatus dignitate fruatur, nullam decet Eccleſiam ab ea conſtitutione diſcedere; ſi cardinem, & caput Eccleſiarum omnium cupit reſpicere a Chriſto Domino inſtitutum.

III. Procedit argumentum. *Moderatrix autem diſcretio capitis ſingulorum membrorum officioſas actiones conſiderans, unicuique jus & ordinem a natura conſtitutum diſtincte conſervat, & quibuslibet nobilibus venuſtatis ſuæ dignitatem ſine invidia ſociali caritate cuſtodit. Hac igitur inducti ratione*, ajunt Pontifices, *honorem nobilis & famoſæ Toletanæ Eccleſiæ Apoſtolicæ Sedis propriæ & ſpecialis filiæ volumus conſervare.* Quamobrem Apoſtolicæ Sedis auctoritate paterno vere affectu decernunt, ut Hiſpaniarum Primatum obtineat. Hîc expreſſe traditur Toletanam Eccleſiam alias inter, quæ myſticum corpus efficiunt, cujus caput Romana, nobilioris, præcipuique inſtar membri habendam eſſe. Ut autem caput abſque cætero-

rum

Digitized by Google

rum membrorum invidia ſingulis humani corporis membris locum a natura conſtitutum ſervat, ita ut inferiori ne ſit invidioſum ſuperius; ita myſtici hujus corporis Catholicæ nempe Eccleſiæ legitimum caput Pontifex abſque cæterarum Eccleſiarum invidia, immo fraterna omnium caritate antiquum Toletanæ honorem conſervat, tanquam nobilis, ac præcipui hujuſce corporis membri, ac peculiaris, & propriæ Sedis Apoſtolicæ filiæ. Sic ſe habet utriuſque ſermo Pontificis, quem juxta ſcholarum morem ſtatui pertractare, quo planum magis, magiſque perſpicuum omnibus fiat.

IV. Naturalis corporis caput, cujus eſt proprium membra cætera moderari, atque in officio retinere, quodcumque eorum ſingulis jus & ordinem natura indidit, idem ſervat, itaut ea inter nobiliori ſplendidius, caritate aliorum fraterna, ac citra invidiam, contingat. Quapropter Romana Eccleſia, caput myſtici corporis nempe Catholicæ Eccleſiæ, quam reliquæ omnes Eccleſiæ tanquam myſtica membra componunt a Chriſto Domino conſtituta oportet, ut prudenti ſuæ moderationis conſilio id juris, atque ordinis unicuique ſervet Eccleſiæ, quod fuit jam conſtitutum; pro dignitate illius faciens, cujus nobilitatis, gloriæque fama pervaſerit. Hinc neceſſario ſequitur (ajunt Pontifices) quod ſervandus nobis ſit honos percelebris Toletanæ Eccleſiæ, quæ Apoſtolicæ Sedis propria, & ſpecialis filia eſt fuitque, honos inquam hoc in myſtico Eccleſiæ corpore ipſi deſtinatus. Qua ex conſequentia ego aliam ſic eljicio: Paterna igitur charitate nos moti (Honorius, & Lucius) decernimus, ut Toleti Archiepiſcopus in Primatis dignitate omnibus in Hiſpaniæ Regnis perſiſtat. Primæ hujus argumenti concluſiones ex ipſis Pontificum verbis conficiuntur; poſtrema vero ex Eccleſiæ Toletanæ Primatu. Ratio exprimitur, non dignitatis cauſa concedendæ, at confirmandæ; nobilitas nempe, atque exiſtimatio, quam Eccleſia Toletana eſt adepta, dum filiæ propriæ ac ſpecialis Apoſtolicæ Sedis præclariſſimum ſibi nomen comparavit, quæ quidem gloria ſatis ſuperque eſt, ut citra invidiam, immo fraterna cum caritate Hiſpanienſes Eccleſiæ omnes Toletanam inter ſeſe nobiliſſimam fateantur; itemque ut Primatus honor, quo fuit antiquitus decorata, in eadem ſervetur. Legiti-

timum eſſe hoc argumentum ii omnes agnoſcent, qui omni procul ſtudio Pontificum verba perpenderint.

V. Non eſt cur Lucii II. Bullam ad univerſos Hiſpaniarum Epiſcopos datam, ut Toletanum Archiepiſcopum Primatem agnoſcant, prætermittam; quanquam novum inde argumentum duci nequeat: nam præclarum adeo teſtimonium eſt, ut ipſum per ſe pateat. *Apoſtolicæ*, inquit, *Sedis clementia ſingulis Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ſuam dignitatem, & juſtitiam ſervare conſuevit. Unde nos quorum præcipue intereſt, Eccleſiarum omnium curam gerere, venientem ad nos Venerabilem Fratrem noſtrum Reverendiſſimum Archiepiſcopum Toletanum benigne recepimus; & inſpectis Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis, Primatus dignitatem per univerſa Hiſpaniarum Regna juxta eorumdem privilegiorum tenorem, ei confirmavimus. Ipſum itaque... ad Sedem propriam remittentes univerſitati veſtræ mandando præcipimus, quatenus eidem tanquam Primati veſtro, abſque ulla contradictione canonicam obedientiam, & debitam reverentiam exhibere curetis, &c. dignum namque eſt, ut qui multis lætatur præeſſe ſubditis nullatenus erubeſcat ſuis ſubeſſe Prælatis, &c.*

Lucius II. ann. 1144.

VI. Nonnulla inſuper ex Eugenii III. Bulla ad Joannem Archiepiſcopum, ejuſque legitimos Succeſſores peculiari animadverſione digna ſunt. Poſtquam docuit, a Chriſto Domino ligandi, atque ſolvendi poteſtatem eſſe factam Petro, ligatum, ac ſolutum iri in Cælis pollicendo, quæcumque ipſe in terris ligaſſet, atque ſolviſſet; aliamque præterea poteſtatem factam eſſe confirmandi in fide Fratres ſuos, ita proſequitur: *Oportet ergo, Nos, qui licet indigni, B. Petri reſidemus in loco, prout divina nobis clementia ſcire, & poſſe donaverit, prava corrigere, recta firmare, & in omni Eccleſia ſic ad arbitrium Æterni Judicis diſponenda diſponere, ut de vultu ejus judicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Tuis itaque, dilecte in Chriſto Frater Joannes Archiepiſcope, juſtis poſtulationibus gratum impertimur aſſenſum, & Prædeceſſorum noſtrorum Honorii, & Lucii Romanorum Pontificum ſanctæ memoriæ veſtigiis inhærentes, per præſentis privilegii paginam Sedis Apoſtolicæ auctoritate, ſtatuimus, ut per univerſa Hiſpaniarum Regna Primatus obtineas dignitatem... Primatem te univerſi Præſules Hiſpaniarum reſpicient, & ad te ſi quid inter eos quæſtione dignum fuerit, referent, &c.*

Eugen. III. ann. 1152.

VII.

Digitized by Google

VII. Ut Bullæ hujus ſententiam habeas plenam monendus mihi id Lector videris, quod num. tertio adnotavi ad Honorii II. Luciique item II. Bullas. Non abs re, neque otioſe ab Eugenio III. genus illud graviſſimum dicendi eſſe adhibitum credendum eſt, quum ſe, tanquam Petri Succeſſorem, facturum ait ex munere, ſi prava corrigeret, recta firmaret, quatenus vires & ſcientia Dei O. M. largitate acceptæ paterentur: eamque ob rem tam attente, tam ſedulo res univerſalis Eccleſiæ adminiſtrandas ſibi eſſe, ut quidquid geſſerit, divinæ penitus voluntati, atque æterni arbitrio Judicis reſpondeat, necnon ut oculis tantum liceat judicii ſui æquitatem videre. Quorſum vero hæc ſingularis adeo, adeoque ſollicita inſpectio Pontificis? Eo nempe collineant meditatio illa præſentis arbitrii, ac voluntatis Æterni Judicis, eaque cupido ingens, ut per eum ſancita perſpicacioribus tantum oculis pateant, ad Toletanæ Primatum Eccleſiæ declarandum, confirmandumque; ad præcipiendum Præſulibus Hiſpaniæ omnibus, ut Joannem, ac legitimos Succeſſores dignitatis ejus compotes noſcant; denique ad eos admonendos, ut ſi qua de re gravi eos inter controverſia fuerit, ad Toleti Archiepiſcopum deferant, qui tanquam Judex legitimus ſententiam ferat, atque decernat.

VIII. Quid obſirmata magis pervicacia, ſtudiumque magis cæcum objicere his oraculis valeat, non ſolum mente, ſed ne cogitatione quidem amplector. Attamen quævis ſuſpicio undecumque ſuboriri poſſit, eam ſapientes, prudenteſque homines nihil penſi habebunt. Certe in Memoriali quod Eccleſiæ Hiſpalenſi adjudicatur, inaudita quædam doctrina occurrit, per quam ſumma ope contenditur, Mem.p.360.n.41. ut tot Bullæ Romanorum Pontificum corruant, quæ Toletanum Primatum expreſſe confirmant. Ait igitur Eccleſia Hiſpalenſis, quod quum Urbani II. reſcriptum ſit nullum. *Nunca ha tenido validacion, ni ſe la han dado las repetidas confirmaciones de los Pontifices ſiguientes, porque ninguna de ellas ha ſubſanado los defectos ſubſtanciales de el primer Reſcripto.* Id eſt: „ Nullo unquam tempore fuit validum, nec itera„ tæ Succeſſorum confirmationes Pontificum quidquam ei „ roboris addidere, quippe quarum nulla melius fuit male admodum ſe habenti primo illi reſcripto. Id vero tanta ſui fidu-

fiducia obfirmat, ut pro evidentia ſæpe ſæpius venditare aveat, quæ affirmari haud poſſunt, quin Urbani perſtringatur majeſtas, auctoritaſque minuatur. Hanc ego rem partis tertiæ capitibus tertio & quarto fuſius pertractandam, differre conſtitui.

Part.3.capp.3. & 4.

IX. Firmiſſimis ibi argumentis oſtendam quam validum, ac ſtabile ſit Urbani reſcriptum. Verum enimvero iis qui ſtudio vacant tanti momenti ſunt Eugenii III. verba, ut adverſanti leviſſimum id fundamentum permitti potuiſſet. Et ſane aliquid ſycophantæ liceat objectare Urbani reſcripto; quaſi vero adductæ per eum rationes ſubſiſtere haud valeant, ex falſis aliquot injurià in eaſdem conjectis, ut aperte docui, atque evidenter comprobaturum me infra eſſe promitto; attamen quidquid ſeu objectum fuit, ſeu poſſit juxta objici, Eugenii reſcriptum expreſſe refellit. A tradita ſibi poteſtate tanquam Petri Succeſſori, is orditur, poſtea id ſibi eſſe muneris profitetur, ut prava corrigat, juſta confirmet. Ecquis igitur eumdem aſſerat ſcrutari negligentem, æquumne ſit quod parat exequi; detrectantem exquirere, priorne conceſſio robore laborarit, necne; rationeſque inſuper poſthabentem, cur illum honorem tribui vetitum eſſet, tantum ſibi arrogaſſe (quem autem virum Deus bone! Eugenium III. vitæ ſanctimonia in omnium ore celeberrimum) ut hujus dignitatem Primatus confirmaret? Proſequitur ſanctiſſimus idem Pontifex ſcire ſe, ita merendum ſibi eſſe ex officio de omni Eccleſia, ut quamcumque ipſe ſententiam pronunciarit, ex Æterni ore Judicis profecta eadem eſſe credi poſſit, cujus æquitatem labe omni carens oculorum acies aſpiciat. Quæ quum ita ſint, eritne, erit inquam audax aliquis blatero affirmans, Pontificem antè non explorata re, nec mature perſpecta, contra æquitatem in Eccleſia quidpiam diſpoſuiſſe; ſententiam æquitati cauſæ, & partium contrariam pronunciaſſe? Ad hæc Hiſpalenſem Eccleſiam connivere, hæc ferre, ne quod ſuo nomine fuit dictum, corruat, alieniſſimum profecto ab ea prudentia, ac veneratione eſt, quibus obſequentiſſime Apoſtolicam Sedem veretur. Fatendum eſt igitur magnum iſtum Pontificem re prius mature perſpecta, prudenter explorata, utque ſupremam decuit auctoritatem ſuam, perpenſa, mox tuliſſe ſententiam, ut æquum tueretur, firmaretque; quæ quidem ſen-

ten-

tentia tantæ fuit integritatis, ut ſicui Urbani reſcriptum imbecillitati obnoxium fuerit, per hanc, ſuſpicione omni ſublata, ſtabile firmumque ſit redditum.

X. Huc accedit, quod Pontifex iſte non ſemel, ſed frequenter alia alio tempore edidit reſcripta nunc ad Regem Alphonſum VII. vulgo Imperatorem nuncupatum, nunc ad Toletanum Archiepiſcopum Joannem ab Eccleſia Segobricenſe ad Toletanam tranſlatum, nunc ad Bracharenſem, & Tarraconenſem Epiſcopos: Ill. enim Didacus de Caſtejon & Fonſeca Luci Auguſti Epiſcopus, ac Viceſgerens Principis Catholici Cardinalis de Toletano Primatu volumine primo decem ejuſdem Eugenii tertii reſcripta percenſet, quorum ſingulis Primatum Hiſpaniarum teſtatur, & confirmat Eccleſiæ Toletanæ, atque ipſius Archiepiſcopo. Cæterum ab omni abhorret ratione conatus perſuadendi, tot Bullas fuiſſe conditas pro Toletano aſſerendo Primatu, non antea cognita cauſa, neque Archiepiſcopi petitionis æquitate perſpecta. Id porro ex Bulla contra Joannem Bracarenſem Archiepiſcopum conſtat, quod quum ſæpe vocatus Romam ut cauſam diceret, judicium declinaverit, eum Pontifex pronunciavit nullo ſibi jure arrogare, ut Primatis & Archiepiſcopi Toletani ab juriſdictione haberetur immunis. *Tu vero*, inquit, *tanquam diffidens de juſtitia, nec veniſti, nec excuſationem rationabilem prætendiſti*. Quamobrem eidem mandat, ſuſpenſionem interminans ab Epiſcopali munere *ipſo facto incurrendam*, ut tres intra menſes ab accepto hoc Diplomate, *eidem Archiepiſcopo, tanquam Primati ſuo canonicam obedientiam exhibeat*.

XI. Idem perinde duabus aliis Bullis ejuſdem Pontificis Archiepiſcopo Tarraconenſi mandatum eſſe comprobatur: reſcripta autem ad Bracharenſem, & Tarraconenſem Metropolitas tradita, quæ ſpectant hanc cauſam, idem Pontifex in Bulla ad Joannem commemorat; quam ſupra laudavimus, præfatuſque Auctor profert. Ibi Pontifex eidem profitetur, ſe velle quatenus ratio, & æquitas patitur, quoniam vera eum caritate amplectitur, dignitatem & honorem Toletanæ Eccleſiæ tueri, atque ſervare. *Eccleſiæ Toletanæ honorem ac dignitatem in quantum ratio, & honeſtas permittit, integre cuſtodire volumus, & conſervare*. Animadvertantur eæ voces: *in quantum ratio & honeſtas permittit*, quo ma- *Idem Eug. III. Ill. Caſtejon t. 1. pag. 10.*

 tu-

turitas, conſiliumque innoteſcant, quibus magnus hic Pontifex ad rem pertractandam adjecit animum. Id profecto eſt admirandum maxime, quod Hiſpalenſi Eccleſiæ lapſis jam quingentis, ac ſeptuaginta annis, tanta argumentorum, ut putat, graviſſimorum copia ſit, quibus plene inſtituto ſe ſuo ſatis feciſſe arbitretur, dum interim ævo illo, quo idem Eugenius floruit, nullum ſuppetiit, quod ſive ſententiam retardaret, ſive judicio Pontificis adverſaretur. Bracharenſis, & Tarraconenſis Archiepiſcopi, ſimulque ii omnes, qui ſuam tuebantur, tuitique ſunt cauſam, id nullo non tempore habuerunt ratum, quod nempe antequam gentes immanitate barbaræ regna noſtra invaſerunt, alicubi Hiſpaniarum Primatus extiterit: nec præter Eccleſiam Hiſpalenſem alium omnino auctorem invenire eſt, qui abſolute contrariam habeat opinionem. Quamobrem illius argumenta ſint licet acuta, & ſubtilia, non ejus tamen momenti erunt eruditis hominibus, minimeque ſtudioſis, ut rationem ſecum pertrahant: quæ potius attente eadem conſiderans tenuitatem, atque imbecillitatem tantam offendit, quanta pondus, atque ſoliditatem contrariorum ferre non poſſit.

CAPUT V.

Idem probatur aliorum auctoritate Pontificum.

SUMMA CAPITIS.

I. *Bulla Hadriani IV.*

II. III. *Apertiſſime eadem teſtatur antiquitatem Toletani Primatus.*

IV. *Idem Hadrianus alibi vocat Toletanum Archiepiſcopum inconcuſſam columnam Eccleſiæ, & ſtabile fundamentum.*

V. *Examen laudationis tam eximiæ.*

VI. *Sententiam Hadriani fuiſſe legitimam, & omnibus numeris abſolutam ſuadet ipſa ratio.*

VII. *Majora etiam, & ampliora conceſſit Toletano Primati laudatus Pontifex, quam quæ alii conceſſerant.*

VIII. *Alexandri III. Bulla Primatum adſtruens; e laudibus extollens Toletanam Eccleſiam.*

IX. *Compendiaria Pontificum Romanorum teſtimonia.*

X.

X. *Eorundem conſtans ratio edendi Bullas pro Toletano* Primatu.
XI. *Honorii III. & Innocentii VIII. Diplomata rem magnopere affirmant.*
XII. XIII. *Honorii III. Bulla declarat Hiſpalenſem Eccleſiam ſubjectam Toletano* Primatui.
XIV. XV. *Quando Diplomata ſint* motu proprio, *& quando* ad inſtantiam partis.
XVI. *Objectio Memorialis facta Diplomati Honorii diluitur.*
XVII. *Ex ipſius Memorialis confeſſione eadem objectio corruit.*
XVIII. XIX. XX. *Gregorius IX. Honorii III. Diploma confirmat, motuque proprio factum teſtatur.*
XXI. *Honorii III. & Gregorii IX. Diplomata ad Hiſpaniarum Reges, quibus jubentur quæcumque ad Hiſpalim ſpectantia receperint, Toletano* Primati *ſubjicere.*
XXII. XXIII. XXIV. *Innocentii VIII. Diploma confirmat Toletanum* Primatum, *dum controverſia erat mota ab Eccleſia Bracarenſi.*
XXV. XXVI. XXVII. *Exhibetur Martini V. edictum dirimens controverſias omnes de Toletano* Primatu.

I. POſtquam Eugenius III. obiit ſupremum diem, Eccleſiæ clavum eſt moderatus Hadrianus IV. Hic Bullam edidit Beneventana ex urbe anno 1155. Pontificatus ſui altero, decimo quarto Calendas Martias ad Joannem laudatum, qua iiſdem ferme verbis conſcripta, quibus Urbanus II. Paſchalis Junior, cæterique memorati Pontifices uſi fuerunt, cùm Toletanæ Primatum Eccleſiæ confirmat, tum antiquam ejus poſſeſſionem memorat ante vaſtitatem Hiſpaniæ. Quare hîc repetendum memoria eſt quidquid Urbani II. Bullam proferentes jam diximus; neque omittenda aliquot Hadriani verba Primatus antiquitatem lautiſſime comprobantia. *Quia vero*, ſic Pontifex, *dignum erat, & conſentaneum modis omnibus, rationi, ut poſtquam eadem civitas in amiſſam reſpirabat libertatem, ipſa, & Eccleſia in ſtatum reduceretur priſtinæ dignitatis; Prædeceſſor noſter divæ memoriæ Urbanus Papa, cujus temporibus a Saracenorum manibus civitas eſt erepta, ut ibi ſedes eſſet Pontificalis inſtituit, & in prædicta Eccleſia, ſicut antiquitus fuerat, Præſulem ordinavit... Igitur tum pro digna Toletanæ Eccleſiæ reverentia, tum pro filii noſtri præſtantiſſimi Regis Ildephonſi poſtulationibus... Te, Venerabilis Frater, juxta Prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ memoriæ Urbani ſecundi, Paſchalis, Callixti, Eugenii Romanorum Pontificum inſtituta in totis Hiſpaniarum Regnis Primatem fore, præſentis privilegii auctoritate ſancimus. Sic ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices...* Hadrian. IV.

Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient... Hæc, & cætera omnia, quæ ad antiquam Toletanæ Sedis dignitatem atque nobilitatem probari potuerunt pertinuiſſe, auctoritate, & certa Sedis Apoſtolicæ conceſſione, Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus.

II. His Hadriani verbis docemur, Urbanum ſecundum Toletanæ civitati & Eccleſiæ haud denuo conceſſiſſe, at omnibus coactum nominibus reſtituiſſe priſtinam dignitatem. *Quia dignum omnibus modis & conſentaneum erat rationi.* Quum enim civitas ſervile jugum ſuis cervicibus a Saracenis impoſitum ſuſtinuiſſet, æquum ſane fuit, ut tam ipſa civitas, quam Eccleſia in honorem ac dignitatem illam aſſererentur, quibus olim uſæ erant. Procedit Hadriani ſermo, ſeque ait Pontifex propter dignam Eccleſiæ Toletanæ reverentiam, & Alphonſi Regis poſtulationes Apoſtolica auctoritate decernere, ut Archiepiſcopus Toletanus Primatis honore præſtet in omnibus Hiſpaniæ Regnis, Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo Urbani, Paſchalis, Callixti, & Eugenii. Denique adjungit quod Eccleſiæ Hiſpalenſis conatus omnes diluit; *ſic ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices.* Hîc vero tam præclare tam aperte Toletani Primatus vetuſtas ab Hadriano confirmatur, ut negandi cauſa, eam fuiſſe mentem Pontificis aut negare Bullam oporteat, aut mendoſum eſſe reſcriptum oſtendere. Quod ſi forte ſtabiliori haud nitens fundamento, quam cauſæ deciſioni, Eccleſia tamen Hiſpalenſis negaret, cuicumque fas eſſet teſtimonia cuncta Memorialis rejicere, ſeu vitia eadem in ipſum retorquere.

III. Cæterum rei argumentum æque firmiſſimum exhibent Bullæ poſtrema verba: nam Pontifex Primatum Toletanum fuiſſe probatum teſtatur, En ipſa ejus verba: *Hæc, & alia omnia, quæ ad antiquam Toletanæ Sedis dignitatem atque nobilitatem probari potuerunt, pertinuiſſe... Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus.* Conſtat igitur acta fuiſſe condita, exhibita documenta, teſtimonia producta; queis omnibus rectiſſimo Hadriani judicio perſuaſum fuit uberrime ad antiquam Toletanæ Eccleſiæ dignitatem, nobilitatemque, Primatum Hiſpaniarum pertinere. Quapropter quidlibet ſtimulante æmulatione autumet Memoriale, equidem Romanæ Eccleſiæ capiti certum

tum

tum mihi eſt majorem fidem adhibere. Enimvero ſi vel unica Romana Eccleſia aliquid ſentiente neceſſario fides ipſi uni habenda eſt; quid contra ſi Romanæ Eccleſiæ conveniat cum conſtanti omnium opinione, Eccleſiæ autem Hiſpalenſi, præter ſuam, cum nulla hominum opinione conveniat?

IV. Aliud inſuper priori etiam validius Hadriani reſcriptum habemus ad eumdem Archiepiſcopum, quo privilegium revocat a quolibet e ſuis Prædeceſſoribus Compoſtellano Archiepiſcopo, & Eccleſiæ conceſſum nempe exemtionis a Toletano Primatu, atque immediatæ ſubjectionis Apoſtolicæ Sedi. Datum id fuit ab urbe Beneventana ad ſextum Idus Februarias ad annum ut videtur 1155. non enim ſignatur. Bulla hac ſtatim ſub relatas preces, quas per ſe ipſe Archiepiſcopus Romæ tum temporis degens habuit: *Nos autem*, ait Pontifex, *quia te ſincera caritate diligimus, & perſonam tuam, QUÆ INCONCUSSA EST COLUMNA ECCLESIÆ, ET STABILE FUNDAMENTUM, quibuſcumque modis convenit, propoſuimus honorare, poſtulationem tuam duximus admittendam, & deſiderium tuum effectu ſuo paſſi non fuimus defraudari. Unde communicato Fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſtatuimus, ut veſtræ propoſitæ petitionis indultum debeat privilegium ſimul cum literis innovari. Et ſicut Eccleſia tua ex antiquo habuit in tota Hiſpaniarum regione Primatum, ſic tu, & Eccleſia Toletana, cui Domino Auctore, præeſſe dignoſceris, eumdem Primatum ſuper omnibus debeas in perpetuum obtinere. Adjicientes.* Hîc privilegio Compoſtellanæ Eccleſiæ revocato, proſequitur: *Decernimus itaque ut ipſe Compoſtellanus Archiepiſcopus, ſicut & reliqui Hiſpaniarum Pontifices, tibi, tanquam Primati ſuo, & Succeſſoribus obedientiam de cætero, & ſubjectionem jure Primatus impendat; & dignitas ipſa tibi, tuiſque Succeſſoribus ſemper firma permaneat, & perpetuis temporibus illibata.* Hæc Hadrianus. *Idem Hadr.*

V. Hoc ſane Diplomate quam poſſit major Toletanæ Eccleſiæ dignitas prædicatur, adeo ut de irrefragabili Primatus ipſius fundamento aliis quibuſcumque poſthabitis ſatis liqueat. Si Memoriale ab Hiſpalenſi Eccleſia in adoptionem acceptum tum hanc Bullam, tum duas cognoviſſet alias Alexandri III. quarum primam in Dolæ Cœnobio ad ſextum Idus Quintileis 1164. alteram ex urbe dedit Beneven-

Primatem te univerſi Hiſpaniarum Præſules reſpicient... Hæc, & cætera omnia, quæ ad antiquam Toletanæ Sedis dignitatem atque nobilitatem probari potuerunt pertinuiſſe, auctoritate, & certa Sedis Apoſtolicæ conceſſione, Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus.

II. His Hadriani verbis docemur, Urbanum ſecundum Toletanæ civitati & Eccleſiæ haud denuo conceſſiſſe, at omnibus coactum nominibus reſtituiſſe priſtinam dignitatem. *Quia dignum omnibus modis & conſentaneum erat rationi*. Quum enim civitas ſervile jugum ſuis cervicibus a Saracenis impoſitum ſuſtinuiſſet, æquum ſane fuit, ut tam ipſa civitas, quam Eccleſia in honorem ac dignitatem illam aſſererentur, quibus olim uſæ erant. Procedit Hadriani ſermo, ſeque ait Pontifex propter dignam Eccleſiæ Toletanæ reverentiam, & Alphonſi Regis poſtulationes Apoſtolica auctoritate decernere, ut Archiepiſcopus Toletanus Primatis honore præſtet in omnibus Hiſpaniæ Regnis, Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo Urbani, Paſchalis, Callixti, & Eugenii. Denique adjungit quod Eccleſiæ Hiſpalenſis conatus omnes diluit; *ſic ejuſdem urbis antiquitus conſtat extitiſſe Pontifices*. Hîc vero tam præclare tam aperte Toletani Primatus vetuſtas ab Hadriano confirmatur, ut negandi cauſa, eam fuiſſe mentem Pontificis aut negare Bullam oporteat, aut mendoſum eſſe reſcriptum oſtendere. Quod ſi forte ſtabiliori haud nitens fundamento, quam cauſæ deciſioni, Eccleſia tamen Hiſpalenſis negaret, cuicumque fas eſſet teſtimonia cuncta Memorialis rejicere, ſeu vitia eadem in ipſum retorquere.

III. Cæterum rei argumentum æque firmiſſimum exhibent Bullæ poſtrema verba: nam Pontifex Primatum Toletanum fuiſſe probatum teſtatur, En ipſa ejus verba: *Hæc, & alia omnia, quæ ad antiquam Toletanæ Sedis dignitatem atque nobilitatem probari potuerunt, pertinuiſſe... Nos tibi, tuiſque Succeſſoribus perpetuo poſſidenda concedimus, atque firmamus*. Conſtat igitur acta fuiſſe condita, exhibita documenta, teſtimonia producta; queis omnibus rectiſſimo Hadriani judicio perſuaſum fuit uberrime ad antiquam Toletanæ Eccleſiæ dignitatem, nobilitatemque, Primatum Hiſpaniarum pertinere. Quapropter quidlibet ſtimulante æmulatione autumet Memoriale, equidem Romanæ Eccleſiæ capiti certum

tùm mihi eſt majorem fidem adhibere. Enimvero ſi vel unica Romana Eccleſia aliquid ſentiente neceſſario fides ipſi uni habenda eſt; quid contra ſi Romanæ Eccleſiæ conveniat cum conſtanti omnium opinione, Eccleſiæ autem Hiſpalenſi, præter ſuam, cum nulla hominum opinione conveniat?

IV. Aliud inſuper priori etiam validius Hadriani reſcriptum habemus ad eumdem Archiepiſcopum, quo privilegium revocat a quolibet e ſuis Prædeceſſoribus Compoſtellano Archiepiſcopo, & Eccleſiæ conceſſum nempe exemtionis a Toletano Primatu, atque immediatæ ſubjectionis Apoſtolicæ Sedi. Datum id fuit ab urbe Beneventana ad ſextum Idus Februarias ad annum ut videtur 1155. non enim ſignatur. Bulla hac ſtatim ſub relatas preces, quas per ſe ipſe Archiepiſcopus Romæ tum temporis degens habuit: *Nos autem*, ait Pontifex, *quia te ſincera caritate diligimus, & perſonam tuam, QUÆ INCONCUSSA EST COLUMNA ECCLESIÆ, ET STABILE FUNDAMENTUM, quibuſcumque modis convenit, propoſuimus honorare, poſtulationem tuam duximus admittendam, & deſiderium tuum effectu ſuo paſſi non fuimus defraudari. Unde communicato Fratrum noſtrorum conſilio Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſtatuimus, ut veſtræ propoſitæ petitionis indultum debeat privilegium ſimul cum literis innovari. Et ſicut Eccleſia tua ex antiquo habuit in tota Hiſpaniarum regione Primatum, ſic tu, & Eccleſia Toletana, cui Domino Auctore, præeſſe dignoſceris, eumdem Primatum ſuper omnibus debeas in perpetuum obtinere. Adjicientes*. Hîc privilegio Compoſtellanæ Eccleſiæ revocato, proſequitur: *Decernimus itaque ut ipſe Compoſtellanus Archiepiſcopus, ſicut & reliqui Hiſpaniarum Pontifices, tibi, tanquam Primati ſuo, & Succeſſoribus obedientiam de cætero, & ſubjectionem jure Primatus impendat; & dignitas ipſa tibi, tuiſque Succeſſoribus ſemper firma permaneat, & perpetuis temporibus illibata*. Hæc Hadrianus. *Idem Hadr.*

V. Hoc ſane Diplomate quam poſſit major Toletanæ Eccleſiæ dignitas prædicatur, adeo ut de irrefragabili Primatus ipſius fundamento aliis quibuſcumque poſthabitis ſatis liqueat. Si Memoriale ab Hiſpalenſi Eccleſia in adoptionem acceptum tum hanc Bullam, tum duas cognoviſſet alias Alexandri III. quarum primam in Dolæ Cœnobio ad ſextum Idus Quintileis 1164. alteram ex urbe dedit Beneven-

Digitized by Google

tana decimo Calendas Decembres 1169., nullus dubito quin ab inſurgendo avocaſſet animum in ſupplicem illum libellum, quem Toletana Eccleſia ad felicis recordationis Carolum II. Regem Catholicum tradidit. Vocant Pontifices Toletanam Eccleſiam COLUNAM IMMOBILEM, ET STABILE FUNDAMENTUM ECCLESIÆ: monimentum quidem certe quocumque in hujuſce Primatialis marmore aureis literis exarandum, aureiſque in laminis adamante cælandum, ut malevolentiæ ac livoris ingratiis ne ulla unquam vetuſtas abſumat. Ecquam ſingularem Eccleſiam Catholicæ caput Romanus Pontifex tam lautis, tam exquiſitis laudibus celebravit? Quod ſi cæterarum facile princeps meritis Toletana Eccleſia eſt; quin cæterarum Primatialis eſſe digna erit? Si de Catholica ipſam Eccleſiam tam bene fuiſſe meritam Summi fatentur Pontifices, quin ſingularem ob id gratiam Chriſti Vicarius inſigni aliquo munere referret? Hoc autem Hadriani argumentum ſic obiter tetigiſſe ſit ſatis, namque opportunius, graviuſque de eodem differere inſtitui.

VI. Graviſſima æque ac honeſtiſſima ſe cauſa motum eſſe Hadrianus fatetur, ut Toletanum Archiepiſcopum prece non fraudaret ſua, quia ſcilicet Eccleſia Toletana columna erat immobilis, ac ſtabile fundamentum Eccleſiæ Catholicæ: nihilo tamen minus in re tanti momenti ea prudentia, eoque conſilio uti voluit, quibus ad maxima negotia accedere Summi Pontifices conſuevere. Sacrum Cardinalium Collegium convocavit, rem propoſuit, ſingulorum opinionem audivit, ut aperte Pontifex ipſe teſtatur. Ecquid jam deſideratur, ut ſumma cum prudentia datum Diploma hoc videatur? Numquid ex iis aliquid deeſt, quæ Theologi, & Canonici Juriſperiti requirunt, ut juſta ſententia haberi poſſit? Si unaquaque in re apud Pontificem conſtituta par ſedulitas, ac prudentia adhiberentur, nonne ſacrilegæ inſtar quoddam audaciæ eſſet in dubium revocare judicii ſummam, vitioque pronunciatam ſententiam obfirmare? Non dubito, quin vel omnibus iis circumſtantiis rei veritati minus conſona ſententia fuerit, ſi forte Emm. Cardinales minus recte cauſam docti eſſent; quod autem causâ mature cognitâ, & juxta eam cognitionem latâ ſententiâ, vitium inſit, nunquam ſane perſuadebit Memoriale. Fatendum eſt igi-

igitur, quod prolata ab Hadriano ſententia valida eſt, & in robore perſiſtit ſuo.

VII. Huc accedit, ampliora etiam quam quæ Archiepiſcopus petiit, Pontificem conceſſiſſe: namque ab Hadriano IV. id ſolum petierat Archiepiſcopus, ut Prædeceſſorum ſuorum more Primatum Toletanum confirmaret, nec aliam omnino rem petitam ab illo eſſe conſtat, Diplomate eodem Pontificio id teſtante in ipſo principio; palamque eſt ex verbis ipſam privilegii confirmationem ſequentibus; *Adjicientes*, inquit Pontifex: unde ſupplici ea libello, quæ pòſt Hadrianus concedit minime fuiſſe comprehenſa evidenter apparet. Cujuſmodi autem ea ſunt? Abrogatio nempe privilegii, quo Eccleſia Compoſtellana pro Anaſtaſii Pontificis indulto utebatur, eademque juſſa, ut Eccleſiarum Hiſpaniæ cæterarum more Toletanæ omnium Primatiali obſecundaret: præclarum ſane argumentum cognitionis integræ privilegiorum, quæ Summorum largitati Pontificum Toletana Eccleſia referebat accepta; necnon perſpectæ exemtionis, qua Compoſtellana fruebatur Eccleſia. Tam longe erat ut ulla æqua cauſa occurreret, cur Primatialis Toletanæ dignitas non confirmaretur: dum potius multæ, eæque honeſtiſſimæ fuerunt obviæ, cur in priſtinam ipſa amplitudinem aſſereretur, vel Compoſtellanam eidem Eccleſiam ſubjiciendo. Præter hæc Hadrianus idem Toletano Archiepiſcopo cauſam committens Epiſcopi cujuſdam Pampelonenſis hunc literis titulum adjunxit: *Toletano Archiepiſcopo totius Hiſpaniarum Regni Primati*. Quæ quidem res non erit nova, perinde ac novum eſt cauſæ noſtræ firmamentum. *Hadrian. idem.*

VIII. Idem tituli genus Summi alii Pontifices Toletano Archiepiſcopo ſuis in Diplomatibus tribuerunt. Alexander III. per eadem fere verba orditur Bullam, qua Joanni Toletanum Primatum confirmat, quæ jam docuimus capitis quarti numero 1. a Lucio II. eſſe adhibita. Bullam vero hanc Alexander dedit ab Ædibus Lateranenſibus quarto Idus Novembres 1266. Redemtionis anno, ſuique Pontificatus ſeptimo: *Alexander Epiſcopus*, ipſa ejus verba ſunt, *Servus ſervorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Toletano Archiepiſcopo, & Hiſpaniarum Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum*. Ad hujus Bullæ exordium, quippe, ut diximus, Lucii exordii conſimillimum eadem ſpectant, *Alex. III.*

quæ

quæ ibi adnotavimus. Verumtamen præterire laudem illam exquiſitam nequeo Toletanæ Eccleſiæ tributam ab Alexandro; eam enim vocat Apoſtolicæ Sedis propriam, ſpecialemque filiam, cujus honorem ſervare ait ſe velle: *Honorem nobilis, & famoſæ Toletanæ Eccleſiæ, Apoſtolicæ Sedis propriæ, & ſpecialis filiæ volumus conſervare*. Quam frequentiſſime laudem Toletana Eccleſia eſt promerita, Summique Pontifices nullo non tempore ſunt eidem elargiti.

IX. Equidem ne iiſdem ſemper veſtigiis inhæream, Pontificum horum teſtimonia conjunctim exhibere conſtitui.
Honor. II. Sunt ea ſcilicet; Honorii II. Bulla ex Palatio Lateranenſi ad D. Raymundum pridie Calendas Decembres 1125. Pon-
Lucii II. tificatus anno primo. Lucii II. ex iiſdem Ædibus ad D. Raymundum ipſum anno 1. Pontificatus a. d. quartum Idus Ma-
Hadr. IV. jas 1143. Hadriani quarti data ex Beneventana Metropoli Pontificatus anno 2. a. d. decimum quintum Calendas Mar-
Alex. III. Urb. III. tias 1155. Alexandri tertii ſuperius allata. Urbani tertii Bulla ad Gundiſalvum tradita Veronâ tertio Nonas Majas
Cæleſt. III. anno 1187. Pontificatus altero. Cæleſtini tertii ad Martinum data Romæ octavo Idus Junias 1192. Pontificatus ſe-
Innoc. III. cundo. Innocentii tertii ad Archiepiſcopum Rhodericum ex Ædibus Lateranenſibus a. d. quintum Nonas Martias 1209. Pontificatus decimo tertio.

X. Addo inſuper Summorum quatuor Pontificum Alexandri, Urbani, Cæleſtini, & Innocentii quæ modo recenſui diplomata perinde omnia ordiri de Primatu, atque de Alexandro memoratum fuit: Omnium quippe initium idem a Pontificis Summi nomine ac titulo ſervi ſervorum Dei, poſt quæ Præſulis Toletani nomen ſequitur hoc pacto: *Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis*. Præterea Diplomata illa ſingula Toletanæ tribuunt Eccleſiæ præſtantiſſimum illud nomen *filiæ ſpecialis, ac propriæ Apoſtolicæ Sedis*. Aliiſque in Bullis compluribus Pontifices Summi Hadrianus IV. & Alexander III. ampliſſimo eam proſequuntur encomio. *Inconcuſſam* dicentes *Eccleſiæ columnam, & ſtabile fundamentum*. Quæ quum longe ſint præſtantiora omnibus argumenta, quæ poſſint confici pro aſſerendo Toletano Primatu, quo cæcitatis ventum non erit a ſtudioſis adverſæ partis, niſi ejuſmodi veritatem habeant exploratam?

XI.

XI. Quantumvis Eccleſia Hiſpalenſis, quîcum potiſſima quæſtio eſt, quam maximis poteſt viribus tueatur ſuſceptum negotium, tamen irritos ipſius reddent conatus Honorii tertii, & Innocentii octavi Diplomata. Primum enim cum Eccleſia Hiſpalenſi rectà agit; alterum vero cum univerſis Caſtellæ, atque Legionis Eccleſiis. Honorius tertius Pontificatus ſui anno altero a. d. octavum Calendas Februarias, (neque vero a. d. quintum Calendas Martias, uti Memoriale ſentit, expreſſe enim notatur in Diplomate ipſo dies octavus Calendas Februarias.) Redemtionis anno 1218. Diploma edidit *motu proprio* pro Archiepiſcopo Rhoderico, & Eccleſia Toletana, eo duntaxat ut Hiſpalenſem Eccleſiam Toletanæ Primatiali ſubjectam fore ſanciret, provinciamque ejus totam in perpetuum. Quoniam vero ex eo quod Diplomate illo jus Primatus in Hiſpalenſem Eccleſiam ſpecialiter decernebatur, arguiſſent fortaſſe nonnulli Toletanam eodem jure non frui in reliquas Hiſpaniarum Eccleſias, ea propter Honorius prudentiſſime cautum voluit, ut præjudicium inde nullum Eccleſiæ Toletanæ conflaretur, ejuſque Archiepiſcopo Rhoderico. At enimvero facile inducor, ut credam Hiſpalenſem Eccleſiam, qua eſt amplitudine, potuiſſe contendere ſe communi ea lege Primatus non teneri; ipſius quippe nobilitas pervetuſta, ſingularis decor, magna auctoritas, præclara in rem Eccleſiaſticam lapſis ætatibus merita, ſingularem aliquam ſui mentionem exigebant, ut communi ſe legi obligari palam eſſet. *Mem. p. 3. p. 379. n. 61.*

XII. Verum haud erit abs re ipſamet Honorii verba huc afferre. *Attendentes*, ait, *nobilitatem Eccleſiæ Toletanæ intuitu ſpecialis devotionis, quam ad Apoſtolicam Sedem habere dignoſcitur, volentes facere gratiam ſpecialem, in Hiſpalenſi Metropoli, ac ejus provincia, eidem Eccleſiæ præſentis ſcripti privilegio, jus concedimus Primatiæ: ſtatuentes, ut, quum præfata Metropolis ad Chriſtianorum manus, Deo favente, redierit, tu Frater Archiepiſcope, ac Succeſſores tui, ea quæ ſpectant ad Primatis officium, exerceatis libere in eadem. Addimus tamen ex conceſſione ejuſmodi, quam motu proprio fecimus, tibi, vel ipſi Eccleſiæ Toletanæ, nullum omnino præjudicium generetur.* *Honor. III.*

XIII. Quo ex Diplomate argumentum adeo firmum eljicitur, ut pro mei tenuitate ingenii non videam quidnam contra ſeu comminiſci, ſeu ad veritatem componere quivis

poſſit: Pontificium namque Diploma motu proprio conditum ejus eſt roboris, cui ſubreptio appingi nequaquam poteſt, ut Canonici Juriſperiti paſſim affirmant cum Abbate Panormitano, Felino, Rebuffo, aliiſque quamplurimis: & Theologi in tractatu de legibus cum doctiſſimis e Vandalitia viris Venerabilis Societatis Jeſu maximis luminibus eximio Doctore Suarez, ac Thoma Sanchez. Idque apertiſſimum fit ex cap. *Si motu proprio in* 6. & ex Clementina *Si Romanus*, *de præb.* ratio patet; omnis quippe ſubreptio ex horum alterutro proficiſcitur ſeu ab exponendis falſis, ſeu a veris reticendis. Quando autem Principis motu proprio fit Diploma, ac ſpontanea ipſius liberalitate, ſicuti nullam ſupponit partis petitionem, ita neque falſa narrando expoſita, neque vera petendo ſuppreſſa fuiſſe clam eſt omnium nemine: ac proinde omni ſubreptionis nota caret Diploma illud. Quare quum aliud nihil poſſit objici, ut manifeſtum fiet, ſuum obtineat robur neceſſe erit, ſimulque Toletana Eccleſia Primatus auctoritatem ſervabit, ac unoquoque fungetur munere dignitatis ejuſmodi in tota Hiſpalenſi Metropoli juxta Diplomatis allati ſententiam.

Panormit. in cap. Ad aures de reſcr. n. 5.
Felin. in id. cap. n. 6. & in cap. caterum eod. tit.
Thom. Sanch. lib. 8. de Matrim. diſp. 21. quaeſt. 3.
Rebuff. in concord. tit. de form. mand. Apoſt. verb. motu proprio.
Suar. tom. de legib. lib. 8. cap. 12. & tom. 4. de relig. tract. 10. lib. 3. c. 4. n. 9.

XIV. Una tantum via erat reliqua ad argumentum id eludendum, qua eundum ſibi, opinor, non fuiſſe cognovit auctor Memorialis: id ſcilicet falſitatis arguere, quod ſemel atque iterum in Honorii Diplomate occurrit, *motu proprio* factum eſſe pro Archiepiſcopo, & Eccleſia Toletana reſcriptum Primatialis juris in Eccleſiam, & Metropolim Hiſpalenſem. Enimvero Pontificem opinionis errorem ſequutum in re deliberanda, quæ ab unica ipſius voluntate pendet, aſſerere, hoc adeo abhorrere cenſeo ab ea præclariſſima officiorum omnium, atque prudentiæ laude, qua Hiſpalenſis Eccleſia, cujus nomen Memoriale præſefert, cumulatur; necnon ab ea veneratione, qua maxima, urbaniſſima, & graviſſima eadem Eccleſia ſemper proſequuta eſt Apoſtolicam Sedem; ut rationum inopia ob argumentum id diluendum, pro certo habeam, (ſic prudentia illa ſingularis, atque eminens qua pollet ſapientia, mihi ſuadent) malle ipſam fateri errorem ſuum, quam per ſummum dedecus officio deeſſe. Neque enim latet Hiſpalenſem Eccleſiam, diſcernendi cauſa quando reſcriptum, ſeu Diploma Pontificium, (idem de aliorum Diplomatibus Principum) factum motu proprio, & quando po-

poſtulatione præeunte factum ſit, ejuſdem clauſulas perſpiciendas eſſe. Niſi ullæ preces, atque inſtantiæ partis memorantur, at *motu proprio* gratum fieri aſſeritur, tum haud dubie motu proprio factum haberi debet quacumque objectione poſthabita, quod ratione evidentius demonſtrabitur.

XV. Sin Diploma inſtantiam, preceſve commemoret, neque ulla motus proprii mentio eſt, tum vero *ad inſtantiam partis* actum cenſetur. Ubi vero earum neutra ſit expreſſa, dum precum defectus (arduum certe opus) non probetur, juxta Auctorum mentem *ad inſtantiam partis* factum haberi oportet. Verumtamen, ſi utraque illa clauſula & *ad inſtantiam partis*, & *motu proprio* adeſſent, plerique auctores, melioreſque ſentiunt impedimento haud eſſe preces, quin motu proprio factum Diploma judicetur, eximio id Doctore teſtante ubi ſupra. Ratio patet: nam ſicuti Princeps moveri poteſt, ut gratum faciat ſeu ex allatis ſibi rationibus, ſeu ex animi ſui generoſa indole, ac ſpontanea ſuæ munificentiæ liberalitate; tumquum ſe motu proprio aſſerit rem conceſſiſſe poſthabitis rationibus cæteris, utpote quas Princeps, ſe ipſo teſte, nihil penſi habuit, libera ejuſdem voluntas conſideratur, quæ quia potis fuit, id contulit beneficii. Sed agedum: in doctrina iſta aliquid inſit vitii, ſemper tamen erit conſtans, ubi nec petitionis, nec precum fiat mentio, quemadmodum contigit hoc in Honorii Diplomate, quod nullam omnino Archiepiſcopi Toletani petitionem continet, neque ipſius Eccleſiæ preces commemorat. *P. Suarez ſupra n. 12.*

XVI. Neque autem argumentum hoc diluitur, ſeu infirmatur ex eo quod Honorius Pontifex, uti Ludovicus Thomaſſinus penes Memoriale obſervat, ægritudinem Archiepiſcopi Rhoderici conſiderans ob minime latam ſententiam ab ejus Deceſſore Innocentio III. in Bracarenſem, & Compoſtellanam Archiepiſcopos, læniendi gratia Rhoderici animum, beneficium illud contulerit, atque Bullam condiderit. *Ut lenimenti aliquid adſerret Toletano Archiepiſcopo Rhoderico, Primatum illi contulit in Provinciam Hiſpalenſem.* Id enim, ut arbitror, eas argumento vires adjungit, quæ objectionibus quibuſcumque aditum omnem occludunt. Quod, ni fallor, apertiſſime comprobabo. Sit igitur. Quum Pontifex Maximus beneficium confert ſupremam ad ſuam poteſtatem pertingens, quod antea prorſus novit, habuitque explora- *Mem. p. 379.* *Ludov. Thom. ibid.*

tam certam conferendi rationem, diplomati vitium objicere eſt nefas, ſuamque vim retinet beneficium: Honorius hoc diplomate beneficium confert ad ſupremam ſui pertinens poteſtatem, ac prorſus antea cognitum, & juxta comperta certa id conferendi ratione, Hiſpalenſi Eccleſia teſte. Patet igitur, quod Diploma iſtud Honorii III. vim retinet ſuam, ac proinde Hiſpalenſis Eccleſia Toletanam Primatialem agnoſcat neceſſe eſt.

XVII. Hujuſmodi argumento evincitur ratio, quippe cujus major, quam dicunt ſcholæ, dubitandi locum non admittit, quia negari nequit conceſſum aliquid gratiæ cauſa a Supremo Principe irritum fieri duobus tantum nominibus, quæ præter voluntatem ut ſit conceſſum efficiunt; nempe, Principem non habuiſſe compertum, quantum ac quale id beneficium fuerit; & ejus conferendi rationes incertæ. Itaque confeſſione partis quod objici potuiſſet, avertitur. Ait Memoriale Rhodericum Archiepiſcopum magna affectum fuiſſe moleſtia ex Innocentii Pontificis negligentia, cujus ægritudinis levandæ cauſa Honorius Diploma iſtud confecerit. Ratio igitur conſtans & certa, qua Pontificis Summi animus, & voluntas mota eſt; cognitio, ac ſcientia rei, quam Pontifex conceſſit, eſt evidens. Quî ergo ſit immunis a Toletano Primatu Hiſpalenſis Eccleſia, dum quæ ultro fatetur, vim, robur, conſtantiam Diplomatis probant?

XVIII. Ratione jam docuimus Honorii tertii Diploma *motu proprio* confectum eſſe, auctoritas modo teſtimonii, quo excogitari non poſſit majus, addenda eſt. Gregorius nempe hujus nominis nonus, qui Honorio III. proxime ſucceſſit, Diplomate, quod pro Rhoderico, ejuſque Succeſſoribus fecit, beneficium a Deceſſore in eumdem Archiepiſcopum collatum confirmat quod ſpectat ad Metropolim, atque Provinciam Hiſpalenſem dum Deo Optimo Maximo id annuente tempus ferat, ut in Chriſtianorum ditionem vindicetur. Eo in Diplomate, ex quo non pauca huc afferre uſuvenit, expreſſe teſtatur Gregorius, Deceſſorem ſuum Honorium conceſſiſſe motu proprio. *Quam*, ait, *dictus Prædeceſſor noſter motu proprio fecit*. Itane? Satius norit Eccleſia Hiſpalenſis quingentos poſt annos, quam Gregorius IX. qui proxime Honorio ſucceſſit, motune proprio confectum Diploma fuerit, necne? Majoriſne ut momenti ſit hominibus pru-

Greg. IX.

prudentiæ laude præſtantiſſimis contendat, quidquid vana ſibi excidit oratione, quam quod Pontifex Maximus propriis inſpectum oculis teſtatur? Arduum ſane, atque ad perſuadendum difficile cuicumque non lubeat errorem opinionis amplecti.

XIX. Operæ pretium duximus non pauca ex ipſo Diplomate huc proferre. Quod eo ſane præſtabimus, ut pœna temporalis ne clam ſit, atque æterna execratio quam Gregorius Eccleſiæ ac ſæculi hominibus interminatur, ſiqui forte eo temeritatis devenerint, ut contra ejus conſtitutionem inſurgant. Gregorius itaque poſt conceſſi a ſe beneficii ſummam: *Siqua igitur*, inquit, *in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisque perſona hanc noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere devenire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni: cunctis autem eidem Eccleſiæ jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen.*

XX. Laudatum Diploma nunc temporis videre eſt in Archivo Toletanæ Eccleſiæ cum ſigillo, ac ſubſcriptione Gregorii IX. & novem Cardinalium, datumque fuit ex Ædibus Lateranenſibus a. d. undecimum Calendas Junias Redemtionis anno 1231. Hanc profecto execrationem Pontificis ſi forte fortuna Memorialis Auctor penſi nihil habeat, nos vero timendam oppido judicamus, ſicuti benedictionem faciendam plurimi eſſe cenſemus.

XXI. Quoniam Toletanæ Eccleſiæ Archivi mentio facta eſt, admonendus mihi videtur Lector duo ibidem eorumdem Pontificum ſervari Diplomata ad Reges omnes & Principes Hiſpaniarum data, per quæ beneficium, & conceſſio hujuſmodi ipſis ſignificatur, mandaturque, ut ſiquis Catholicus Princeps loco aliquo ad Hiſpalenſem Metropolim, ac provinciam ſpectante potitus fuerit, quæ erunt opportuna decernat, ut ſinguli ejus incolæ Toletanum Primatem agnoſcant, eidem in ſpiritualibus, quatenus juris eſt

Primatus, obtemperent. Honorii III. Diploma datum eſt pridie Calendas Februarii ex Palatio Lateranenſi anno 1219. Pontificatus altero. Gregorii IX. ex iiſdem Ædibus datum pridie Nonas Aprileis anno 1232. Pontificatus quinto. Quamobrem a tempore illo, quum ampliſſima, ac præſtantiſſima Hiſpalenſis Eccleſia recepta fuit; perpetuo Toletani Archiepiſcopi tota illa in Provincia, Diœceſi, Urbe, Patriarchalem Crucem ante ſe erectam præferri voluere: quamvis autem illius Præſules aliquoties obſtiterint, conteſtatæ tamen denunciationi acquieverunt: unde turbæ nullæ, quæ inſtare videbantur, ſunt factæ; neque e ſua poteſtate Archiepiſcopus Toletanus diſceſſit. Cæterum de his poſtea capite vigeſimo mentio erit.

Infra cap. 20.

XXII. Inſuper Innocentii octavi Diploma Romæ confectum ſeptimo Idus Majas 1489. Pontificatus anno quarto, *Motu proprio* datum fuit Cardinali Petro Gonſales Mendotio, a quo vitium omne abeſt ſubreptionis, obreptionis, cognitionis defectûs, cauſarum rationis incertæ, inſtantiæ Principum, & quodcumque aliud vitium, cui Pontificium Diploma eſſe queat obnoxium, quidquidlibet cavillatio magis perſpicax detegere obnitatur: nam Pontifex motu ſe proprio id conficere profitetur expreſſe, nullis omnino precibus, aut inſtantia præeuntibus, verum propria ipſius deliberatione, ac certa ſcientia. Unde Doctoris eximii opinione infertur, quod vera ac perfecta cum cognitione Pontifex, omnem præter errorem, beneficium iſtud concedit. Quapropter nemo omnium affirmare auſit, ſeu imprudenter, ſeu male inſtructum id præſtitiſſe Pontificem; perinde enim eſſet, ac mendacii ipſum arguere. Ita P. Suarez loco laudato ſentit, quem adire diffidentem non pigeat.

P. Suar. tom. 4 de Relig. tr. 10. lib. 3. cap. 4. n. 10.

XXIII. Quid deſiderari poſſit amplius ad Pontificium Diploma roborandum, ignoro. Ibidem Pontifex Innocentius controverſiam memorat, quæ Toletano cum Bracarenſi Archiepiſcopo de Hiſpaniarum Primatu intercedebat; præter eam vero nullam ex Eccleſiis Hiſpaniarum de Primatu contendiſſe cum Toletana commemorat; quin immo ut obviam iretur incommodis, ac moleſtiis, queis Eccleſiaſtici vexabantur: ſibi enim, ubi ſecum acerbius apud Metropolitas actum erat, ad Primatem provocandi facultas adimebatur, quippe quum controverſia inter utrumque eſſet, neuter tuto adiri

adiri poterat; ſanxit Pontifex *Prointerim*, ac pro ſuprema capitis auctoritate mandavit, ut dum controverſiæ finis imponeretur, Eccleſiæ omnes Caſtellæ, ac Legionis ad Primatialem Toletanam deferrent, utque ipſius Archiepiſcopus in eas omnes juriſdictione, atque auctoritate Primatis uteretur, ac quibuſcumque aliis actibus muneribuſque dignitatis ejus propriis. Adverſus Diploma iſtud Hiſpalenſis Eccleſia toto 234. annorum ſpatio, qui ad uſque 1723. lapſi ſunt, quum Memoriale ipſius inſcriptum nomini emerſit, nunquam inſurgere conata eſt; & vel ab eo tempore impedimento nunquam fuit, ſeu eſſe potuit, quin Toletanus Archiepiſcopus propriis fungeretur muneribus Primatus in Diœceſi, & urbe Hiſpalenſi; ut capite inſequenti demonſtrabo, itemque fuſius capp. 15. & 20. necnon cap. 6. partis tertiæ a num. 13. ubi documenta ſuppetent plurima ad ejuſmodi cognitionem ſpectantia. *Infra cap. 6. 15. & 20. & part. 3. cap. 6.*

XXIV. En ipſa Diplomatis verba. Pontifex ſtatu controverſiæ Toletanum inter, & Bracarenſem Archiepiſcopos, ſimulque Hiſpanienſium Eccleſiarum incommodis relatis manum jam remediis admovens, infit: *Interim... motu proprio, non ad tuam; vel alterius pro te, nobis ſuper hoc oblatæ petionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ut tu, qui Eccleſiæ Toletanæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, uſquequo controverſiæ prædictæ... debitus ſuus finis impoſitus fuerit, Apoſtolica auctoritate, in eiſdem Regnis, & Dominiis Caſtellæ, & Legionis, prædictorum Regis, & Reginæ temporali dominio ſubjectis hujuſmodi Primatiæ officium, & illi competentes juriſdictionem, & ſuperioritatem, appellationes ad eorum Primatem pro tempore legitime impoſitas, recipiendo, & admittendo, ac in omnibus ad officium ipſum pertinentibus, juſtitiam adminiſtrando, per te, vel per alium, ſeu alios exercere, ac contradictores quoslibet, & rebelles per Eccleſiaſticam cenſuram, & alia juris remedia compeſcere libere, & licite valeas auctoritate Apoſtolica præſentis tenore concedimus, &c.* *Innoc. VIII.* Hoc in Diplomate præclariſſime oppugnatur quidquid Memoriale affirmat. Tota in antiquitate negat Primatem perpetuo adhæſiſſe uni Eccleſiæ apud Hiſpanos. Hæc Memorialis ſumma eſt. Ubi id maxime admirandum videtur, quod nulla ratione habita honoris alicujus Hiſpalenſis Eccleſiæ pro ipſius præſtantia non indigni, Toletanæ detrimentum curatur

Digitized by Google

tur dignitatis, quæ ſummæ ipſius eſt poteſtati conveniens. Ingentis inſtar incommodi habuit Pontifex, dum temporis ad Apoſtolicam Sedem facilis patebat aditus, deeſſe in Hiſpania Primatum, quô fideles a Metropolitis aliqua affecti moleſtia nulla mora confugerent. Quæ quum ita ſint nonne majoris loco incommodi habendum erit tum in Hiſpania Primatum defuiſſe quô a Metropolitis vexati Fideles ſeſe conferrent, quum adeo difficilis, atque impedita ad Apoſtolicam Sedem antiquitus via erat? Ab omni ergo abhorret fide, Pontifices ſeu tanquam Occidentis Patriarchas, ſeu tanquam Eccleſiæ capita tempore tam diuturno deſeruiſſe tot ſibi fidiſſimos filios quot provincia iſtæc produxit, eo deſtitutos remedio, quo cæteræ Occidentis provinciæ ac Regna utebantur. De hoc autem plenior alibi ſermo erit.

XXV. Negare plane non auſim (quanquam ab Innocentio octavo conſtituta atque ſancita id abunde ſatis evincerent, ut Hiſpalenſis Eccleſia præter exceptionem omnem Toletanæ ſubjiceretur juriſdictioni, necnon legitimæ appellationes eſſent Hiſpalenſis Metropolitæ ad Toletanum Archiepiſcopum, tanquam Primatem) negare, inquam, non auſim minora ea eſſe, quam quæ ab Innocentio fieri potuerunt. Siquidem Martinus V. diſputationem omnem abſtulerat de Toletano Primatu in Diplomate, quod Pontificatus ſui XI. anno confecit ſeptimo Calendas Apriles Romæ, & ad hunc locum afferendum duximus.

XXVI. *Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex ſuſceptæ ſervitutis officio de cunctis orbis Eccleſiis, quibus nos Apoſtolicæ pertulit excellentia dignitatis, ſtudiis cogitare tenemur aſſiduis, ut illæ, earumque Paſtores conſilii cæleſtis diſpoſitione in partem ſollicitudinis evocati, congruis perfruantur prærogativis, & honoribus, noſtri dona miniſterii favorabiliter impertimur. Venerabilem igitur Toletanam Eccleſiam paternis, ut decet, complectentes affectibus, quodque illius conſideratione, & intuitu Archiepiſcopus Toletanus pro tempore exiſtens Primas eſt, & propterea Venerabilium Fratrum noſtrorum Patriarcharum ad inſtar quorum ad Primatum (licet nomine duntaxat differat) eædem exiſtant dignitates, quod præeminentia dignitatis adminiſtralis attollendus ſit, æquanimiter; recenſentes ad omnis ambiguitatis dubium (quod forſan apud aliquos oriri poſſet) impoſterum penitus ſubmovendum, Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem*

nem, (erat ea tempeſtate Archiepiſcopus Joannes Contreras) *& Succeſſores ſuos pro tempore exiſtentes Toletanos Archiepiſcopos in noſtris, & Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum cappellis, generalibuſque Conſiſtoriis, & Conciliis, ac quibuslibet aliis publicis, ac privatis locis, ultra Sedis Apoſtolicæ Notarios, ac omnes, ac ſingulos alios (& prius Promotos, qui Primates, & Electores Imperii non fuerint, Archiepiſcopos, locum tenere, illiſque præponi, ac præferri debere, necnon omnibus, & ſingulis prærogativis, privilegiis, & inſigniis, quæ dictis Patriarchis competere poterunt, uti, & gaudere libere, liciteque poſſe, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus: non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & locorum quorumlibet, juramento, Apoſtolica confirmatione, & quavis alia firmitate roborationis, cæteriſque contrariis quibuſcumque: nulli liceat. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, ſeptimo Calendas Aprilis, Pontificatus vero noſtri anno undecimo.*

Nihil, ut opinor, monumento iſto evidentius afferri poteſt. Capite autem vigeſimo hac de re diſſerere conſtitui, quô Lectorem opperior. *Infra c. 20. n. 28.*

XXVII. Hæc Martini V. edictio ſuum effectum ſortita eſt in Baſileæ Concilio, uti mox videbimus capp. 20. & 21. Martinus idem V. alio in Diplomate, quod profert Cardinalis Aguirre Joanni Contreras Toletano Archiepiſcopo nomen Primatis attribuit, quod capite 21. afferetur, ubi aliæ Primatus ſignificationes proferentur, quibus Lectori ſatis erit factum. Quanquam autem certum mihi ſit peculiari capite planum facere, tum Catholicos Hiſpaniarum, tum univerſi terrarum orbis Chriſtianos Reges Toletanis cum Archiepiſcopis, tanquam cum Regni noſtri Primatibus, ſeſe geſſiſſe: ſequenti tamen proxime capite adducam edictum & decretum Regium ab Joanne ſecundo confectum pro Archiepiſcopo Toletano Alphonſo Carrillo contra Burgorum Epiſcopum Alphonſum Carthaginenſem; atque ipſius Regis Decretum ad omnes Præſules, Principes, Dominos, ac Tribunalia ſuarum ditionum, ut Archiepiſcopo Toletano Primatis Hiſpaniarum privilegium a Summis eidem Pontificibus conceſſum ſartum, tectumque ſervetur. *Infra capp. 20. & 21.* *Infra cap. 21.*

Digitized by Google

CAPUT VI.

Edictum, ac Decretum Regium Joannis II. temporibus evulgata pro Toletano Archiepiſcopo cum teſtimonio eorum executionis.

SUMMA CAPITIS.

I. *Burgenſis Epiſcopus conatur impedire Toletanum* Primatem, *quin munera* Primatis *exerceat in civitate, & Diœceſi Burgenſi.*
II. & ſeqq. uſque ad IX. *Joannis Regis Catholici Diploma exhibetur.*
X. uſque ad XV. *Literæ ejuſdem Regis ad Epiſcopos Hiſpaniæ.*
XV. *Ab hoc Decreto Toletani deinde* Primates *tota Hiſpania, Hiſpalenſi Diœceſi non excepta, Crucem præſetulerunt.*
XVI. *Burgenſis Epiſcopus ſuo exemplo totam Urbem docuit venerationem erga Toletanum* Primatem.
XVII. *Obſequii hujus monumentum ad perpetuam rei memoriam.*
XVIII. XIX. *Eccleſiæ omnes 260. annorum ſpatio non turbarunt pacificam poſſeſſionem Toletani* Primatus. *Denique Eccleſia Hiſpalenſis nullo jure inſurgit; & Regis in ſe iram convertit.*

I. DEcreta, & Bullas Pontificum Romanorum jam protuli, ex quibus tum ſumma, tum vetuſtas Toletani Primatus, ut videtur, negari non poteſt. Reſtat nunc, ut Regia producam Diplomata quorum principem locum occupat Regii Conſilii Diploma pro Alphonſo Carrillo, quod ratione habita contentionum Archiepiſcopi Toletani, & Burgenſis Epiſcopi (nondum quippe hic erat Metropolita) actum fuit, quum anno 1448. idem Carrillus a Rege petiit, ut Primatis privilegium, dignitatem, auctoritatem ſervari ſibi mandaret; a Regio item Conſilio, ut vim cognoſceret a Burgenſi Epiſcopo ſibi factam, ſuam enim civitatem ipſe interdicto obſtrinxerat, eo quod Alphonſus Carrillus Primatis officio fungens, urbem, ac Diœceſim permearit erecta Cruce, ut ſuæ dignitatis præberet indicium. Regium vero Diploma ſic ſe habet; quod majorem ob legentis commoditatem in latinum vertam per ſingulos Paragraphos.

II.

II. *Don Juan, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Toledo, de Galicia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jaen, del Algarve, de Algecira, Señor de Vizcaya, y de Molina. A vos el Reverendo Padre Don Alonſo, Obiſpo de la Igleſia de la muy noble Ciudad de Burgos, Cabeza de Caſtilla, mi Camara, Oidor de la mi Audiencia, è mi Refrendario, è del mi Conſejo (como aquel que precio, è de quien mucho fio) yà ſabedes el debate, y queſtion, que ha ſido entre el Reverendo Padre en Chriſto Don Alphonſo Carrillo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Chanciller mayor de Caſtilla, è del mi Conſejo, de la una parte, y vos de la otra: ſobre razon, que el dicho Arzobiſpo metiò en eſſa Ciudad la Cruz infieſta al tiempo que en ella entrò, è el Entredicho, que por la dicha cauſa vos puſiſtes, y mandaſtes guardar en la dicha vueſtra Igleſia, y en las otras Igleſias de eſſa Ciudad; è como el dicho Arzobiſpo embiò à mi ſobre ello ſus Menſageros; è anſimeſmo vos veniſtes por vueſtra perſona à las coſas, que ante mi, y en el mi Conſejo fueron propueſtas, è alegadas por ambas las dichas partes, cada uno en guarda de ſu derecho: y lo que por mi fue mandado, è acordado, que por entonces ſe ficieſſe; de que mas largamente face mencion en ciertos mis autos, que ſobre ello yo mandè dar.*

„ Joannes gratia Dei Rex Caſtellæ, Toleti, Gallæciæ, „ Hiſpalis, Cordubæ, Murciæ, Giennæ, Algarbiæ, Algeziræ, Dominus Biſcajæ, & Molinæ. Tibi Reverende Pater Alphonſe, inclytæ civitatis Burgorum Caſtellæ capitis, ac noſtræ Cameræ Antiſtes, Audientiæ noſtræ Auditor, noſter, noſtrique Conſilii Referendarie, in quem æſtimationis, ac ſpei multum conjeci. Probe noſti controverſiam, quæſtionemque, quæ tibi cum Reverendo in Chriſto Patre Alphonſo Carrillo Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primate, magnoque Caſtellæ Cancellario, atque Conſilii noſtri interceſſit; eo quod Archiepiſcopus idem tuam ingrediens civitatem, Crucem erectam præſetulerit, quare tu eidem urbi interdixiſti, quo interdicto & tuam, & alias omnes urbis Eccleſias innodaſti. Item noſti Archiepiſcopum ſuos per Oratores ad nos rem detuliſſe; necnon per te ipſe adſuiſti rebus coram nobis, ac Conſilio noſtro propoſitis ab utriſque partibus, ut neutra a ſuo jure decederet; quodque a nobis ſancitum, decretumque fuit, ut prointerim fieret; qua de re ſuſius

„ actum fuit nonnullis in mandatis, quæ opportune edici
„ imperavimus.

III. *E agora, por parte del dicho Arzobiſpo, fue propueſto, y alegado ante mi, y en el mi Conſejo, que ſu derecho, en eſta parte, è de ſu Dignidad, è Primacia eſtà muy claro, ſegun ſe contiene en ciertas Bulas, que ſobre ello fueron falladas en el Sagrario de la Santa Igleſia de la muy noble Ciudad de Toledo; los tranſumptos, y copias de las quales autorizados, è autenticados le fueron embiados por el Cabildo de la dicha ſu Igleſia: por las quales ſe contiene expreſſamente, que los Arzobiſpos de Toledo ſon Primados, no ſolo de las Igleſias de mis Reynos, mas de todas las otras Igleſias de los Reynos de las Eſpañas, ſegun que lo fueron antiguamente, antes que los Moros enemigos de nueſtra Santa Fè gañaſſen eſtos mis Reynos, è los otros Reynos de las dichas Eſpañas; è que eſpecialmente agora en nueſtros tiempos el Papa Martin V. de bienaventurada recordacion, diò ſus Bulas à Don Juan de Riaza, Arzobiſpo que fue de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller mayor de Caſtilla: por el tenor de las quales, por la autoridad Apoſtolica decerniò, y declarò, è eſtableciò, que el dicho Arzobiſpo de Toledo, è ſus Sucеſſores, en las Capillas del dicho Papa Martin, è de los otros Papas ſus ſucеſſores, y en los Generales Conſiſtorios, è Concilios, y en otros qualeſquier lugares publicos, è privados, tuvieſſen lugar, y fueſſen antepueſtos, è preferidos, allende de los Protonotarios de la Sede Apoſtolica, è allende de todos los otros Arzobiſpos, que antes de ellos avian ſido promovidos, que Primados, è Electores del Imperio no fueſſen.*

„ Nunc vero idem Archiepiſcopus ad nos, noſtrumque
„ Conſilium detulit, jus ſuum, quod ad hoc ſpectat, & di-
„ gnitatis, ac Primatus ſui liquido conſtare ex Bullis ali-
„ quot in Eccleſiæ Sacrario nobiliſſimæ urbis Toletanæ re-
„ pertis, quarum exemplorum cum authenticis copiam ſi-
„ bi eſſe factam ab ejuſdem Eccleſiæ Canonicis: ex quibus
„ expreſſe habetur, Toletanos Archiepiſcopos Primates eſſe
„ non modo Eccleſiarum Regni noſtri, ſed & omnium Hi-
„ ſpaniæ Regnorum, prout fuerunt antiquitus, antequam
„ Fidei noſtræ infenſiſſima gens Maurorum, noſtra, & Hi-
„ ſpaniæ totius Regna occuparet. Addit præterea his præ-
„ ſertim temporibus S. M. Martinum V. Bullas dediſſe ad
„ Joannem Riaza tum Archiepiſcopum Toletanum, Hiſpa-
„ niarum Primatem, magnumque Caſtellæ Cancellarium,

qui-

„ quibus Apoſtolica auctoritate decrevit, ſtatuit, ſanxit, ut
„ laudatus Archiepiſcopus Toletanus, ejuſque Succeſſores
„ in ipſius Martini, ac Succeſſorum Pontificum Cappellis,
„ generalibus Conſiſtorlis, & Conciliis, ac quibuslibet aliis
„ publicis, ac privatis locis præponerentur, præferrentur-
„ que Protonotariis Apoſtolicæ Sedis, & Archiepiſcopis
„ cæteris ordinatione etiam antiquioribus; modo non eſſent
„ Primates, Electoreſve Romani Imperii.

IV. *E otroſi, que el dicho Arzobiſpo de Toledo, è ſus Suceſſores libre, y licitamente puedan uſar, è gozar de todas, è qualeſquier prerrogativas, è privilegios, è inſignias, que en qualquier manera puedan competer à los venerables Patriarcas, à ſemejanza de los quales ſon los Primados: E han eſſa miſma Dignidad, è ſon de enſalzar igualmente por adminiculos de eſſa miſma preeminencia, è honor, aunque ayan diverſos nombres. Lo qual todo el dicho Papa Martin conſtituyò, è decerniò, è declarò, è mandò, que ſe guardaſſe aſſi irrefragable, y perpetuamente en todos los tiempos advenideros, no embargantes qualeſquier Conſtituciones Apoſtolicas, è eſtatutos, è coſtumbres de qualeſquier Igleſias, è Lugares, aunque fueſſen confirmados por la Sede Apoſtolica, ò por qualquier juramento, ò en otra qualquier manera; ni otras qualeſquier coſas que en contrario fueſſen: E deputò ciertos Executores, à los quales mandò, que lo ficieſſen aſſi guardar, è dieſſen para ello toda ayuda, è non permitieſſen, que el dicho Arzobiſpo de Toledo, ni ſus Suceſſores, ni alguno de ellos, fueſſen moleſtados dende en adelante en alguna manera contro lo ſuſodicho; è que compelieſſen por toda Cenſura Ecleſiaſtica à qualeſquier contradictores: ſegun que eſto, y otras coſas mas largamente ſe contiene en las dichas Bulas.*

„ Præterea decrevit ut idem Archiepiſcopus Toletanus,
„ ejuſque Succeſſores libere liciteque valeant uti, & gaude-
„ re omnibus, & ſingulis prærogativis, privilegiis, & in-
„ ſigniis, quæ venerabilibus Patriarchis competere pote-
„ runt, quorum inſtar ſunt Primates: eademque ipſis ineſt
„ dignitas, & æquanimiter ſunt attollendi ob præeminen-
„ tiam ac dignitatem, nomine licet differant. Quæ omnia
„ Martinus idem decrevit, declaravit, mandavitque, ut
„ omnino futuris temporibus in perpetuum ſervarentur non
„ obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Statutis, & Con-
„ ſuetudinibus Eccleſiarum & locorum quorumlibet Apo-
„ ſtolica confirmatione, juramento, & quavis alia firmitate

„ roborationis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quam-„ obrem viros certos delegavit, quibus in mandatis dedit, „ ut opem omnem adjungerent ſuam quò Diploma illud „ ſervaretur, neve permitterent, ut Archiepiſcopus Tole-„ tanus, ejuſque Succeſſores, aut eorum aliquis moleſtiæ „ impoſterum ulli eſſent obnoxii; ſiqui autem Diplomate „ abuti eſſent auſi, Cenſuris Eccleſiaſticis innodarent. Hæc, „ prætereaque multa Martinus ſanxit.

V. *Segun lo qual fue viſto en el mi Conſejo, que el dicho Arzobiſpo Don Alphonſo Carrillo, como Primado de las Eſpañas, igual de Patriarca, puede infieſta, è alzada, traer la dicha Cruz, no ſolamente en vueſtra Igleſia, y Dioceſis de mis Reynos, anſi de Arzobiſpos, como de Obiſpos, quanto quier que ſeades eſſentos, mas aun en todas las Eſpañas, como en Provincia de ſu Primacìa, ò Patriarcado. E que pues el Papa otorgò eſto à los Arzobiſpos de Toledo, lo qual redunda en gran ſervicio mio, è honor de la Corona Real de mis Reynos, no eſtà en razon, que le ſea embargado por vos, ni por los Prelados, Arzobiſpos, ni Obiſpos, ni otros qualeſquier de las Igleſias de mis Reynos: E que no ſolo yo debo mandar, que en mis Reynos ſe faga, y guarde anſi; mas procurar, con todas mis fuerzas, que en los otros Reynos de las Eſpañas ſea guardada eſta prerrogativa, è preeminencia à los Arzobiſpos de Toledo, como Primados, o Patriarcas de las dichas Eſpañas.*

„ Quare noſtro in Conſilio judicatum fuit, quod Archie-„ piſcopus Alphonſus Carrillus, tanquam Hiſpaniæ Primas, „ & Patriarchæ ſimilis, poſſit præſeferre Crucem non mo-„ do per tuam Eccleſiam, noſtrorumque Diœceſes Regno-„ rum tam Archiepiſcoporum, quam Epiſcoporum, quan-„ tumvis libet exemtorum; verum etiam per totam Hiſpa-„ niam, tanquam ſui Primatus, aut Patriarchatus provin-„ ciam. Et quoniam grande hoc beneficium, unde non pa-„ rum emolumenti nobis, noſtriſque Regnis decoris obve-„ nit, Archiepiſcopi Toletani Pontifici Summo acceptum „ referunt, viſum eſt minus æquum, te, aut Præſules ullos, „ ſive ii ſint Archiepiſcopi, ſive Epiſcopi, aut quoſcum-„ que alios noſtri Regni Eccleſiaſticos in dubium vertere. „ Præterea decretum fuit, hoc futurum noſtri muneris, ut „ non modo id vigere atque ſervari in noſtris Regnis ju-„ beamus; verum etiam atque etiam curemus, ut prærogati-

„ gativa hæc, atque præeminentia. Archiepiſcoporum
„ Toletanæ Eccleſiæ tanquam Primatûm, ſeu Patriarcharum Hiſpaniæ cæteris in Hiſpaniarum Regnis ſarta, tectaque habeatur.

VI. *Lo qual no es ſin cauſa, pues como vos bien ſabedes, la muy noble Ciudad de Toledo es Metropolitana en todas las Eſpañas, è la Santa Igleſia de ella es una de las quatro mayores de todo el mundo. Por lo qual con gran razon los Santos Padres de la Igleſia de Dios antiguamente dieron, y otorgaron la Primacìa, ò Patriarcado de las Eſpañas à los Arzobiſpos de Toledo: E deſpues que la tierra ſe ganò del poder de los Moros, gela reſtituyeron, è tornaron, ſegun, y en el eſtado, que antiguamente la tenian. E agora poſtrimera, è nuevamente gela renovò, è conſtituyò, è decerniò, è declarò el dicho Papa Martin V. por las dichas ſus Bulas. Mayormente, que yo ſo bien cierto, que el dicho Arzobiſpo Don Juan de Riaza à todo el tiempo, que anduvo conmigo en mi Corte, traxo la Cruz infieſta por qualeſquier Ciudades, Villas, è Lugares, è Dioceſis de qualeſquier Arzobiſpados, è Obiſpados de los dichos mis Reynos, quanto quier que ſe digan ſer eſſentos donde io iba, y èl conmigo: Eſpecialmente por Villas, y Lugares de la Dioceſi de vueſtro Obiſpado. E aùn ſo informado por perſonas dignas de creer, que deſpues, que el dicho Papa Martin le diò, y concediò las dichas Bulas, ſiempre traxo Cruz infieſta por qualeſquier partes fuera de mios Reynos, doquier que anduvo: è eſpecialmente, que èl, è los otros por mi Diputados, ſobre los debates que eran entre mi, è los Reyes de Aragon, è de Navarra, ovieron de entrar en Aragon; y ſeñaladamente en Tarazona, el dicho Arzobiſpo ſiempre metiò, ò trajo la Cruz alzada, e infieſta ante sì: è que le fue tolerado por los Prelados, no ſolo de mis Reynos, mas fuera de ellos.*

„ Neque id parum ſtabili nititur fundamento: etenim
„ præſtantiſſima Toletana civitas, quod te non præterit,
„ Metropolis totius Hiſpaniæ eſt, ejuſque Eccleſia inter quatuor univerſi orbis præcipuas recenſetur. Quamobrem
„ jure Patres Eccleſiæ Toletanis Archiepiſcopis Primatus,
„ ſeu Patriarchatus Hiſpaniarum dignitatem antiquitus tribuerunt, ac poſtea provinciâ e Maurorum poteſtate ereptâ in priſtinam gloriam illos aſſeruerunt: nunc denique
„ Martinus V. memorato Diplomate dignitatem illam
„ inſtauravit. Eoque id magis, quod compertum nobis, ex-

„ exploratumque eſt, laudatum Archiepiſcopum Joannem
„ Riaza totum id temporis, quo nobis ſeſe comitem dedit
„ cum Aula quâcumque Urbium, Vicorum, Regionum,
„ Diœceſium, ſeu hæ ad Archiepiſcopos, ſeu ad Epiſco-
„ pos pertinerent, tranſivit noſtris in Regnis, quanquam
„ ſeſe immunes dicant, præſertim quæ Regiones, Villæque
„ tuam ad Diœceſim ſpectant, nullibi non erectam Cru-
„ cem prætuliſſe nobiſcum progredientem. Præterea in-
„ telleximus a Viris fide dignis eumdem Archiepiſcopum
„ Toletanum poſt Martini V. Diplomata nuſquam gentium
„ trans Regni noſtri terminos perrexiſſe quin Crucem ere-
„ ctam ſequeretur: quum præſertim ipſe, ac viri aliquot legati
„ a nobis, ob belli cauſas nos inter, & Aragoniæ, ac Na-
„ varræ Reges, Aragoniam permearent oportuit, ac præ-
„ ſertim Turiaſonem, ubique Crucem erectam fuiſſe præla-
„ tam, idque æqui bonique conſuluiſſe non ſolum Regni
„ noſtri, ſed alieni etiam Regni Præſules.

VII. *Segun lo qual grave ſeria, que agora le fueſſe impedido por vos, ni por otro Prelado Arzobiſpo, ni Obiſpo de mis Reynos; nin ſeria coſa razonable, que prejudicaſſe al dicho Arzobiſpo, nin à ſu Dignidad, è Igleſia, qualeſquier autos, que algunos ſus predeceſſores contra eſto huvieſſen fecho, ò conſentido: mayormente, pues deſpues de todo aquello el dicho Papa Martin V. conſtituyò, è decerniò, è declarò, que el dicho Don Juan Arzobiſpo de Toledo, y ſus Suceſſores igualmente, ſin otra diferencia, nin diſtincion real pudieſſen gozar, è gozaſſen de las inſignias, è prerrogativas, è privilegios, que à los Patriarcas, en qualquiera manera pueden competer.*

„ Quapropter grave admodum impræſens foret, aut te,
„ aut Regni noſtri Præſulem aliquem Archiepiſcopi, ſeu
„ Epiſcopi is honore præſtet, impedimento eſſe: omnique
„ ab æquitate alieniſſimum, Prædeceſſorum actum aliquem,
„ ſi ipſi ſcilicet aut jus iſtud tueri minime laborarint, aut
„ conniverint, detrimento eſſe huic Archiepiſcopo ejuſque
„ dignitati, & Eccleſiæ: præſertim, quod majus eſt, quia
„ poſtremum omnium Martinus V. conſtituit, decrevit, de-
„ claravit, ut laudatus Joannes Toletanus Archiepiſcopus,
„ ejuſque Succeſſores, æque, ac nullo prorſus diſcrimine
„ uterentur, ac fruerentur inſigniis, prærogativis, ac privi-
„ legiis, quomodocumque ad Patriarchas pertingant.

VIII.

VIII. *Porque vos ruego, è mando, que veades los dichos tranſumptos, è copias de las dichas Bulas autorizadas, que en eſta razon vos ſeràn moſtradas: è conformandovos con ellas, como de razon lo debedes facer, è anſimiſmo con mi voluntad en eſta parte, eſpecialmente por eſto redundar tanto en ſervicio mio, è honor de la Corona Real de mis Reynos, como ſuſo es dicho; è porque, ſi por vos le fueſſe contradicho, ſerìa dàr exemplo à los otros Prelados, no ſolo de mis Reynos, mas aun de fuera de ellos, para facer ſemejantes contradiciones, dedes lugar, que el dicho Arzobiſpo como Primado de las Eſpañas, ſin embargo, ni contradicion vueſtra, libremente pueda facer traer ante sì inſieſta, è alzada la Cruz, por eſſa Ciudad, y vueſtra Dioceſi; pues ſe falla por las dichas Bulas, que licita, y libremente le compete lo ſuſodicho, como inſignias de ſu Primacìa, ò Patriarcado, è lo puede bien facer. E luego alcedes de todo el Entrediche, que por la dicha cauſa oviſtes pueſto, è publicado, ò declarado en eſſa Ciudad: En lo qual me faredes ſingular placer, è ſervicio: è por coſa alguna non cumple que fagades ende al; cà por eſta miſma via entiendo mandar que lo guarden todos los otros Prelados de mis Reynos, aſſi Arzobiſpos, como Obiſpos, è otros qualeſquier; è procurar, è trabajar, porque ſe guarde anſi en todas las Eſpañas. E por eſto no es mi intencion de prejudicar, ni que ſe haga prejuicio alguno à vos, ni à vueſtra Igleſia, è Dignidad en otras coſas algunas, tocantes à la ingenuidad, è eſſencion de vueſtra Igleſia, e Dignidad: mas que vos queden ſiempre à ſalvo en todas otras qualeſquier coſas como dicho es. Dada en la Villa de Navarrete veinte dias de Agoſto de mil y quatrocientos è quarenta y ocho años. YO EL REY. Yo el Doctor Fernando Diaz de Toledo, Oìdor, è Refrendario del Rey, è ſu Secretario lo fize eſcrivir por ſu mandado.*

„ Proinde te oro, & ut viſas mando Diplomatum exem„ plar authenticorum, hac enim in cauſa fiet tibi copia: „ inhærenſque ipſis, ut debes, noſtræque hac in re voluntati, „ quum præſertim noſtro id emolumento, Regniſque no„ ſtris decore ſit futurum, ut diximus. Et quoniam obſi„ ſtens tu exemplo eſſes tùm Regni noſtri Præſulibus, tum „ exteris, qui eadem præſtare haud vererentur; ideo pa„ tiare ut idem Archiepiſcopus tanquam Primas Hiſpania„ rum te neque invito, neque adverſante, poſſit libere Cru„ cem erectam præferre tuam per Diœceſim, atque Urbem, „ nam Diplomata ipſa decernunt, quod licite ac libere id

„ illi convenit, tanquam Primatus ſeu Patriarchatus inſi-
„ gne. Interdictum vero quantocyus removeas quo Urbem
„ iſtam publice, palamque innodaſti, qua in re pergratum
„ nobis feceris, neque expedit per te ſecus fieri, etenim
„ certum nobis eſt, omnibus, & ſingulis Regni Præſulibus tam
„ Archiepiſcopis, quam Epiſcopis, aliiſque quibuſcumque
„ mandare, ut eadem præſtent: curæque, ac ſollicitudinis
„ nihil miſſum facere, ut tota in Hiſpania id ſervetur. At
„ enimvero abſit, ut ſeu tu, ſeu Eccleſia, ſeu dignitas tua
„ detrimenti aliquid accipiat ex hoc noſtro Diplomate,
„ quod ſpectat ad exemtionem, atque ingenuitatem Eccle-
„ ſiæ, ac dignitatis tuæ, non enim id mentis noſtræ eſt,
„ immo potius ut cætera omnia ſint ſarta, atque tecta jux-
„ ta id quod diximus. Datum ex Navaretis Suburbiis a. d.
„ decimumtertium Calendas Septembres 1448. REX.

„ Ego Doctor Ferdinandus Diaz Toletanus Auditor, ac
„ Referendarius Regis, ejuſdemque a Secretis, Regiis man-
„ datis obtemperans curavi ut ſcriberetur.

IX. Sic ſe habet Regium Diploma pro Toletano Archiepiſcopo datum poſt rationem habitam delationum Archiepiſcopi ejuſdem Toletani, & Burgenſis Epiſcopi, quas inſpexerunt, cognoveruntque Regii Conſilii aſſeſſores. Reſtat nunc ut literas producam, quæ in Diplomate ad Archiepiſcopos, atque Epiſcopos Hiſpanienſes Regis nomine dicuntur traditæ. Hæ autem ſunt:

X. *Don Juan, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Toledo, de Galicia, de Sevilla, de Cordova, de Murcia, de Jaen, del Algarve, de Algecira, è Señor de Vizcaya, è de Molina: A los Reverendos Padres en Chriſto Arzobiſpos, è Obiſpos, è Abades, è Deanes, è Cabildos, è otras perſonas Ecleſiaſticas, è Religioſas de mis Reynos, è Tierras, è Señorios, è eſpecialmente à los Reverendos Padres, Obiſpos, de Burgos, è Leon, è Cartagena, e Oviedo, è à los Deanes, è Cabildos, è Clerecias de vueſtras Igleſias, è Obiſpados, è à qualquier, ò à qualeſquier de vos, à quien eſta mi Carta fuere moſtrada, ſalud, è gracia.*

„ Joannes gratia Dei Rex Caſtellæ, Legionis, Toleti,
„ Gallæciæ, Hiſpalis, Cordubæ, Murciæ, Giennæ, Algar-
„ biæ, Algeziræ, Dominus Biſcajæ, & Molinæ. Reveren-
„ dis in Chriſto Patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abba-
„ tibus, Decanis, Canonicis, aliiſque quibuſcumque Regni
noſtri

Digitized by Google

„ noſtri Eccleſiaſticis viris, noſtrarumque Regionum, ditio-
„ numque, præſertim vero Reverendis Patribus Epiſcopis
„ Burgorum, Legionis, Carthaginis, Oveti, Decaniſque,
„ Canonicis & Clero veſtrarum Eccleſiarum, ac Diœceſium,
„ atque unicuique veſtrum ad quem pervenerint hæ literæ
„ ſalutem, & gratiam.

XI. *Bien ſabedes, è à todos es notorio, è publico, è manifieſto, aſſi en mios Reynos, e Señorìos, como fuera de ellos, que la Igleſia Cathedral de la muy noble Cibdad Imperial de Toledo ſiempre fue, è es Cabeza, è Metropolitana de todas las Eſpañas, è que los Arzobiſpos de ella han ſido, è ſiempre fueron de tanto tiempo acà, que memoria de hombres no es de contrario, Primados de las dichas Eſpañas, è uſaron, è uſan de la dicha Primacìa, è de las prerrogativas de ella, aſſi trayendo Cruz alta ante sì por todas las Cibdades, è Villas, è Lugares de mis Reynos, è de las Eſpañas, como de todas las otras coſas pertenecientes à la dicha Primacìa, aſſi de derecho, como de antigua coſtumbre; lo qual ſiempre les fue, è ha ſido, è debe ſer guardado, è agora yo conſiderado lo ſuſodicho*, è porque cumple aſſi à mi ſervicio, è guarda de mi preeminencia, è à honor de la Corona Real de mis Reynos, *mi mercedes, que la dicha elevacion de la Cruz, è todas las prerrogativas, è preeminencias, è honores, è otras qualeſquier coſas pertenecientes à la dicha Primacìa, aſſi de derecho comun, è leyes de mis Reynos, como de coſtumbre antigua, ſean guardadas bien, è cumplidamente, que todas eſtas dichas Igleſias, è Cibdades, è Villas, è Lugares de mis Reynos, è en cada una de ellas, al muy Reverendo Padre en Chriſto Don Alphonſo Carrillo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Chanciller mayor de Caſtilla, è de mi Conſejo, è ſegun que mexor, è mas cumplidamente fueron guardadas antiguamente à los otros Arzobiſpos de Toledo, que ante de èl fueron, ò à qualquier, ò à qualeſquier de ellos: y que le no ſea pueſto en ello, ni de coſa alguna de ello, embargo, ni contrario alguno, no embargante qualquier, ò qualeſquier pendencia, ò pendencias de pleyto, ò pleytos, que ſobre ello eſtèn pendientes de Corte de nueſtro muy Santo Padre, ò en otra qualquiera manera entre el dicho Arzobiſpo, è vos los ſobredichos Prelados, ò qualquier, ò qualeſquier de vos; porque mi merced, y voluntad es, que ceſſen los dichos pleytos, y contiendas, è aquellas ſean extinctas, è ſe non proſigan mas*, porque aſſi cumple à mi ſervicio, la guardada de la dicha mi preeminencia,

 è

è honor de la Corona Real de mis Reynos, *è al pacifico eſtado, è tranquilidad de ellos: è para evitar, e deſivar de ellos muchos eſcandalos, è inconvenientes, que ſe podian ſeguir.*

„ Compertum, exploratumque eſt vobis omnibus tam
„ e noſtris Regnis, ditionibuſque, quam exteris, præſtantiſ-
„ ſimæ, regiæque Toletanæ Urbis, Cathedralem Eccleſiam
„ caput ſemper, ac Metropolim Hiſpaniarum fuiſſe, & eſ-
„ ſe, & ejus Archiepiſcopos ab immemorabili earumdem
„ Primates Hiſpaniarum extitiſſe jugiter, atque hujuſmodi
„ ſemper dignitate uſos, & juxta prærogativis ad eam ſpe-
„ ctantibus nunquam non potitos eſſe, tum erectam perpe-
„ tuo Crucem præſeferendo per Urbes, Suburbia, Regio-
„ nes Regni noſtri, & Hiſpaniarum, tum alia præſtando
„ omnia, quæ aut jure, aut ex conſuetudine Primatus pro-
„ pria ſunt facta; quod perinde ſervandum erit ſemper, at-
„ que fuit huc uſque ſervatum. Ad hæc nos animum ad-
„ jungentes, *namque noſtrum id emolumentum ſpectat, præmi-
„ nentiæ noſtræ incolumitatem, ac noſtrorum decus & ornamen-
„ tum Regnorum*, volumus; ut memorata Crucis erectio,
„ prærogativæ omnes, præeminentiæ, honores, ac cætera
„ quæcumque tam jure, & ex Regni noſtri Conſtitutioni-
„ bus, quam ex antiqua conſuetudine ad Primatum ſpe-
„ ctantia æque, pleneque ſerventur, ac permaneant iſtis in
„ Eccleſiis, Civitatibus, Suburbiis, ac Regionibus Regno-
„ rum noſtrorum, & in earum ſingulis, Reverendo ad-
„ modum in Chriſto Patri Alphonſo Carrillo Archiepiſco-
„ po Toletano, Hiſpaniarum Primati, magno Caſtellæ Can-
„ cellario, noſtrique Conſilii, & prout melius, pleniuſque
„ ſervata ea Toletanis olim Archiepiſcopis, eorumque ſin-
„ gulis fuerunt, qui hunc præceſſere; nullumque hac in re
„ impedimentum illi obſit, ſeu controverſia, minime ob-
„ ſtantibus pendentia qualibet ſeu pendentiis litis, litium-
„ ve conſtitutarum in S. Patris noſtri Curia, aut quomodo-
„ cumque Archiepiſcopum inter, & vos prædictos Præſu-
„ les, aut unumquemque veſtrum; nobis enim lubet pla-
„ cetque ut ejuſmodi controverſiæ ac lites modum habeant,
„ reſcindantur, neque amplius exiſtant, *namque id noſtrum
„ emolumentum ſpectat, præeminentiæ noſtræ incolumitatem,
„ noſtrorum decus, & ornamentum Regnorum*, eorumque
„ otium, ac tranquillitatem, quietemque a ſcandalis non
pau-

„ paucis atque incommodis, quæ provenire hinc poſſent.

XII. *Lo otro ſi entiendo tener manera, en quanto en mi fuere, porque eſto ſea guardado aſſi al dicho Arzobiſpo de todos los otros Reynos de Eſpaña: porque vos ruego, è mando à todos, è cada uno de vos, que lo guardedes, è cumplades, è ſagades guardar, è cumplir todo aſſi, ſegun, è por la forma, y manera, que en eſta mi Carta ſe contiene, è que no hayades, ni paſſedes, ni conſintades ir, ni paſſar contra ello, ni contra coſa alguna, ni parte de ello, agora, ni en algun tiempo, ni por alguna manera, è los unos, ni los otros no ſagades ende al por alguna manera; ſopena de incurir por ello en mi indignacion, è en las otras penas en que caen los Perlados, è perſonas Ecleſiaſticas, que ſon deſobedientes à ſu Rey, y Señor natural, aperciviendovos, que yo mandarè proveer, è ſerà proveido contra los que aſſi no lo ficieren, è cumplieren, è contra ſus temporalidades, por manera, que mis mandamientos ſean obedecidos, y cumplidos con efecto.*

„ Item quantum in nobis eſt conari hoc intendimus, ut „ id honoris erga Toletanum Archiepiſcopum, vel cæteris „ in Hiſpaniæ Regnis hæreat, vigeatque. Quamobrem „ vos oro, mandoque omnibus, ac ſingulis veſtrum, ut pro „ harum ſententia literarum ſervetis, & impleatis, necnon „ ſervari & impleri ſatagatis hæc omnia, nec patiamini, „ nec conniveatis, neque aſſentiamini, ut contra totum, ſeu „ partem ab ullo fiat, pacto aliquo, nec impræſentia, nec „ deinceps unquam; neutrique veſtrum quomodolibet con„ trarium præſtent ſub noſtræ indignationis pæna, cæteriſ„ que, quibus Præſules & Eccleſiaſtici viri ſunt obnoxii, „ qui proprio Regi, ac Domino recuſant, ut morem ge„ rant: Vos itaque admonemus animadverſum iri in con„ tumaces fortunæ bonorum jactura, ut quæ nos manda„ mus ea omnino audiantur, & compleantur.

XIII. *E por eſta mi Carta, ò por ſu traslado ſignado de Eſcrivano publico, mando al Principe Don Henrique mi muy caro, y muy amado hixo Primogenito heredero, è otroſi à Don Alvaro de Luna Maeſtre de Santiago, mi Condeſtable de Caſtilla, è à los Condes, Duques, Marcheſes, Ricos Homes, Maeſtros de las Ordenes, Priores, e à los de mi Conſejo, è Oidores de la mi Audiencia, è Alcaldes, è Notarios, è Alguaciles, è otras Juſticias qualeſquier de la mi Caſa, y Corte, y Chancilleria, e à los mis Adelantados, è Merinos, è à los Comendadores, Subcomendadores,*

Alcaydes de Caſtillos, è Caſas Fuertes, è Llanas, è al Concejo, Alcades, Merinos, Regidores, Cavalleros, Eſcuderos, è Homes buenos de la muy noble Cibdad de Burgos, Cabeza de Caſtilla mi Camara, è à todos los Concejos, Alcaydes, Alguaciles, Regidores, Cavalleros, Eſcuderos, è Homes buenos de todas las Cibdades, è Villas, è Lugares de los mis Reynos, è Señorios, è à otros qualeſquier mis Vaſſallos, è ſubditos, è naturales de qualquier eſtado, ò condicion, preeminencia, ò dignidad que ſean, è à qualquier, ò à qualeſquier de ellos, que guarden, y cumplan, è fagan guardar, è cumplir en todo, è por todo, ſegun, è por la forma, y manera, que en eſta mi Carta ſe contiene: E que no vayan, ni paſſen, ni conſientan ir, ni paſſar contra ella, ni contra coſa alguna, ni parte de ella, agora, ni en algun tiempo, ni por alguna manera, mas de que dèn, è fagan dàr todo favor, è ayuda para ello al dicho Arzobiſpo: E los unos, y los otros nò fagan ende al por alguna manera, ſopena de la mi merced, e de privacion de los oficios, e de confiſcacion de los bienes de los que lo contrario ficieren, para la mi Camara.

„ Hiſce autem literis, harumque exemplo, quod ab amanuenſi publico obſignabitur, mandamus Henrico Principi nobiſque chariſſimo filio natu maximo Regni heredi, itemque Alvaro de Luna Compoſtellæ Magiſtro, Stabuli noſtri Comiti in Caſtella, & Comitibus, Ducibus, Marchionibus, Nobilibus, Magiſtris Ordinum, Prioribus, Conſiliariis noſtris, Auditoribus Audientiæ noſtræ, Prætoribus, Notariis, Executoribus, ac cæteris quibuſcumque Juri addictis noſtrarum Ædium, Cameræ, Cancellariæ, & ipſarum Præfectis, Commendatoribus, Subcommendatoribus, Præfectis Arcium, & Caſtrorum, & Conſilio, Gubernatoribus, Rectoribus, Equitibus, Armigeris, probiſque hominibus inclytæ Urbis Burgorum Caſtellæ Metropolis, noſtræ Curiæ, & Conſiliis omnibus, Gubernatoribus, Executoribus, Rectoribus, Equitibus, Armigeris, probiſque hominibus cunctarum Civitatum, Suburbium, Regionum ad Regna noſtra, ditioneſque pertinentium, & quibuſcumque nobis ſubditis quocumque ipſi ſint genere, ſtatu, conditione, præeminentia, dignitate; mandamus inquam horum ſingulis, ut ſervent adimpleantque, ſervarique & adimpleri curent prorſus omnia, quæ his literis comprehenduntur, nec ſinant, permittant, aſſen-

„ ſentiantur, ut vel impræſens, vel impoſterum his contra-
„ ria fiant immo potius gratia, ope, favore; proſequan-
„ tur Toletanum Archiepiſcopum, denique operam, ut
„ alii etiam id præſtent. Nullique eorum ſecus facere ſit
„ libitum, propoſita noſtræ indignationis pœna abdicatio-
„ nis ab officiis, Bonorum addictionis Fiſco pro Curia noſtra,
„ iis qui contra facere auſi erunt.

XIV. *E demàs, por qualquier, ò qualeſquier de ellos por quien fincare de lo aſſi facer, è cumplir, mando al Home, que les eſta mia Carta moſtrare, que los emplaze, de que parezean ante mi en la mi Corte, los Concejos por ſus Procuradores, è los Oficiales, è las otras perſonas ſingulares perſonalmente, do quier que yo ſea, del dia que los emplazare, à quince dias primeros ſiguientes, ſo la dicha pena à cada uno; ſo la qual mando à qualquier Eſcrivano publico, de que para eſto fuere llamado, de que dende al que eſta mi Carta fuere moſtrada, dè teſtimonio ſignado con ſu ſigno, porque yo ſepa como ſe cumple mi mandado. Dada en la noble Villa de Valladolid à veinte y cinco dias del mes Hebrero, año del Nacimiento de nueſtro Señor Jeſu Chriſto de mil y quatrocientos y cinquenta y un años. YO EL REY. E yo el Doctor Fernando Diaz de Toledo, Oidor, è Referendario del Rey, è ſu Secretario, la fize eſcrevir por ſu mandado.*

„ Præterea ſiquis dicto ſe audire nolle profiteretur, ei
„ mandamus, qui illi copiam fecerit hujuſmodi literarum,
„ ut diem ipſi dicat ad ſe ſiſtendum noſtra in Curia coram
„ nobis intra menſis dimidium; ita tamen ut Conſilia per
„ Procuratores compareant, Officiales vero, ac cæteri ſin-
„ gulares viri pro ſe quiſque ſe ſiſtat, ubicumque tum lo-
„ corum fuerimus, ſub præfata pœna; qua item propoſita
„ pœna ſingulis publicis amanuenſibus præcipimus, ſiquis
„ ad id appelletur, ut teſtimonium annulo ſignatum ſuo
„ exhibeat, unde pateat cuinam literarum copia facta ſit,
„ noſſe enim volumus, utrum ea, quæ mandamus, implentur.
„ Datum ex conſpicuo Suburbium Valliſoleti rure quinto
„ Calendas Martias anno Redemtionis noſtræ 1451. Rex.
„ Ego Doctor Ferdinandus Diaz Toletanus Auditor, ac
„ Referendarius Regis, ejuſque a Secretis, mandante ipſo
„ Rege, ut ſcriptis conſignaretur operam dedi.

XV. Regia hac conſtitutione Burgorum Epiſcopo denunciata, acceptiſque memoratis literis per Epiſcopos, & Ca-

Canonicos Hiſpaniarum, obedientia, & obſequium ſubditorum propria Regis Decreto tot Bullis, Diplomatibuſque Pontificiis inhærenti, eluxerunt. Quapropter Toletanus Archiepiſcopus totas per Hiſpaniarum Diœceſes erectam præſetulit Crucem, ne urbe quidem, & Archiepiſcopatu Hiſpalenſi exceptis, prout Eminentiſſimi Cardinales Ægidius Albornotius, & Petrus Gonzales Mendotius, ac Venerab. Fr. Franciſcus Ximenes Toletani Archiepiſcopi præſtiterunt; qua de re opportunius capite vigeſimo; nulla omnino extante memoria Hiſpalenſem Eccleſiam adverſatam fuiſſe, ſeu teſtato reclamaſſe. Neque vero tum metui videbatur poſſe hujuſmodi auſus, teſtatum quippe erat Regiis ipſis literis, Primatus Toletani dignitatem a Summis Pontificibus inſtitutam emolumento eſſe Regi, & Hiſpaniarum Regnis decori, ut Joannes Rex in ſuo Diplomate affirmat.

Infra cap. 20. num. 15. 16. 17. & 18.

XVI. Perſpicuis hiſce verbis perſpectis, & æquitate cauſæ explorata, Alphonſus Carthaginenſis Burgorum vigilantiſſimus Præſul pro ſuo erga Regiam Majeſtatem obſequio caput ſubduxit ejus Decreto; utque amplius, ac manifeſtius obſervantiâ idem ſuâ exhiberet exemplum, non modo fuit paſſus, ut Toletanus Archiepiſcopus vexillum, Crucemque Patriarchalem erectam ſuam per Diœceſim præſeferret, verum, quod eſt majus, diebus nedum ſeptem integris lapſis per ſe ipſe Toletanum Archiepiſcopum Alphonſum Carrillum in Primatialis auctoritatis poſſeſſionem miſit, una cum illo progrediens media urbe, erecta Cruce præeunte Primatus ejus teſte. Quum autem nobis non lubeat noſtrorum fidem penes Lectoris humanitatem relinquere, juridicum hîc teſtimonium proferemus, quod hac de re in actis extat; qua enim majori potuit ſolennitate unquam ingenui erga Regem officii exemplum præberi, Burgenſis id Epiſcopus præbuit tota, ut dicam, inſpectante urbe. Sic autem ſe habet.

XVII. In nomine Domini, Amen. *Sepan quantos eſte publico Inſtrumento vieren, como en el año delNacimiento de nueſtro Salvador Jeſu Chriſto de mil y quatrocientos y quarenta y ocho años, veinte y ſiete dias del mes de Agoſto, en el Pontificado de nueſtro muy Santo Padre Nicolào, por la Divina providencia Papa Quinto. Eſte dicho dia, partiendo el muy Reverendo en Chriſto, Padre, è Señor Don Alphonſo Carrillo, por la Divina miſe-*

ſeracion Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Chanciller mayor de Caſtilla, de la Ciudad de Burgos, deſde ſu Poſada de la Cal de las armas de la dicha Ciudad, fuera de la dicha Ciudad, para ir en camino à otras partes, yendo cabalgando con el dicho Señor Arzobiſpo por la dicha Ciudad, è por las calles de ella, los Reverendos en Chriſto, Padres, è Señores D. Alfonſo Obiſpo de Burgos, è Don Gonzalo Obiſpo de Ciguenza: de los quales dichos Señores Obiſpos, el dicho Señor Obiſpo de Ciguenza iba cabalgando à la mano derecha: el dicho Señor Obiſpo de Burgos iba à la mano ſinieſtra del dicho Señor Arzobiſpo, llevandoſe, otroſi, ſegun que ſe llevaba, delante del dicho Señor Arzobiſpo una Cruz erecta, è levantada, que parecia ſer de plata, aſſi la Cruz, como el haſta de ella: la qual haſta podia ſer de quince palmos de luengo, poco mas, ò menos, la qual dicha Cruz llevaba un Capellan del dicho Señor Arzobiſpo, llamado por nombre Juan Martinez de Ciguenza, Canonigo de la Igleſia de Ciguenza. Eſte dicho dia en preſencia de mi el Notario publico, è de los Teſtigos y uſſo eſcritos, en ſaliendo los dichos Señores Arzobiſpos, è Obiſpos, è otra mucha gente con ellos fuera de la dicha Ciudad de Burgos, por la puerta que ſe dice la Puerta de San Juan, pareciò hi preſente el honrado Gomez de Herrera, Bachillèr en Leyes, en nombre del dicho Señor Arzobiſpo, è como ſu Procurador, que para ello ante mi el dicho Notario ſe moſtrò ſer, è dixò, que en nombre del dicho Señor Arzobiſpo pedia, y pidiò à mi el dicho Notario, que le dieſſe por teſtimonio ſignado de mi ſigno, de como el dicho Senor Arzobiſpo ſalia de la Ciudad de Burgos, caminando cabalgando por ella de la manera ſuſodicha: è de como ſalian con èl los dichos Señores Obiſpo de Burgos, è Obiſpo de Ciguenza, è de como eſſo meſmo ſe llevaba delante del dicho Señor Arzobiſpo la dicha Cruz levantada en la manera que dicha es, ſin lo contradecir el dicho Señor Obiſpo de Burgos, ni otro alguno de ſu nombre: Por la qual yo el dicho Notario di ende al dicho Fernan Gomez, Bachillèr, en el dicho nombre, eſte Inſtrumento publico ſignado de mi ſigno, ſegun, è por la manera, que el fecho ante mi paſsò, de que fueron teſtigos, que eſtavan, è fueron preſentes para ello, eſpecialmente llamados, y rogados, el honrado Don Baſco de Treiza Dean de Sevilla, è Pedro de Cartagena, hermanos de los dichos Señores Obiſpos de Bur-

Digitized by Google

gos, è Ciguenza, è Martin Lopez de Romanillos, Canonigo de Ciguenza, è Rui Lorenzo, Bachillèr en Medicina, è Gomez Fernandez de Cordova, Eſcrivano de Camara de dicho Señor Rey, è otros muchos. Por quanto yo Martin de Avila Notario publico, por Apoſtolica autoridad, fui preſente à todo lo ſuſodicho de conſuno con los dichos Teſtigos, por ende, à pedimento del dicho Señor Arcediano de Ciguenza, por sì, y en el dicho nombre de los dichos Dean, y Cabildo de la dicha Igleſia de Toledo, eſte Inſtrumento fize por otro fielmente eſcrivir; y puſe aqui mi acoſtumbrado ſigno, è mi nombre de teſtimonio de verdad. Martin de Avila Notario publico.

In nomine Domini, amen. „ Omnibus, & ſingulis monumentum hoc inſpecturis notum ſit, quod, anno Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti 1448. ſexto Calendas Septembres Nicolao V. Summo Pontifice, Burgis alìorſum proficiſcente admodum Reverendo in Chriſto Patre Domino Alphonſo Carrillo Divina miſericordia Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primate, magno Caſtellæ Cancellario, ex hoſpitio ea in urbe habito via *de las armas* nomine diſcedente, ac ſecum equitantibus Reverendis in Chriſto Patribus, ac Dominis Alphonſo Burgenſi Epiſcopo & Gundiſalvo Seguntino Præſule, quorum hic dextrâ, ille ſiniſtrâ Toletano cum Archiepiſcopo tota urbe vehebantur equis, ipſum Archiepiſcopum eorum medium præeunte haſtata, & erecta Cruce, quæ perinde ac ejus haſta ad quindecim palmorum longitudinis, argentea videbantur; quam geſtabat Archiepiſcopi ejuſdem Cappellanus nomine Joannes Martines Seguntinæ Cathedralis Canonicus; eodem die me Notario publico, ac teſtibus infraſcriptis præſentibus, urbe exeuntibus præfatis Archiepiſcopo, & Epiſcopis, ſecumque aliis quamplurimis per portam S. Joannis, adfuit honorandus Gomes Herrerius Juris Doctor, qui Archiepiſcopi nomine, tanquam ipſius Procurator, etenim ea propter coram ſe me Notarium eſſe teſtatus fuit, Archiepiſcopi ait nomine ſe petere, petiitque a me Notario, ut meo ſignatum ſigillo teſtimonium præberem, quo conſtaret, laudatum Archiepiſcopum ab urbe Burgenſi diſcedere per illam equo vectum ut ſupra, cum ipſo equitantibus Epiſcopis Burgenſe, ac Seguntino,

„ tino, ipſumque præire propriam Crucem erectam ut ſu-
„ pra, neque Burgenſi Epiſcopo, neque ipſius nomine ul-
„ lo omnino alio adverſante. Quamobrem egomet Nota-
„ rius ejuſmodi monumentum quantocyus exhibui eidem
„ Ferdinando Gomeſio Juris Doctori, prædicti Archiepi-
„ ſcopi nomine meo ſignatum ſigillo, prout ſeſe res ha-
„ buit me præſente, teſtibus item aliis ad id præſertim
„ vocatis, rogatiſque præſentibus, præſtantiſſimo nempe
„ viro Baſco Treitio Decano Hiſpalenſi, & Petro Cartha-
„ ginenſi Epiſcoporum Burgenſis, ac Seguntini laudis er-
„ go memoratorum fratribus, necnon Martino Lopes de
„ Romanillos Seguntii Canonico, ac Rui Laurentio Medi-
„ cæ diſciplinæ Profeſſore, & Gomeſio Fernandes Cordu-
„ benſi, Regiæ Curiæ amanuenſi, aliiſque non paucis. Qua-
„ tenus ego Martinus de Avila auctoritate Apoſtolica No-
„ tarius publicus ſupradictis rebus præſens adfui ſimul una
„ cum prædictis teſtibus, idcirco laudati Seguntini Archi-
„ diaconi petitione pro ſe, ac Decani, & Canonicorum To-
„ letanæ Eccleſiæ nomine operam dedi, ut optima fide hoc
„ documentum amanuenſis exſcriberet, ſigillum rite poſui,
„ ac propria manu obſignavi. In quorum fidem.
„ Loco ✠ Sigilli. Martinus Avila Notarius publicus.

XVIII. Quod ſedulo animadvertendum, nulloque jure omittendum videtur; erat Alphonſus Burgorum Epiſcopus; cujus autem urbis? Nempe ampliſſimæ, ac reliquarum Regni urbium nulli ſecundæ, Caſtellæ Metropolis, ac Regiæ Curiæ nuncupatæ, quæ ſane præclariſſima nomina Regibus refert accepta, quîcum nulla unquam competentia Hiſpalenſi fuit, ac Regiæ duntaxat Toletanæ jure licuit non modo competere, ſed ipſi etiam præferri. Erat e Præſulibus toto orbe virtute celeberrimis, eque prudentiſſimis, quos Hiſpanienſis Eccleſia pluribus jam ſeculis norit. Erat denique is tum ſui, tum Eccleſiæ, tum civitatis cauſa dignus, qui e Regni totius primoribus haberetur. Tamen præclaro, ſingularique exemplo de perpetrato facinore publice ſatisfecit. Quo tanti Præſulis officio perſpecto ecquis Epiſcopus, ecqua Eccleſia Hiſpaniarum morem gerere abnuiſſet? Nulla id quidem, immo potius omnes obſecundarunt, nuperrime autem poſt ſexaginta, & bis centum annos Hiſpal. Eccleſia Regis Diplomatum immemor, fortaſſe

etiam memor, experrecta adverſatur, & quodcumque iis vetitum eſt, exequitur, Toletanam Eccleſiam e pacifica poſſeſſione deturbare contendens, cæteraſque Hiſpaniarum Eccleſias commovens, ut ab ea tranquillitate, ſocietate, neceſſitudine, officio abſcedant, quæ ſibi cum Toletana nunquam non interceſſere; eo uſque audaciæ deveniens, ut Philippum V. Regem, quem Deus O. M. diutiſſime ſervet incolumem, in eam animadvertere opus fuerit pro ſua gravitate acerbiſſimis verbis, quæ æternum aliis erunt exemplum: noſque eadem adduximus in præſatione hujus operis.

XIX. Allatum ſupra monumentum perlegenti mihi in mentem venit quod ad primum teſtem, peculiari ac divina id providentia eſſe factum, pudorem incutiendi gratia Memorialis auctori; etenim Deus, qui nihil fruſtra facit, ſuæ tandem Providentiæ arcana in apertum educit. Primus ſcilicet teſtis eſt Baſcus Hiſpalenſis Decanus, quem citra temeritatis notam affirmari poſſet, apud Canonicos, utpote oculis viſam tanti Præſulis ſatisfactionem enarraſſe, cujuſmodi exemplo tam ſingulari ſibi propoſito credibile eſt ipſam Eccleſiam decreviſſe de omni, ſiqua unquam fuit, juriſdictione Toletanæ concedere. Petrus Gonzales Mendotius Cardinalis ampliſſimus, qui Alphonſo Carrillo proxime ſucceſſit tanquam Hiſpaniarum Primas permeavit frequenter Diœceſim, urbemque Hiſpalenſem, excelſa, atque erecta præeunte Cruce, nullo prorſus reluctante, repugnante, aut conteſtante. Pro certo habeo, quod tum quum Hiſpalenſis Eccleſia ſuum in lucem edidit Memoriale, nec Regii Diplomatis, nec documenti Hiſpalenſis Decani teſtimonio comprobati copiam habuit. Regia enim decreta ni exacte ſerventur, ſemper propoſita pœna in promtu eſt. Et exempla majorum, incitamenta ad imitationem ſunt.

CA-

CAPUT VII.

In Archiepiſcopum Toletanum conveniunt eſſentia, & Definitio Primatus, præſertim vero pars prior.

SUMMA CAPITIS.

I. *Dictorum Epilogus, & Definitio* Primatus.
II. *Toletana Eccleſia ſemper fuit Metropolis ab initio hujus dignitatis in Hiſpania.*
III. *Carthaginenſis Eccleſia nunquam fuit Metropolis.* 1. *Quia nulla unquam celebravit Concilia Provincialia.*
IV. 2. *Quia in Conciliis Nationum nulla occurrit Carthaginenſium Præſulum ſubſcriptio.*
V. 3. *Quia ſubſcriptio Hectoris Epiſcopi Carthaginenſis in Concilio Provinciali Tarraconenſi, quæ objicitur, non ſubſiſtit: nulli enim Metropolitæ aderant.*
VI. *Num Hector idem eſſet Toletanus Archiepiſcopus.*
VII. VIII. *Idem Hector non fuit Titularis Præſul exciſæ Carthaginis. Summi Pontificis poteſtas in transferendis, aut denuo condendis Cathedralibus.*
IX. *Hector, ſi olim fuerat Metropolita Carthaginenſis, adhuc eſſet.*
X. *Exemplo Uxamenſis Epiſcopatus oſtenditur, Carthaginenſem vel exciſa Carthagine fore ſervatum, alioque translatum.*
XI. *Titulares Epiſcopi munia Epiſcopalia non obeunt, niſi tractu temporis fiant proprii Epiſcopi Titularium Sedium.*
XII. *Carthago a Gothis, ſeu Vvandalis exciſa, anno 540. jam erat inſtaurata.*
XIII. *Carthago, uti Jeruſalem, paulo magis diſſito in loco excitata fuit.*
XIV. *Si Præfecto Carthaginenſi relicta fuit ſedes aliquo in loco, etiam Carthaginenſi Præſuli relictam fuiſſe probabile eſt.*
XV. *D. Iſidori teſtimonium de Carthaginenſi Sede exiſtente.*
XVI. *D. Fulgentius Frater S. Iſidori fuit Præſul Carthaginenſis.*
XVII. *Opinio Cardinalis Aguirre de Titulari Carthaginenſi non ſubſiſtit.*
XVIII. & ſeqq. uſque ad XXII. *Licinianum non fuiſſe Titularem, ſed Diœceſanum Carthaginis Præſulem firmiſſimæ rationes adſtruunt.*
XXII. *Iterum expenditur Hectoris ſubſcriptio in Concilio Tarraconenſi, & mendum ejuſdem detegitur.*
XXIII. XXIV. *Forte Carthaginenſi Provincia a Barbaris bipartita, Hector Metropolitæ nomen uſurpaſſe credi poſſet.*
XXV. XXVI. *Carthaginenſis Epiſcopus nulla Metropolitæ munia obivit.*
XXVII. *Suffraganeorum Congregationes non habuit in gravioribus cauſis.*
XXVIII. *Concilia eorundem non convocavit.*

XXIX. *Cauſæ nullæ reperiuntur appellationis ad ipſum Carthaginenſem.*

XXX. *In vitam, & mores Epiſcoporum non inquiſivit, nec dedit ullas formatas; aut communicatorias epiſtolas ulli Epiſcopo.*

XXXI. *Ad Concilia, quibus adeſſe debebat certus Epiſcoporum numerus, nunquam ſelectiores ſunt vocati a Carthaginenſi; neque extat memoria ejus aſſenſionis quum Suffraganei conſecrandi fuerunt, quæ omnia ad Metropolitam ſpectabant.*

XXXII. *Firmiſſimo argumento demonſtratur Carthaginenſem Eccleſiam non fuiſſe Metropolim.*

XXXIII. *Epilogus hucuſque allatarum rationum ex ipſomet Memoriali, quibus idem confutatur.*

I. JAm docui ſuperioribus capitibus, idque tum Summorum auctoritate Pontificum, qui vices gerunt Jeſu Chriſti tum Regum Hiſpanorum Diplomatibus, qui Apoſtolicæ ut ſerventur Sanctiones dant operam, Toletanam Eccleſiam Hiſpaniarum Primatialem extitiſſe Gothorum temporibus, antequam Barbarorum incurſionibus pateret; ac perpetuo permanſiſſe, poſtquam Regis Alphonſi ſexti virtute urbs Toletana jugum excuſſit, pulſiſque Saracenis, queis miſerrime ſerviebat, in priſtinum reſtituta fuit. Nunc vero ut meum inſtitutum rationibus comprobem, me oportet demonſtrare, quod tum antiquis temporibus, tum recenti hac ætate in Eccleſiam & Archiepiſcopum Toletanum Primatus definitio convenerit, atque conveniat. Quamobrem definitio Primatis primo hujus ſecundæ partis capite exhibita reſumenda hîc mihi eſt, ut ſingillatim congruere omnes ipſius partes oſtendam Toletano Archiepiſcopo. *Primas eſt Metropolita, qui Metropolitæ juriſdictionem ſua retinens in Provincia habet inſuper auctoritatem, & juriſdictionem firmam, & conſtantem ſuæque ſedi annexam in reliquarum Metropolitas Provinciarum juxta ſacros Canones.* Definitionem hanc ſupra explanatam, & ab Eccleſia Hiſpalenſi uſurpatam, qua contrarium molitur evincere, demonſtrandum mihi eſt conveniſſe in Toletanum Archiepiſcopum vel ante difficillima Hiſpaniarum tempora. Sic rationis, & hiſtoriæ ope palam erit factum, quod optimo quidem jure fatentur Pontifices Maximi Primatus dignitatem Toletanæ Eccleſiæ antiquitus debitam fuiſſe. Qua occaſione vel extra id quod mihi propoſui, majorem longe antiquitatem quam quæ ab eruditis, doctiſque viris Primatiali huic tribuitur, futurum ſpero ut oſtendam.

II.

II. Quod primum ad Primatum requiritur, nempe Metropolitanam fuiſſe Toletanam Eccleſiam, videamus. Hoc Hiſpalenſis in ſuo memoriali non negat; verumtamen tantulam ſe exhibet, tamque omni exhauſtam ſupellectile in re tanta, ut confeſſione ipſius ſuſque deque habita, ad rationes accedere melius duxerim, ampliora conceſſis adepturus: Itaque laxioribus utens terminis, propoſitionem hujuſmodi conficio. *Toletana Eccleſia fuit ſemper Metropolitana, ex quo Metropolitas habuit Hiſpania*. Propoſitio hæc duplici probatur ratione; alia negativa *a negatione unius extremi*, quæ quando disjunctiva eſt duo inter extrema tantum, quorum alterum eſt poſitivum, maxime efficax probatio eſt. Ab hac ordiar: Ex quo Metropolitarum dignitas advecta in Hiſpaniam eſt, certe vel in Carthaginenſi Eccleſia, vel in Toletana ea dignitas fuit: atqui nunquam extitit in Carthaginenſi: ergo ſemper fuit in Toletana. Argumentum eſt evidens, nihil quippe majori propoſitione certius, quam omnes de hac re agentes, probant. Minor vero probanda erit, ad quam libere & fidenter dicam, argumenta ſum paratus aſſerre, quæ moraliter evidentia dici debeant: atque hinc palam erit jure ac merito Doctorem Franciſcum Padillium a theſauris Eccleſiæ Malacitanæ, de huic contraria opinione ita ſenſiſſe: *eſto es quimera, y coſa ſin fundamento*. „ Id deliramentum eſt, nulloque poſitum fundamento: & paulo infra: *Ninguna certidumbre, ni raſtro hallo de la opinion contraria*. „ Nihil certi, nullumque opinionis contrariæ principium invenio. Horum ſimilia videre eſt apud Ambroſium de Morales in Hiſpaniarum hiſtoria. Quamplures propoſitioni huic, negare non auſim, adverſantur: attamen audiatur ratio, unde tanquam ab Judice proferenda ſententia eſt, nobis ni fallor æquiſſima.

Doct. Franc. Padill. chron. Hiſp. 1. pag. 343.

III. Varia ſuppetunt argumenta, eaque aliis alia, ut reor, firmiora. Sit primum. Si Carthaginenſis Eccleſia Metropolitana unquam fuiſſet, Provinciale aliquid extaret Concilium ab ejuſdem Eccleſiæ Metropolita aliquando congregatum Præſulum Suffraganeorum, at liquido conſtat, memoriam non extare ullam quibuſvis in antiquis monumentis, ſive ea ſint typis edita, ſive MSS. Synodi alicujus a Carthaginenſi Præſule congregatæ. Liquet igitur Carthaginenſem Præſulem Metropolitæ honore fruitum eſſe

nun-

nunquam in Carthaginenſi Provincia. Argumentum hoc, certe evidens, nutaret ſolum, ſiqua ex propoſitionibus minus certa eſſet. Minor haud eſt dubia: quotquot enim proferuntur Hiſpaniarum Concilia, hodieque extant, aut quæcumque alia memorantur, eorum nullum a Carthaginenſi Præſule convocatum dicitur, neque Concilium Carthaginenſe inſcribitur, quælibet enim hoc vocantur nomine in Africa ſunt habita. Id tantum reliqui eſt, ut probetur major; quæ ultro ut negetur, probatio e regione concedendam oſtendet. Quicumque in Hiſpaniarum Eccleſiis Metropolitæ unquam fuerint, ii quandoque, aut ſæpius convocaſſe Suffraganeorum Concilia feruntur; quod de antiquis Hiſpaniæ Metropolitis omnibus patet. Hiſpali S. Leander anno 590. S. Iſidorus 619. habuerunt Synodos. Emeritenſis Metropolita 666. Bracarenſis 561. & 572. Tarraconenſis 516. Idemque Metropolita aliam habuit Synodum Cæſarauguſtæ anno 592. aliamque Barcinone 599. Præſul Luci Auguſti, qui Metropolita olim fuit, breviſſimo ejus dignitatis tempore Concilium habuit 569. Ovetenſis item Joanne VIII. Pontifice annuente ad quoddam tempus Metropolita 911. & 912. Synodum congregavit, uti Card. Aguirre teſtatur. Nihil eſt cur de Toletanis mentionem habeam, pervulgatum quippe eſt. Quid igitur Carthaginenſis nullam congregavit? Quia nempe neque erat, neque fuit unquam Metropolita.

Concil. Hiſpal. ann. 590. & 619. Conc. Emerit. 666. Conc. Brac. 561. & 572. Conc. Tarrac. 516. Conc. Luc. 569.

Conc. Ovet. 911.

Card. Aguirr. tom. 3. pag. 154. & 158.

IV. Præſto eſt argumentum aliud priori haud minus efficax. Siquando Carthaginenſis Antiſtes Metropolita fuiſſet, aliquod e Conciliis Nationum ipſius nomen cum reliquis Metropolitarum nominibus obſignatum præberet: at conſtat nuſquam ita factum reperiri: Metropolitam igitur fuiſſe nunquam Antiſtitem Carthaginenſem dubitari non poteſt. Argumentum procedit; neque enim major in dubium vertitur, quum id abhorreat ab omni fide, nullam nempe Synodum adiiſſe Carthaginenſem Epiſcopum, ſeu ſi adierit inter Metropolitas non obſignaſſe, dum vere Metropolita, ut dicitur, is fuiſſet. Antequam Gothi in ſuam redigerent poteſtatem Galliam Narbonenſem, nulla Synodus Epiſcopi Narbonenſis nomen inter Metropolitas obſignatum præſefert; poſtea vero quam Provincia iſtæc Gothis paruit, quæcumque fere Synodi Nationales Toleti ſunt ha-

habitæ Narbonenſem Præſulem inter Hiſpanienſes Metropolitas obſignatum exhibent, alium alio loco, pro vetuſtate conſecrationis, poſſeſſioniſve Metropoleos. Sic tertio in Toletano Concilio, tertio loco ſubſcribit: *Migetius in Chriſti nomine Narbonenſis Metropolitanus Epiſcopus*. Et in Gundemari Regis edicto Sergius quarto loco ſubſcribit: *Sergio Obiſpo de Narbona*. Sergius Epiſcopus Narbonenſis. Quî ergo creditu erit obvium, quod ſiquando Carthaginenſis Antiſtes Metropolitam egiſſet, tot in Sinodis Nationum, quæ habitæ in Hiſpania ſunt, inter Metropolitanos ſubſcribere neglexiſſet? Nullo certe pacto id credi poteſt: liquido ergo conſtat Carthaginenſem Epiſcopum nunquam fuiſſe Metropolitam.

V. Objiciet fortaſſe Eccleſia Hiſpalenſis: Quadam in Synodo Tarraconenſi 516. anno congregata Hectoris Epiſcopi Carthaginenſis hujuſmodi ſubſcriptio ſit obvia: *Hector Epiſcopus Carthaginenſis Metropolis*. Falſa igitur minor propoſitio; evidenſque reſponſio contra argumentum Toletani propugnatoris. Euge, belle: at puto non animadvertit propoſitionem per me factam, conſtantiſſimeque affirmatam pro certa. Tarraconenſe Concilium 516. anno congregatum, Provinciale fuit Suffraganeorum Archiepiſcopi unius Tarraconenſis. Unde infertur, minime reperiri poſſe inter aliorum ſubcriptiones Metropolitarum Hectoris nomen ea in Synodo, in qua nullus adfuit, quod noſtro affirmatur argumento. Nec facile captu eſt quinam foret Metropolita Hector, aut ejuſmodi præſtaret dignitate: ſiquidem eo in Concilio haud proxime Archiepiſcopum Tarraconenſem obſignat, immo horum medius eſt Tarraconenſis, ſeu Impuritanus, pro varietate Lectionum, Antiſtes; nam alia in editione legitur, *Paulus in Chriſti nomine Epiſcopus Impuritanæ civitatis*: alia autem habet: *in Taraſonenſi civitate*, ut probe monet Em. Aguirre tomo 2. Conciliorum. Conſtat igitur, hunc Præſulem nequaquam obſignare inter Metropolitas Hiſpaniæ; proindeque nullam extare Synodum, in qua Carthaginenſis Præſulis nomen inter Hiſpanos Metropolitas legatur.

Card. Aguirr. tom. 2. Conc. diſſ. 6. n. 14. pag. 159.

VI. Quiſnam homo ſit, & cur Metropolitæ præſeferat nomen hic Hector, difficile affirmarem; non enim meum induxi animum ut credam, quod penes Ambroſium de Mo-

rales, Padillium, ac Marquez laudatos per Magiſtrum Argais invenio; Hectorem nempe iſtum fuiſſe Archiepiſcopum Toletanum: quum, ut ſedulo rem inſpexerim, ſtabile nullum fundamentum ſum nactus, quo inhærere ſententia poſſit. Aliquid ſuſpicatur Card. Aguirre præfato loco, fueritne Antiſtes titulo Carthaginis jam everſæ; adeoque illi e Metropolitæ jure nolenti decedere, abnuens Concilium dari locum pro dignitate Eccleſiæ, cujus duntaxat titulo decorabatur, permiſiſſe, ut poſt Epiſcopum antiquiorem ſubſcriberet. Quod licet recte ſit cogitatum; tamen ſubſiſtere nequaquam poteſt. Enimvero, quis, quando, cur, quorum precibus Hector creatus fuit Epiſcopus tituli Carthaginenſis? Hæc certe omnia probanda erant, ut tam inaudita fieret propoſitio. Huc accedit, quod ea tempeſtate duplo pæne majores quum cenſerentur Epiſcopi Hiſpaniarum, quam qui hodie exiſtunt, ecqua neceſſitas decorandi ſolo Carthaginis titulo Epiſcopos fuit? Cæterum probandi cauſa moris per illa tempora tam inſolentis, (cujus noſtros apud Hiſtoricos nulla mentio eſt, nec diffiteor obvium id mihi fuiſſe nunquam ulla in Eccleſiaſtica hiſtoria, Præſules tum conſecrari ſolitos collapſarum titulo Eccleſiarum) ſtabiliora quidem fundamenta erant opus, quam quo res inhæret.

Argaiſ. tom. 4. Pobl. Eccleſ. Hiſp. pag. 97.

VII. Præterea mente aſſequi haud poſſum, quomodo argumentum ſubſiſtat, nempe proprium ideo Præſulem Carthaginenſi negatum Eccleſiæ, qui tota in Diœceſi juriſdictionem haberet, quia ipſa civitas, ut dicitur, interierat: quum e contrario conſtet, Carthaginem Africæ, (quæ vulgo eſt Carthago nova) a Saracenis æquatam ſolo eſſe anno 696. nihilo tamen ſecius Carthaginenſi, ſeu Carthaginis novæ Antiſtiti ſervata jura eſſe ad Primatem ſpectantia, anno 1054. nempe quinquaginta, & trecentos poſt annos. Teſtis mihi erit epiſtola quarta Leonis IX. ad Petrum, & Joannem Epiſcopos, qui eodem anno 1054. Epiſcopi Carthaginenſis auctoritatem tuiti erant; en ipſam epiſtolæ ſententiam: *Recte contra Gummitanum Epiſcopum dignitatem Eccleſiæ Carthaginenſis defendiſtis: quia ſine dubio poſt Romanum Pontificem, primus Archiepiſcopus, & totius Africæ Metropolitanus eſt Carthaginenſis Epiſcopus. Nec pro alio Epiſcopo in tota Africa poteſt perdere privilegium ſemel ſuſceptum a Sancta Romana, & Apoſtolica Sede... Idque ſive deſerta maneat Carthago, ſive glorioſa reſurgat.*

Leon. IX. ep. 4.

VIII.

VIII. Hinc profecto colligitur, gravi de cauſa minime habendum Hectorem Carthaginis titularem, quæ urbs ante excidium Metropolitana fuerit; etenim ſi Metropolitæ dignitas in Eccleſia Carthaginenſi extitiſſet, id ſane maximo annuente Pontifice credendum foret, per quem Eccleſiaſtica quæquæ auctoritas, & juriſdictio ſpiritualis in Eccleſiæ Miniſtros confertur, in eo quippe Redemtor noſter Chriſtus ſummam conſtituit, ut e ſupremo iſto capite tanquam ex fonte in inferiores effunderetur. Propterea quotieſcumque Principes Laici expedire ſunt rati, aut Epiſcopales Cathedras transferre, aut novas condere, aut alicujus auctoritatem amplificare, ſupremum Eccleſiæ caput adierunt, ut id impetrarent. Quod noſtrâ memoriâ contigit Viennenſi Epiſcopo in Archiepiſcopum permutato, & Olixboenſi Patriarchatu in Portugallia recèns erecto.

IX. Antiquis id quoque temporibus factum fuit, cujus rei exemplum omni majus exceptione Imperator Juſtinianus præbet, qui a Romano Pontifice impetravit, ut patria urbs Achryda, quam ipſe Juſtinianam poſtea novam nuncupavit, ex unius Epiſcopi Parochia in Metropolitanam, denique in Primatialem evaderet. Qua poſita veritate, videtur negari non poſſe, quod Hector, ſi Epiſcopus fuiſſet Carthaginis, utut exciſæ, e Metropolitæ auctoritate non excidiſſet, Leone Papa teſte, qui ait privilegii, auctoritatis, ac dignitatis Metropolitæ propriæ jacturam ab Epiſcopo haud poſſe fieri, qui ſemel ſuſcepit a Sancta Romana, & Apoſtolica Sede; idque, ſeu intereat, ſeu exiſtat Eccleſia, & urbs, ubi ſedes conſtituta eſt. Proinde ſi Hector Carthaginenſis Epiſcopus, ejuſque Sedes Metropolis extitiſſet, in eodem certe honos permaneret Metropolitani Provinciæ Carthaginenſis in Hiſpania: non ſecus atque Carthagine in Africa jam exciſa, apud ejus Eccleſiæ Præſulem honor, dignitas, juriſdictio Metropolitæ in Africa tota permanſit.

X. Abſurdum præterea grande aliud occurrit, quod Hector Carthaginenſis Epiſcopus, quique illi ſucceſſit Licinianus, quem conſtat ejuſdem Ecleſiæ fuiſſe Præſulem, Epiſcopi tantummodo Titulares dicantur. Ratio patet: tametſi enim Carthago penitus everſa eſſet, ita ut ne dici quidem poſſet: Hîc fuit: tamen Diœceſi non item prorſus exciſa,

multa, nec ea quidem ignota extabant oppida, ubi ſedes conſtitui Epiſcopi Carthaginenſis poſſet; eoque id magis, quod de Gothis liquet, impedimento eos non fuiſſe, ne ſuis in Ditionibus Antiſtites morarentur. Certe quidem noſtris hiſce temporibus, quin etiam multo ante ſedes ea Carthagine eſſe deſiit, Murciæque fuit poſita legitimis de cauſis. Quod pariter in Uxamæ Diœceſi contigit, cujus Cathedralis Eccleſia eſt in villa, quæ Suburbium vocatur, non in urbe, utpote prope ad ſolitudinem redacta, neque propterea Diœceſis Uxamæ nuncupari deſiit. Ecquid igitur vel leviſſimum incommodum cogitatione aliquis complecti poteſt, quin Carthagine everſa Civitatis ejuſdem Antiſtes alia in urbe Diœceſis poneret ſedem, ubi ſuam ipſius dignitatem, nomen, juriſdictionem tanquam Epiſcopi Carthaginenſis conſervaret? Equidem ne minimum quidem invenio.

XI. Titulares Epiſcopi, quos Eccleſia Romana conſecrare multo ante hoc tempus conſuevit, ut Præſulibus opem ferant, qui ſeu ob Diœceſium amplitudinem, ſeu alias ob cauſas, quæ, Romano ut videtur Pontifici, impedimento iis ſunt, propriis haud muneribus fungi poſſunt, Eccleſiarum tantummodo illarum habent titulum, quæ Catholicis viduatæ ſunt, vel ſiqui in eis exiſtunt, latent, neque enim Epiſcopis, aut Chriſtianis fas ibi eſt commorari. Quin immo ſiqua ex ejuſmodi Provinciis in poteſtatem venerit Chriſtiani alicujus Principis, jam modo qui Præſul Eccleſiæ illius habebat titulum, proprius fit ejuſdem Epiſcopus, quod videmus factum, tum quum Toletanus Archiepiſcopus Em. Cardinalis Auranum Ditioni ſuæ ſubjecit. Fr. tunc Aloyſius Guillen in Hiſpania erat Auranenſis Epiſcopi titulo. Hic oppido illo devicto poſſeſſionem Eccleſiæ inibat ſuæ: neque alio pacto removere ab hoc incæpto eum valuit Sanctus Cardinalis, quam ei perſuadendo, urbem ab ſe tunc receptam non eſſe Auranum illud, cujus erat Titularis Epiſcopus Aloyſius.

Spirit. Flech. in ejus vita lib. 3. pag. 330.

XII. Præterea non leve ſuppetit argumentum, propoſitam augens difficultatem. Quanquam everſa a Gothis Carthago eſt, D. Iſidoro teſte, quod poſtea demonſtrabimus; ſeu a Vvandalis, ut alio loco diximus, Marianæ, aliorumque opinionem ſequuti, adeoque exciſa, ut vix pauca rudera extarent; conſtare tamen videtur hanc urbem 540. anno,

quin

quin etiam longe ante inſtauratam fuiſſe. Neque id parum ſtabili nititur fundamento. Sancti viri Leander, Iſidorus, Fulgentius, & Florentina virgo Severiano parente ſunt geniti, quem hiſtoria Carthaginis Dynaſtam nuncupat. *Civitatis Carthaginis*, *&* *Provinciæ Hiſpaniæ Dux* a Daniele Papebrochio appellatur, quocum de nomine conſtat tum Marianæ, tum Em. Cardinali Bellugæ in Paſtorali epiſtola. Re quidem vera illa civitas gloriatur jure conſpicuos adeo Sanctos a ſe profectos. In lectionibus trium Divorum Præſulum, iidem dicuntur Carthagine oriundi: & quæ leguntur de S. Leandro, Severianum ejus Patrem Carthaginis Dominum vocant. Fatendum eſt igitur, quod licèt inſtaurata, & munita æque Carthago non fuerat, atque olim, antequam ſolo æquaretur a Gothis, extitit: attamen habitari cœpta erat, neque infrequens in ea erat Populus, utpote ſede Ducis, ſive moderatoris Carthaginenſis Provinciæ.

Papebr. tom. I. April. pag. 331. Marian. lib. 8. cap. 11. Card. Belluga epiſt. paſt. §. 2. n. 17.

XIII. Omnium nemo certo ſcit, illane urbs Carthago, quam ſævitia Gothorum evertit, ut D. Iſidorus refert, ſita ibidem fuerit, ubi nunc nova urbs exiſtit, an forte alibi: quod ſatis eſſet, ut tuto Iſidorus diceret: *nunc autem a Gothis ſubverſa, atque in deſolationem redacta eſt*. Et ſane quem præterit, quod urbs Jeruſalem ad eam vaſtitatem a T. Veſpaſiano redacta fuit, ut ne lapis quidem ſuper lapidem remaneret? Luca teſtante: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem*. Nihilominus poſt id excidium denuo excitata eſt illa civitas, neque eò loci, ubi antiqua extitit, ſed finitimo in loco, nomenque idem Jeruſalem fuit inditum, quod noſtrâ etiam memoriâ viget: haud aliter de Carthagine accidiſſe credendum eſt, qua enim ex parte ad Meridiem vergit, in collis faſtigio, ubi arx, vulgo *Trincabotijas* ſita eſt, antiqua Eccleſiæ, urbiſque Carthaginenſis rudera inſpiciuntur.

S. Iſidor. lib. orig.

Luc. cap. 19. v. 44.

XIV. Atvero everſa penitus, atque exciſa urbs illa fuerit, ita, ut ne nomen quidem ædificatæ recens urbi relictum ſit, multiſque inde annis excitata iſtæc fuerit, quæ hodie floret, vigetque omnes apud homines portu celeberrima. Id tamen haud negari poteſt, locum in Carthaginenſi Provincia extitiſſe, ubi Præfecti Provinciæ Severiani aula ſita erat, qui, ut libet nonnullis, erat Leovigildi Patruus, Patris nempe hujus frater; vel communiori opinione ſocer;

 nam

nam filiam Severiani Theodoſiam uxorem habuit. Qua de re citati Scriptores videndi ſunt. Quum vero tanta, ac tam ſingulari virtute is eſſet, haud dubie pro meritis ac dignitate Aulam habuiſſet. Quod ſi everſa Carthagine ſedes Aulæ relicta eſt Ducis aut Præfecti Carthaginenſis Provinciæ, quomodonam Epiſcopo Carthaginenſi locus deſuerit, ubi ſuam Cathedram conſtitueret? Arduum eſt, fateor, necnon ad perſuadendum difficile iis, quibus nihil penſi eſt ratio. Mihi quidem pro certo eſt, modo in illa urbe recèns condita, poſt prima ea bellorum incendia, quod probabile admodum videtur; modo in alia ex multis, quæ in Provincia erant, ſedem & Cathedralem Carthaginenſem extitiſſe.

Nicol. Anton. to. 1. Bibl. veter. pag. 270. Papebroch. to. 1. April pag. 331. Marian. l. 5. c. 11.

XV. Hanc opinionem adſtruit roboratque D. Iſidorus duo affirmans. Primum: de Carthagine ſermonem inſtituens, ab Afris conditam eſſe ait, quum Duce Annibale Hiſpaniæ maritima invaſerunt, quæ poſtea urbs bello capta a Romanis, eorumque colonia facta, univerſæ Provinciæ nomen dedit; præterea, *Nunc autem*, inquit, *a Gothis ſubverſa atque in deſolationem redacta eſt*. Unde compertum habemus D. Iſidori tempore Carthaginem illam, quam Afri condidere, jam eſſe deletam. Alterum; tradit Licinianum Sacræ Scripturæ eruditione celebrem ſuâ ipſius memoriâ Carthaginenſem Epiſcopum florere: *Licinianus Carthaginis Spartariæ Epiſcopus in Scripturis doctus... Claruit temporibus Mauricii Auguſti, occubuit Conſtantinopoli, veneno ut ferunt extinctus*. Hoc ergo etiam tenemus, conſpicuum hunc virum Antiſtitem fuiſſe Carthaginis in Hiſpania, quam ab Africæ urbe ut diſtinguat S. Doctor, *Spartariæ* addidit. Quem præclariſſimum virum, ubi appellat Præſulem Carthaginenſis Eccleſiæ, nihil magis enucleate, diſtincteque loquitur, quamquum cæterarum de Eccleſiarum Præſulibus verba facit. Quare autem ita? Iſidorus ſcilicet, ut ego ſentio, id voluit; Carthagine utut everſa habuiſſe ſedem, pro Eccleſia tam illuſtri doctrina multo ſpectatiſſimum Præſulem; ſiquidem poſt Urbis excidium integra Diœceſis permanſit, digna nempe, quam Licinianus Antiſtes præclaris iis dotibus ornatus, quarum teſtis eſt Iſidorus, moderaretur. Hic vero quum auctoritati Præſulis ne verbo quidem detrahat, non video cur Titularis tantummodo Carthaginenſis Epiſcopus ſit habendus.

D. Iſid. lib. 15. de origin. & lib. de Vir. Illuſtr.

XVI.

XVI. Aliud præterea ſuppetit argumentum æque validiſſimum, quod Iſidori tempore Carthaginenſis Eccleſiæ Antiſtes Diœceſanus vere fuerit. Sanctus Fulgentius Divi Iſidori frater fuit Epiſcopus Carthaginis; hunc equidem Eminentiſſimo Aguirre Titularem viſum eſſe non credam, utpote tam præclaro natum genere, cujus Sororem Theodoſiam, ut diximus, Leovigildus Rex ſibi uxorem adjunxerat; & fortaſſe, quod maxime veriſimile eſt, Liciniano ſucceſſerat; Licinianus quippe regebat Eccleſiam quo tempore in Hiſpania turbæ ſunt concitæ inter Divum Hermenegildum, ejuſque parentem Leovigildum Regem; perque id temporis Conſtantinopolim ſe contulit petitum auxilia ab Imperatore Chriſtianorum, pro re Catholica tuenda adverſus Arianos, ubi per indignum æmulorum facinus veneno hauſto diem obiit ſuum D. Iſidoro teſte: *Occubuit Conſtantinopoli, veneno, ut ferunt, extinctus ab æmulis.* *S. Iſid. de Vir. Illuſtr.* Ac proinde veriſimile admodum videtur, quod in ejus locum circa id temporis vita functi D. Fulgentius ſuffectus fuerit. Hæc profecto mera aſſecutus ſum conjectura: a veterum tamen monumentis minime diſcrepant, quæ S. Fulgentium fuiſſe Carthaginenſem Epiſcopum affirmant; idque evidenter oſtendit Eminentiſſimus Belluga eo in documento, quod pro ejuſdem Sancti re divina impetranda lucubravit; denique Diœceſis tota uti patronum veneratur, feſtoque ipſius die ab omni opere vacat. Et diurnarum precum D. Iſidori, quas Hiſpalenſi Eccleſiæ SS. P. Innocentius XIII. recenter indulſit, lectio quinta educatum tradit, *a Sanctis Epiſcopis Leandro Hiſpalenſi, & Fulgentio Carthaginenſi.* *Lect. 1. 2. noctun.* Conſtat igitur Licinianum non Titularem, ſed vere Diœceſanum fuiſſe Præſulem, cui & Eccleſia, & Provincia fuerunt, quas regeret.

XVII. Duo potiſſimum animadvertit Eminentiſſimus Aguirre, quæ Titularem duntaxat Epiſcopum Carthaginis Licinianum videntur innuere. Hæc ego per ſua ipſius verba referam, ut iis cognitis reſponſio luculentior fiat. Poſt relatam D. Iſidori opinionem de everſa ſuo ævo Carthagine ab Afris ædificata, Cardinalis ampliſſimus ita fatur: *Hinc apparet, quod Licinianus ab Iſidoro laudatus duntaxat fuerit Carthaginis Epiſcopus Titularis, ut ſolent eſſe alii Præſules Diœceſium deſolatarum, & ut liber ab onere reſidendi in ſua Diœceſi penitus deſolata perrexit Conſtantinopolim, ad poſcendum Imperatoris* *Card. Aguirre ubi ſupra.*

toris

toris auxilium. Hæc Eminentiſſimi viri ſententia firmiſſimam mihi rationem ſuppeditat, qua Titularem minime Epiſcopum fuiſſe Licinianum oſtendam. Deſolatarum ille Diœceſium Epiſcopos recte Titulares appellat; Epiſcopi vero Diœceſium Chriſtianis frequentiſſimarum, atque Eccleſiaſticis viris, nequaquam deſolatæ Diœceſis Titulares ſunt, ſive unquam fuerunt. Haud dubie quo tempore Licinianus Carthaginenſem moderabatur Eccleſiam (excidium paſſa fuerit necne illa civitas) Provincia tota, ac Diœceſis Carthaginenſis Catholicis abundabat viris, nonnulli licet Ariani admixti iiſdem eſſent. Namque Præfecto, ſive Duci Severiano tot religione, ac ſanctimonia conſpicui fuerunt filii. Non igitur Licinianus Titularis Epiſcopus, at civitatum, locorumque omnium Carthaginenſis Provinciæ populos, tanquam ſui gregis oves, vigilantiſſimus Paſtor cuſtodiebat. Hujuſmodi illatio ducitur ex Eminentiſſimi viri verbis, ex quibus patet, Carthaginenſem Provinciam totam viſam illi fuiſſe ad ſolitudinem redactam, qua in re opinionis errorem ſequitur, ſola enim civitas calamitatem tantam eſt paſſa, Provincia vero ſartum, atque tectum ſplendorem priſtinum conſervavit.

XVIII. Liciniani profectus Conſtantinopolim petitum ab Imperatore Mauritio auxilia pro Rege ac Principe D. Hermenegildo Catholiciſque Hiſpaniarum, quos Leovigildus Arianorum propugnator vexabat, laceſſebatque, jamque eductis utrinque aciebus, Principis quidem pro Catholica Religione, Regis ex adverſo pro Ariana hæreſi decertantium, hic, arcana Dei Optimi Maximi voluntate id ferente, victor evaſerat; is inquam profectus Licinianum ab Eccleſiæ ſuæ reſidentia abfuiſſe non evincit, quin immo ut ego ſentio, magna ipſum auctoritate Præſulem apud Hiſpanos demonſtrat. Utrumque palam fiet Divi Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis exemplo, qui eodem tempore a reſidendi munere haud immunis Conſtantinopolim proceſſit rogatum ſubſidia ab eodem Imperatore Mauritio pro Divi Hermenegildi rebus, qui ope Catholicorum, primoque in ſuarum copiarum ordine incedens, vi armorum Catholicam tueri fidem nitebatur. Ecquis dubitare auſit, acciſis adeo rebus, Liciniano æque ac D. Leandro fuiſſe licitum Conſtantinopolim ſe conferre, opem ita neceſſariam petendi cauſa, quo

Hiſpa-

Hiſpaniarum Eccleſiæ Fidem Catholicam tuerentur, nulla penitus ratione habita reſidentiæ? Qua erat ſanctitatis, ac doctrinæ laude Hermenegildi Patruus D. Leander ob Religionis ardorem, quo totus incendebatur, Eccleſiæ ſuæ quietem relinquere non eſt veritus, & Conſtantinopolim ſe conferre.

XIX. Hinc ego infero, quod Licinianus & meritis, & dignitate ſpectatiſſimus Præſul fuerit, quippe qui una cum D. Leandro, ut facile aſſequi mente poſſumus, de fœdere, ac re tanti momenti acturus, exterum Regem adiit, cujus plane cauſæ æquitatem oſtendere primo aſpectu arduum, ac perdifficile videbatur: namque in ſumma adverſus parentem filius efflagitabat auxilia; quare opera requirebatur viri & genere, & literis, & virtute, & magna expectatione conſpicui, qui auctoritate, ac ratione honeſtatem cauſæ Principis, Regiſque parentis iniquitatem pateſaceret. Nonniſi aliquis conſilii expers crederet, rem tanti momenti ac ponderis ab Hermenegildo, atque Catholicis fore commiſſam Præſuli, cui peragendo negotio æqua deeſſet dignitas, Haud dubie igitur Licinianus non Titularis, at vere Epiſcopus fuit Carthaginenſis, ſuam, ut cæteri omnes, Diœceſim adminiſtrans.

XX. Argumentum hoc roborant Liciniani ejuſdem epiſtolæ ab Eminentiſſimo Aguirre prolatæ, quas D. Iſidorus commemorat eodem in loco. Quam tradidit ad S. Gregorium Pontificem ita ſcripſit, ut aperte ſe eſſe Præſulem, commiſſæque ſibi Diœceſi navare operam oſtendat. Audiamus quid ipſe ad S. Pontificem. Quod ſe ignorare non diffitetur doceri petit, ac percontatur: *Peritus dum non reperitur, qui ad officium Sacerdotale veniat, quid * faciendum eſt? Jubes ut non ordinetur imperitus; ſed pertractet prudentia tua, ne forte ad peritiam ſufficiat ei ſcire Jeſum Chriſtum, & hunc Crucifixum; ſi autem non ſufficit, nemo erit in hoc libro (loco aliis in exemplaribus legitur) qui peritus eſſe dicatur: nemo utique erit Sacerdos, ſi neque peritus eſſe dicatur. Bigamis aperta fronte reſiſtimus, ne Sacramentum utique corrumpatur. Quid ſi unius uxoris Vir, ante uxorem, mulierem tetigerit? Quid ſi uxorem non habuerit, & tamen ſine mulieris tactu non fuerit? Conſolare nos ſtilo tuo, ut non puniamur, nec noſtro, nec alieno peccato. Valde enim metuimus, ne per neceſſitatem ea faciamus, quæ non debemus.*

Card. Aguirr. tom. 2. Conc. p. 427.

S. Iſid. de Vir. Ill. ubi ſupr.

Licinian. ep. ad S. Greg.

* *fiendum al. lect.*

mus. Hinc Licinianum obſiſtere intelligimus Bigamis ad Sacros Ordines non promovendis, ob irregularitatis impedimentum: percontari Pontificem, ab eoque conſilium petere de ſcientia ad ſacris initiandum Presbyterum neceſſaria: utrum unius uxoris viro, alienæ concubitori libidinis id vitium impedimento ſit, ne ad ſacra munia promoveatur: maximopere ſollicitum, paventemque ne ſua ipſius, aut aliena culpa detineretur: rogantem denique, ut iſtæc, aliaque id genus dubia enodet Pontifex, omnia munus, onuſque Antiſtitis ſpectantia ſuam Diœceſim regentis. Patet ergo Licinianum fuiſſe Carthaginenſem Epiſcopum, ſibique commiſſam Diœceſim adminiſtraſſe.

XXI. Idem aliæ ejuſdem epiſtolæ duæ evincunt. Harum primam ad Vincentium Ebuſi Epiſcopum dedit, quam bello adhuc vigente inter Catholicos, & Arianos, quod innui exordio ipſo videtur: *Inter varias tribulationum anguſtias*. Scribendi gravitas maximum auctoritatis præbet indicium, qua ipſe ob ſuæ ſedis faſtigium utebatur. Ait ſe vix legere incipientem literarum exemplum propriis illius adjunctum, coram tabellario reſcidiſſe, ſicque imminutum projeciſſe, ſe quippe indignum ratus erat commenta ea ridicula luſtrare oculis, quæ ille per ſummum ſuæ dignitatis dedecus enarrare non erat veritus. Acerbiſſimis eum accipit verbis, quod ejuſmodi nugis æquas aures præbuiſſet. *Abſit ergo a Sanctitate tua hoc credere*. Pòſt ſerio expoſtulare pergens, hortatur, tum uti culpam emendet ſuam, tum uti populo ſaciat ſatis, cui malo exemplo fuerat; epiſtolam illam publice reſcindens, quam tanquam e Cœlo lapſam, ſtans pro Tribunali, ut ejus compotes omnes fierent, recitari juſſerat. *Emendet ergo*, inquit, *quod temere credidit Sanctitas tua, & in præſentia populi ipſam epiſtolam, ſi eſt penes te, reſcinde. Et hoc te pœniteat, quod de Tribunali eam feceris recitare*. Rem hujuſmodi, genuſque id loquendi graviſſimum, arguendique Diœceſis Epiſcopum Vincentium, Titulari tantum Epiſcopo tribuendum quis credat? Leviſſimæ quiſquis fidei eſt, credat; mihi enim næ perſuaſum erit nunquam. Erat porro Licinianus Epiſcopus Carthaginenſis, ſuaque in Diœceſi auctoritatis non modicæ propter ſemet, propter ſcientiam, propter Cathedram, quam implebat. Quapropter de re tam inſolenti, tam præter conſuetudinem, Ebuſi Epiſcopus ab

Licinian. epiſt. ad Vincent.

eo

eo conſilium petit; ratio enim alia haberi nulla poteſt epiſtolæ ad ipſum traditæ (quam e Cœlo ajebat lapſam, atque eximii oſtenti loco accipiebat) ut eam expenderet, præter hanc; quod nempe ſperaret fore, ut ſingulari a Liciniani prudentia, ſeroque conſilio compertam magis, atque exploratam rem haberet. Quæcumque igitur per nos allata ſunt, conſtanter evincunt, non Titularem Carthaginis, at Diœceſis ſuæ Præſulem Licinianum fuiſſe.

XXII. At vero quid de Hectore, quem ſupra jam diximus in Tarraconenſi Concilio ſubſcripſiſſe: *Hector Epiſcopus Carthaginenſis Metropolis*? Si enim Titularem tantummodo Epiſcopum, ac ſaltem nomine honorem Metropolitæ præſeſerre volentem dixerimus, quînam e loco iſto tam ſuperatu difficili evaſerimus? Quum vero mihi dubium non ſit, quin Præſules, quicumque monumentis veterum Carthaginis fuiſſe Antiſtites memorantur, pro eo ut Titulares fuerint, Diœceſis vere Carthaginenſis Epiſcopi æque ac cæteri omnes Hiſpaniarum extiterint, alius ex hiſce ambagibus petendus erit aditus, alia erit argumento aptanda reſponſio; quod nempe in Hectoris ſubſcriptione ſit mendum, legendumque, ut malunt auctores non pauci, quos inter Cardinalis Aguirre; qui ad marginem notat expungendam, & hoc pacto reſtituendam eſſe: *Hector in Chriſti nomine Epiſcopus Carthaginenſis*. Quæ utique caſtigatio quoniam occurrit in Conciliis Regiæ editionis tom. 10. pag. 628. non eſt cur aliquis tueatur ſubſcriptionem dubiam, atque omnibus pene in exemplaribus expunctam. Quumque planum jam fecerim, non eoquod Titularis eſſet Præſul, non ſubſcripſiſſe ſecundo loco, vitium ſubſcriptionis aperte detegitur, ejuſque caſtigatio appoſite facta dignoſcitur. Quapropter ſatis ſuperque probatum videtur, nullo in Concilio Nationum, ne in hoc quidem Tarraconenſi, quod mere Provinciale fuiſſe diximus, Carthaginenſis Epiſcopi ſubſcriptionem occurrere Metropolitæ nomine adjuncto.

Card. Aguirr. tom. 2. p. 237.

Tom. 10. Conc. pag. 628.

XXIII. Alia inſuper luculentiſſima ſolutio præſto eſt. De hoc nobis cum Memorialis doctrina convenit, quod nempe a ſeculi quinti primordiis teterrima bella Hiſpaniam noſtram incenderint: etenim gentes immanitate barbaræ, quæ aliæ aliam Peninſulæ partem devicerant, inter ſe prælіantes totius imperium aſſequi conabantur. Quare in primo

Bracarenſi Concilio anno 411. congregato Pancratius Epiſcopis propoſuit pervulgatam tot tantarumque famam calamitatum, quibus Hiſpania univerſa vexabatur. *Notum vobis eſt, Fratres, & ſocii mei, quomodo barbaræ gentes devaſtant univerſam Hiſpaniam, Templa evertunt, Servos Dei occidunt.* Ex his bellorum incendiis varia conflata ſunt Regna, prout variis Provinciæ Regibus paruerunt; & quod ad rem noſtram facit, Carthaginenſis Provinciæ ditio bipartita eſt; nam Carpetani, atque Celtiberi Romanis, Alanis cæteri morem geſſerunt, uti Eccleſia Hiſpalenſis luculenter oſtendit.

Conc. Brac. 1.

Mem. p. 1. p. 67.

XXIV. Hinc fieri, ut arbitror, potuit, ut Hector, aliuſque fortaſſe Carthaginenſis Epiſcopus, Metropolitæ ſibi arrogaverit nomen; nam ſicuti alienæ erat ditionis, aliique parebat Regi Toletum, opportune, quod veriſimile eſt, pro ea quam regebat Eccleſia, aliud ſimulans, Metropolitæ negarit obſequium, ſibique honorem illum aſſumſerit. Neque id creditu videretur difficile, Antiſtites nonnullos, quorum Diœceſes eadem in ditione eſſent, ut Regi aſſentarentur ſuo, Carthaginenſi tanquam Metropolitæ honorem præbuiſſe: contra vero, eos qui Romanorum ſub Imperio erant, Toletano proprio ipſorum Metropolitæ obſequentes permanſiſſe. Indeque diviſio illa profecta erit, quæ olim videtur fuiſſe inter Carthaginenſis Metropolitæ Suffraganeos Præſules, de qua poſtea mentio erit. Hanc mecum ipſe meditabar cauſam eſſe, cur proxime Paulum Hector ſubſcripſerit; quum enim haud legitimus haberetur Metropolita, tum ſedenti, tum obſignanti pro conſecrationis ſuæ antiquitate locum dederunt Patres, alia nulla ratione habita. Argumentum hoc certe a ratione non videtur diſcrepare, dum, quæ vulgo fertur, ſubſcriptio accipiatur: præterea Cardinalis Aguirre ſententiam in apricum profert, necnon lucem rebus affert, quas capite inſequenti 15. numero dicturus ſum.

XXV. Nunc cætera perſequamur officia Metropolitarum propria: videre enim erit minime iis functum eſſe unquam Carthaginenſem Epiſcopum, nulla omnino extante hujus rei mentione apud Annales Eccleſiæ. Producatur aliqua epiſtola, quam is ad ſuæ Provinciæ Præſules dederit, monens ipſos quæ cujuſque eſſent onera, hortanſque, ut eadem implerent. Oſtendatur Epiſcopus, quem uti Suffra-

fra-

fraganeum Metropolita Carthaginenſis conſecrarit. Memoretur alii quis ſubjectus Epiſcopo, qui appellandi cauſa Carthaginenſem adierit, ut tanquam Metropolita ſententiam a ſuo latam Epiſcopo irritam redderet. Quod ſi neque hiſtoria, neque aliud ullum monumentum vetus ex hiſce officiis aliquod conſtanter certeque teſtetur, quilibet vel maxime ſuæ opinionis tenax fateatur neceſſe erit, Epiſcopum Carthaginenſem Provinciæ hujus Metropolitam nunquam fuiſſe. Ad quatuor iſta capita extendi Metropolitæ jus arbitrati ſunt nonnulli, ut eruditus Emmanuel Schelſtratius obſervat in notis ad Canonem 19. Antiochenæ Synodi. *Emm. Schelſtr. can. 19. Conc. Antioch. c. 14. p. 459.* Eos inter haud dubie cenſetur Joannes Morinus, qui exercitationum libro primo hac de re luculenter diſputat, & 13. exercitatione prope finem hæc habet: *Jus eſt Metropoliticum Epiſcopos conſecrare, eos ad ſemeſtres, aut annuas Synodos convocare, eorumque contentiones, & appellationes dijudicare.* *Jo. Mor. exerc. lib. 1. exerc. 13.* Cujuſcumque jus & poteſtas dignitatis, nec ſatius, nec apertius comprobatur, quam juriſdictionis exercitatione; quorum quum nihil in Epiſcopo Carthaginenſi reperiatur, nullo nititur fundamento qui Metropolitæ dignitatem ipſi tribuit.

XXVI. Præterea laudato loco Schelſtratius quam multa alia Metropolitæ juris officia eſſe contendit, quorum nullo functus Epiſcopus Carthaginenſis videtur. Primùm ait Pontificem dare ſolitum literas Metropolitæ de rebus ſervandis in ipſius Provincia, quarum compotes faceret Suffraganeos. Et ſane Innocentius hujus nominis I. dedit epiſtolam ad Aurelium Carthaginis Metropolitam, in qua legitur: *Frater chariſſime, hæc velim cuncta recitanda per omnes Africanas Eccleſias ſcripta dirigas.* *S. Innoc. I. ep. 12.* Et D. Leo Magnus propoſitæ ſibi rei dubiæ a Niceta Præſule Aquilejæ reſpondens: *Hanc autem*, inquit, *epiſtolam noſtram, quam ad conſultationem tuæ Fraternitatis emiſimus, ad omnes Fratres, & Comprovinciales Epiſcopos tuos, facies pervenire.* *S. Leo M. ep. 79. cap. 7.* Quo etiam pacto Imperatorum edicta de bono Eccleſiarum regimine communicari conſuevere: Primum quippe mitti ſolita ad Patriarchas, qui ſua evulgabant in Diœceſi, cumque Metropolitis communicabant, qui rurſus in propria evulgantes Diœceſi, cum Suffraganeis poſtea participabant, ut ſuis quique in Eccleſiis enarrarent. Ita Juſtinianum præſtitiſſe conſtat ex epilogo Novellæ ſextæ, ubi ait: *Sanctiſſimi Patriarchæ uniuſcu-* *Juſt. epilog. novel. 6.*

juſque Diœceſis hæc proponant in Eccleſiis ſub ſe conſtitutis, & manifeſta faciant Deo amabilibus Metropolitanis, quæ a nobis conſtituta ſunt: illi quoque rurſus etiam ipſi proponant in Metropolitana ſanctiſſima Eccleſia. Noſtræ autem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ nullam omnino epiſtolam exhibent, nullumque ſeu Pontificum, ſeu Conciliorum Decretum, quod Præſul Carthaginenſis cum Provinciæ Epiſcopis communicarit.

XXVII. Secundum Metropolitæ officium ex Can. 34. Apoſtolorum habetur; quum nempe res aliqua gravis accideret in Provincia, Suffraganei Epiſcopi congregandi a Metropolitano erant, ſimul cum iis conferendæ cauſa, ac tran-

Can. 34. Apoſtol. ſigendæ ejuſdem rei. Canon autem ſic ſe habet: *Epiſcopos uniuſcujuſque gentis noſſe oportet, eum qui in eis eſt primus, & exiſtimare eum ut caput, & nihil facere quod ſit magni momenti præter ejus ſententiam.* Primi autem loco & Provinciæ Epiſcoporum capitis quis ſit intelligendus, Joannes Zonaras

Jo: Zonara ad prædict. can. enucleat, Canonem ita interpretans: *Præſens Canon primos cujuſcumque Provinciæ Epiſcopos, Metropolitanos videlicet, Archiepiſcopos aliorum per eam Provinciam Epiſcoporum, caput exiſtimari jubet, ac ſine illis agere nihil, quod Eccleſiæ ſtatum communem reſpiciat.* Idem mandat Canone nono Antiochena Synodus, adeoque ab admonendis orditur Epiſcopis, proprium id Metropolitani eſſe, ut univerſam Provinciam cu-

Conc. Antioch. can. 9. ræ habeat: *Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius Provinciæ gerere.* Videamus jam qualem Carthaginenſis Epiſcopus ullo unquam tempore Provinciæ curam ſuſceperit. Ecquas Fidei, ſeu adminiſtrationis regulas cum Suffraganeis contulit, collocutuſque de iis eſt? Ecquis Epiſcoporum Carthaginenſis Metropoleos Carthaginenſem conſuluit de dubiis rebus? Profecto ex officiis Metropolitæ propriis nullo Carthaginenſis Præſul eſt functus.

XXVIII. Tertium: proprium Metropolitani erat Suffraganeos convocare Provinciæ, ſiquando ob res maximi ponderis, ac momenti Concilium haberi oporteret, ut loco, & tempore ab ſe præſcripto adeſſent; quibus Epiſcopis quantocyus Metropolitano obediendum erat, juxta Concilii Tarraconenſis Decretum anno 517. celebrati Canone ſex-

Conc. Tarrac. can. 6. to, ubi ſic legitur: *Si quis Epiſcoporum commonitus a Metropolitano ad Synodum, nulla gravi intercedente neceſſitate corporali,*

venire

venire contemſerit, ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt, uſque ad futurum Concilium cunctorum Epiſcoporum, communione charitatis privetur. Hinc videre eſt quanta Metropolitæ auctoritas ſit, quum gravis adeo a Concilio pœna proponatur Præſulibus qui minus obtemperent. Haud dubie huc Emeritenſe Concilium anno 666. habitum reſpexit, ubi ait, ex antiquorum ſententia Canonum celebrandam eſſe Synodum in loco per Metropolitanum præſcripto quotannis, quò Epiſcopi omnes Comprovinciales (quos vocant Suffraganeos) conveniant præfinito tempore, ſecundùm quæ addit: *Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem ſui Metropolitani, & regiam juſſionem accipiunt, & minime implent quæ jubentur: Hos priſcorum Canonum ſententiæ excommunicatos eſſe jubent, uſque ad tempus ſuperventuri Concilii*. Majoremque iſta pœnam injungit. Si ergo Metropolitæ hoc erat proprium, excogitemus, quoſnam Epiſcopos, Carthaginenſis Synodum congregaturus, vocarit. Conc. Emerit. can. 7.

XXIX. Quartum: Hæc ad Concilia Provinciarum tam Clerici, quam Laici, qui non æquam ſuis ab Epiſcopis ſibi videbantur habuiſſe ſententiam, cauſas deferebant; ac proinde Nicæna Synodus ut ſemel atque iterum quotannis ejuſmodi haberentur Concilia ſanxit. *Bene placuit annis ſingulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis Provinciæ congregatis diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones*. Idem decrevit, confirmavitque Sardicenſe Concilium. Quos Canones anno 356. magnus Epiſcopus Oſius in Hiſpania evulgavit, qui tanquam vices Pontificias gerens utrique præfuerat Synodo. Quod ſi Epiſcopus Carthaginenſis Metropolitam geſſiſſet, aliqua extaret memoria ſua ipſius propria ſunctum auctoritate; quumque ſecus factum ſit, dignitate hunc tanta nituiſſe nunquam, pro certo habeatur neceſſe erit. Conc. Nic. can. 5. Conc. Sardic. can. 14.

XXX. Quintum: Auctoritas, atque poteſtas fuit Metropolitæ cognoſcendi de vita & moribus Epiſcoporum, eoſque corrigendi, arguendi, atque a cæterorum communione Præſulum ſejungendi: ſiqui gravioribus noxii criminibus inventi eſſent. *Quod in Metropolitani poteſtate ſitum fuerit, in mores ac opiniones Epiſcoporum Synodice inquirere, & ſingulos de gravioribus criminibus convictos admonere, reprehendere, & ab aliorum Epiſcoporum communione arcere*. Sextum: Perinde atque cautum eſt, ne a Diœceſibus ſuis diſcedant Clerici abſ- Schelſtr. ſup. n. 5. pag. 462.

abſque epiſtolis, quæ antiquitus pacificæ, hodie commendatitiæ nuncupantur; ita e Provincia egreſſuris Epiſcopis petendæ erant ejuſmodi epiſtolæ a Metropolita. Quod comprobatur literis Divi Hilarii Pontificis, qui anno 465. florebat, ad Gallicanos Epiſcopos in hanc ſententiam: *Ne præter Metropolitanorum ſuorum literas, aliqui ad aliquam Provinciam audeant proficiſci*. Quæ pariter literæ a Metropolitano erant opus Epiſcopis Suffraganeis ad Imperatorem iter aggredientibus, uti novella ſexta Juſtinianus Imperator aperte monet: *Non aliter ullus Deo amantiſſimorum Antiſtitum audeat proficiſci in hanc feliciſſimam urbem, priuſquam, ſi ſit Epiſcopus literas obtinuerit a proprio Metropolitano ad Regiam*. Qui maxime eruditione præſtant me tandem doceant, quandonam, & quîcum Epiſcopus Carthaginenſis, ex hiſce officiis aliquo functus ſit.

S.Hilar. P. ep.8. cap.3.

Juſtinian. nov. 6.

XXXI. Septimum: Tumquum Conciliis aderat certus Epiſcoporum numerus, Metropolitani erat ex tota Provincia, quos ſibi luberet, accire. De hoc liquet ex D. Leonis Magni literis ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem. Quod ſpectaſſe Valentinianus, & Marcianus Imperatores videntur, quum Anatolium Conſtantinopoleos Patriarcham per literas monent, ut aptiores, doctioreſque in rebus Fidei Suffraganeos ſuo arbitratu ſibi ſocios adjungat: *Ut cum quibus placuerit Reverendiſſimis Epiſcopis, quos de Eccleſiis ſub tui Sacerdotii cura conſtitutis, idoneos, atque inſtructos Orthodoxæ Religionis eſſe probaveris, deproperes*. Octavum denique: Metropolitani erat officium, ut nullus e Suffraganeis ſuis, ſe non aſſentiente, conſecraretur. Idque Nicænum ſanxit Concilium D. Hilario teſte, qui ad Aſcanium Archiepiſcopum Tarraconenſem dans literas præcipit ſervandum. *Hoc autem*, inquit, *primum juxta eorumdem Patrum regulas, volumus cuſtodiri, ut nullus præter notitiam, atque conſenſum Fratris Aſcanii Metropolitani conſecretur Antiſtes: quia hoc & vetus ordo tenuit, & hoc recenter trecentorum, & decem, & octo Patrum definivit auctoritas*. Ex hiſce omnibus Metropolitæ muneribus aliquod Epiſcopum Carthaginenſem obiiſſe non docet antiquitas. Quare igitur credendus eſt, fuiſſe Metropolita?

S.Leo M.ep.84.

Valentin.& Marcian.ad Anatol.

S.Hilar.P.ad Arc. Tarrac.

XXXII. Hinc firmiſſimum ad rem argumentum ducitur quo luculentius aliud deſiderari non poteſt. Incredibilis prorſus dictu eſt, & vel mediocriter eruditorum opinio-

nione abhorret ab omni fide propoſitio affirmans, aliquam Eccleſiam quandoque Metropolim fuiſſe, dum nulla ex hiſtoria, nullo ex veterum monumento conſtat. At propoſitio quæ Carthaginenſem Eccleſiam affirmat fuiſſe Metropolim, vel ex quo in Hiſpania Metropoles extitere, ne minimo quidem hiſtoriæ, aut veteris monumenti hæret fundamento, ut planiſſime jam docuimus. Si enim aliquod eſſet fundamentum ſeu firmum, ſeu leve, traditio certe eſſet majoris, minoriſve auctoritatis, quæ Carthaginenſem Epiſcopum officio aliquo Metropolitæ proprio functum eſſe teſtaretur, quod ſecus accidit. Propoſitio igitur affirmans Carthaginenſem Epiſcopum ejuſdem Provinciæ quandoque Metropolitam fuiſſe, incredibilis omnino eſt, abhorretque ab omni fide. Ita certe ſentient, qui ſerio rem expenderint. Abſit vero, ut imprudentiæ arguere ipſe videar Auctores graviſſimos, nempe Aguirre ampliſſimum Cardinalem, Illuſtriſſimum Petrum de Marca, Marchionem de Mondejar excellentiſſimum virum; atque doctrina præſtantiſſimum Schelſtratium, qui eumdem Epiſcopum fuiſſe antiquitus Metropolitam affirmarunt, quod ne maxime quidem confidenti ore quis auſit: verumtamen citra temeritatis notam aſſerere hoc certe poſſum, quod laudati Auctores minime putarunt rationes, unde non vera ſolum, ſed certa etiam hæc illatio deducitur: ſecus autem iidem ſenſiſſent, ut ego arbitror, ſi quam firmis hæreat fundamentis ratio inſtituti mei capite hoc in apricum prolatis, animadvertiſſent.

XXXIII. Certum mihi eſt ex hac modo tabula manum removere, verba quædam Memorialis uſurpans, quibus agit de Toletano Primatu (quæ ego inferius confutare paratus ſum) pauciſque immutatis Carthaginenſi Eccleſiæ tribuens. Id tamen moneo, ut munera Metropolitæ propria oculis ſint ſubjecta fidelibus. Ajo igitur: *Lo qual ſupueſto, ſe pregunta, ſi ay algun ſolo exemplar en la Hiſtoria Ecleſiaſtica de Eſpaña por el qual conſte, que el Obiſpo de Cartagena con la autoridad de Metropolitano aya confirmado alguna vez la eleccion de algun Obiſpo de la Provincia Cartaginenſe. Quando ha conſagrado Obiſpo alguno de eſta Provincia? Quando ha oìdo cauſas en apelacion de otros Obiſpos, llevadas a ſu Tribunal? Quando ha embiado ordenes à los Obiſpos Sufraganeos, de eſta Provincia? Quando ha dado letras formadas à algun Obiſpo, ò Ecleſiaſtico,* Mem.p.104.

ò ſecular de otro Obiſpado? Porque ſi nada de eſto ſe encuentra, ni puede hallarſe, ſe buelve a preguntar, ſobre què cimientos ſe ha fabricado la dignidad de Metropolitano en lo antiguo en el Obiſpo de Cartagena? Aviendo ſido eſtos, los que han tenido quantos Metropolitanos hà avido, aſſi en la Igleſia Oriental, como en la Occidental. Hæc nos ita convertimus. „ Quo poſito, quæ„ ritur, utrum Eccleſiaſtica hiſtoria Hiſpanienſis vel unum „ exemplum præbeat, quo conſtet, Carthaginenſem Epiſco„ pum pro Metropolitani auctoritate, ullius Provinciæ Car„ thaginenſis Epiſcopi electionem confirmaſſe. Quandonam „ ejuſdem provinciæ Præſulem aliquem conſecravit? Quan„ do audivit cauſas appellationis ab Epiſcopis aliis ad ſuum „ Tribunal delatas? Quando Suffraganeis Provinciæ miſit „ edicta? Quando Epiſcopo ulli, ſeu Eccleſiaſtico, aut Lai„ co alterius Diœceſis communicatorias dedit literas? Quan„ do (his lubet adjungere) Carthaginenſis Præſul, Provin„ ciæ Suffraganeorum Synodum congregavit? Quando, „ qua occaſione, quo tempore, quo Romano Pontifice, quo „ Imperatore Romano, quo Hiſpaniarum Rege Carthagi„ nenſis Eccleſia Metropolis conſtituta eſt? Enimvero ſi ho„ rum nihil probari poteſt, iterum quæritur: quonam poſito „ fundamento hanc Metropolitæ dignitatem vetuſtas ædifi„ cavit Carthaginenſi Præſuli? Siquidem præter allata nul„ lis hæſere aliis fundamentis Metropolitæ reliqui tum in „ Orientis, tum in Occidentis Eccleſiis. Quæ quidem percunctatio quum obmuteſcere omnes faciat, evidenter probat, nullo unquam tempore Metropolitam fuiſſe Carthaginenſem Epiſcopum. Proinde neceſſe eſt, ut Carthaginenſis Metropolita ſemper fuerit Toletanus Præſul.

CA-

CAPUT VIII.

Rationes poſitivæ cur Toletana Eccleſia ſemper fuerit Metropolitana.

SUMMA CAPITIS.

I. *Apparatus ad argumenta conficienda.*

II. *Toletanum Epiſcopum fuiſſe Metropolitam Conſtantino Imperatore, quando Illyberitanum Concilium habitum fuit, factaque diviſio Hiſpanienſium Diœceſeon, comprobatur.*

III. *Ea diviſio aperte oſtendit quod Provinciæ Carthaginenſis Metropolita fuit Epiſcopus Toletanus.*

IV. *Ex MS. Excurialis diviſio alia, iterumque alia diviſio ex MS Eccleſiæ Ovetenſis, in qua undeviginti Suffraganei ſubjiciuntur Metropolitæ Toletano, aliiſque alii, numero quidem pauciores.*

V. *Diviſio alia Regis Vvambæ in ſex Metropoles. Toletanæ viginti Epiſcopi ſubjiciuntur.*

VI. *Tres prædictas diviſiones Ferdinandus de Mendoza memorat, neque alia ulla habetur vetuſtior.*

VII. *Schelſtratius, aliique, quum tradunt Metropolim Toletanam fuiſſe olim Carthagine, decipiuntur.*

VIII. *Confutatur doctrina Memorialis, quod nempe ante ſeculum quintum non fuerint Metropolitæ in Hiſpania.*

IX. *Quantæ auctoritatis ſint laudata Manuſcripta.*

X. *Toletanam ex eo tempore, quum Metropolitæ dignitas in Hiſpaniam advecta eſt, Metropolim extitiſſe comprobatur.*

XI. *Ex ipſomet Memoriali habetur Toletanus Archiepiſcopus anno* 400.

XII. *S. Ildephonſi auctoritate roboratur.*

XIII. *Hinc eluditur opinio Petri Marcæ, & oſtenditur Toletum fuiſſe Metropolim, vel quum Provincia Carthaginenſis Romano parebat imperio.*

XIV. *Montanus Præſul Toletanus appellatur Metropolita Carthaginis a S. Ildephonſo.*

XV. *Ejuſdem S. Ildephonſi teſtificatio de Auraſio Metropolita Carthaginenſis Provinciæ in Toletana Sede.*

XVI. XVII. *Epiſtola Montani laudati ad Epiſcopos Palentinos idem evincit.*

XVIII. *Summa eſt, Toletum fuiſſe Metropolim a prima Metropoleon inſtitutione in Hiſpania.*

XIX. XX. XXI. *Confutatur doctrina Memorialis, evinciturque Toletani Præſulis auctoritas antiqua in tota Provincia Carthaginenſi.*

XXII. XXIII. XXIV. *Baronii auctoritate oſtenditur in V. Synodo Toleta-*

letana definitas eſſe quæſtiones, fuerit, necne Toletum Carthaginenſis Provinciæ Metropolis, ſancitumque, quod vere fuerit.

XXV. *Franciſci Longi Coriolani auctoritas eamdem rem adſtruit.*

XXVI. *Euphemii ſubſcriptio ſubdole ab aliquibus adhibita fuit ad infirmandam Toletanæ Metropolis gloriam.*

I. QUum firmiſſimis docuerim argumentis nullo unquam tempore Metropolitanam fuiſſe Carthaginenſem Eccleſiam, proindeque hac ſemper dignitate Toletanam nituiſſe, vel ex quo primum in Hiſpania Metropoles conſtitutæ ſunt; reapſe oſtendam in præſens Toletanam Eccleſiam nullo non tempore Metropolim extitiſſe: auctoritate ſcilicet, ac rationibus ex hiſtoria deſumtis, quæ ab Eccleſia Hiſpalenſi minime rejiciuntur; ac monumentis apprime veterum, queis non levi ex cauſa fides negari poteſt; quum enim ſint ea multo vetuſtiſſima, nequaquam opportune ab aliquo efficta videbuntur, qui controverſiam hodie ab Eccleſia Hiſpalenſi excitatam prævidens, rudi Minerva illa compoſitò elaborarit, ne Eccleſiæ Toletanæ lauta deeſſent documenta, ad cauſæ honeſtatem, æquitatemque demonſtrandam, unde certa ſententia pronunciaretur. Quod, ut verum fatear, Prophetam agere majorem eſſet, quam de Rhoderico Archiepiſcopo Eccleſia Hiſpalenſis memorat, triginta ante annos divinante Hiſpalim inſtauratum iri, ut ſuæ ſubjiciendam Primatiali præoccuparet. *Mem. p. 3. n. 61. p. 379.*

II. Doceo, quod perpetuo poſt Metropolitarum in Hiſpania memoriam Eccleſia Toletana Metropolis fuerit Carthaginenſis Provinciæ. Memoriam omnium longe antiquiſſimam Hiſpaniæ Regni in Metropoles diviſi nonnullorum opinione teſtantur hiſtoriæ noſtræ Conſtantino Magno Imperatore; quando Illyberitanum Concilium habitum fuit. Audiamus Hiſtoricorum Hiſpaniæ facile principem Joannem Marianam, qui de Concilio Illyberitano agens, hæc refert: *Segun, que algunos ſe perſuaden, en eſte Concilio, y por mandado de Conſtantino, ſe ſeñalaron los aledaños a cada uno de los Obiſpos, y por Metropolitanos à los Prelados de Toledo, Tarragona, Braga, Merida, y Sevilla: lo mas cierto es, que en tiempo de el Rey Vvamba, y por ſu mandado ſe hizo la diſtribucion de los Arzobiſpados, y à cada uno ſe le ſeñalaron ſus Obiſpos Sufraganeos.* Id eſt: „ Hoc in Concilio Conſtantini Im„ peratoris juſſu aliquorum opinione diviſæ Diœceſes ſunt *Marian. lib. 4. c. 16.*

Epi-

„ Epiſcopis ſingulis, ac Metropolitani conſtituti Præſules „ Toletanus, Tarraconenſis, Bracarenſis, Emeritenſis, & „ Hiſpalenſis: firmior autem opinio eſt, Vvambæ Regis „ temporibus, eoque ſic volente Archiepiſcopatuum diviſionem eſſe factam, ſuoſque ſingulis deſignatos Suffraganeos. Si ea diviſio pro certa admittenda foret, quam haud penitus rejicit Mariana; immo non parvam ei facit fidem, dum potiorem ait opinionem eſſe, Vvamba Rege idem eſſe factum, quæ res primam diviſionem non negat; præclare oſtenderim quod mihi propoſui.

III. Quam profecto diviſionem ab hiſce auctoribus traditam ſiqui eſſe factam negent, eam ſequentes Cardinalis Aguirre ſententiam, qua ipſe ut Apocrypham prorſus rejicit manuſcripti cujuſdam traditionem prima parte hujus operis a me allatam, quæ Conſtantinum Imperatorem quarto Imperii anno in Hiſpaniam veniſſe aſſerit, totamque partitum eſſe provinciam in ſex Archiepiſcopatus, quorum e numero Narbonenſis cenſeretur, ii leviſſimo hærent fundamento; ſiquidem negari non poteſt, arduam longeque alieniſſimam ab hiſtoriæ veritate provinciam eum ſuſcipere, qui Conſtantinum adveniſſe Hiſpaniam quarto Imperii anno contenderet. At enim vel iſte adventus admittatur: ecquod ingenium erit tam perſpicax, quod Galliam Narbonenſem iis temporibus inter Hiſpaniæ provincias noverit recenſeri? Secus enim ſe res habet: Narbonenſis uſque eò inter Hiſpaniæ provincias non eſt cenſita, quoad ipſius potita gens Gothorum, ſimulque totius Hiſpaniæ, in ſuam, eam quoque provinciam redegerunt. Quod vero Auctores laudati ajunt penes Marianam, non venit Imperator, ſed mandavit, nulloque id diſcrimine potuit fieri: præterea illa in diviſione quinque tantum Metropolitæ, ſeu Archiepiſcopi recenſentur, a quorum numero Narbonenſis eſt procul. Verum enimvero Illyberitana Synodus poſt Nicænam eſt habita uti quamplurimi ſentiunt cum Vaſæo qui congregatam aſſerit anno 338. & cum Petro Gregorio, qui biennio ante convocatam teſtatur. Quod ſi ita ſeſe res habet, Oſius adeſſe Concilio potuit: etenim Nicæna celebrabatur Baronio teſte 325. anno. Itaque minimum decennium interfuit, quo in Hiſpaniam venerit Oſius cum Diplomatibus Conſtantini Imperatoris, fueritque executus Metropolitarum quinque diviſionem:

Card. Aguirr. to.2.Conc.p.300. in proœm. ante Conc.Lucen.

Vaſæus chron. ann.338.

Petr.Greg.Syntagm.Jur.lib.22. cap.13.

Baron.annal.to.3. ad ann.325.p.2.

Kk 3 Quo

Quo poſito propoſitio evidenter conſtat, nam ea in diviſione Carthaginenſis Provinciæ Metropolita legitur Archiepiſcopus Toletanus.

IV. Codex alius MS. Hiſpalenſis, qui in Regii Eſcurialis Monaſterii Bibliotheca ſervatur, ac memoratur ab Em. Aguirre tom. 2. Conciliorum, ſcriptuſque fuit anno 962. Metropolium Hiſpaniæ diviſionem exhibet hujuſmodi titulo: *Diviſio Provinciarum Hiſpaniæ, & earum Sedium*: in qua diviſione, ubi ad quartam venitur Provinciam hæc fiunt obvia: *Provincia Carthaginenſis, Toleto Metropolis*. Eccleſiæ autem Suffraganeæ ſunt: *Compluto, Segontia, Oxoma, Palentia, Valeria, Oreto, Valencia, Diamo, Sebati, Carthago, Baſti, Menteſa, Acci, Biaria*. Aliam inſuper diviſionem videre eſt Gothicis expreſſam characteribus in MS. Eccleſiæ Ovetenſis cum hac inſcriptione: *In nomine Domini Jeſu Chriſti. Incipit numerus Sedium Hiſpanienſium, & uniuſcujuſque Provinciæ Sedes ſuo Metropolitano ſubſcriptæ uſque ad Rodanum amnem, ideſt*:

Card. Aguirr. pag. 302.

Metropoli Toleto ſubditæ.

ORETO.	VALERIA.
BEATICA.	VALENCIA.
MENTESA.	SECOBRICA.
ACCI.	ARCABRICA.
BASTI.	COMPLUTO.
URGI.	SEGONTIA.
BAGASTRI.	OXOMA.
ILLICI.	SECOBRIA.
SEBASTIS.	PALENTIA.
DIAMIUM.	

Sub uno XX.

Secundùm hæc recenſet Metropoles Hiſpalenſem, Emeritenſem, Bracarenſem, Tarraconenſem, & Narbonenſem cum uniuſcujuſque Suffraganeis pauciori ſingularum numero, quam qui Toletanæ eſt allatus: Tarraconenſis enim aliis quatuor antecellens, quindecim ad ſummum habet Suffraganeos: Hiſpalenſi vero ne dimidium quidem Toletani Suffraganeorum paret, hic enim novem, undeviginti ille recenſet.

V. Alia præterea in MS. diviſio reperitur, cujus exempla duo conſimilia in Toletana unum, alterum in Ovetenſi ſer-

ſervantur Eccleſiis, eaque ipſa eſt; quam fecit Rex Vvamba. Laudati hanc Auctores referunt, in qua fit mentio ſex tantum Sedium Metropolitarum cum ſuis, cujuſque Suffraganeis, ac finibus. Titulus ſic ſe habet: *Diviſio terminorum Diœceſum, & Parroquiarum Hiſpaniæ ab Vvamba Rege facta: ex libris MSS. Eccleſiæ Toletanæ, & Eccleſiæ Ovetenſis, cujus titulus eſt, Itacius: In quo hiſtoria Vvandalorum, & Alanorum in Gallæcia, & poſtea Suevorum, & demum Gothorum Regum ſcribitur.*

Toleto Metropoli ſubjaceant hæ Sedes.

ORETUM: hæc teneat de Galla uſque Eciga (forte Pinta) de Betra uſque Campaniam.

BEATIA.

MENTESA: hæc teneat de Eciga uſque Securam, de Lila uſque Pulixena.

ACCI: hæc teneat de Secura uſque Montaneam de Arcatel uſque Carachuel.

BASTI: hæc teneat de Montanea uſque Egeſtam, de Rauca uſque Tuſitam, (forte Fuſitam.)

URGI: hæc teneat de Egeſta uſque Carthaginem, de Gaſtri uſque Mundam.

BRIGASTUM: hæc teneat de Pugilla uſque Niſdomiam, de Sarta uſque Babam (forte Lumbam.)

ILLICI: hæc teneat per terminos Bagaſtri, & Setabis, & Denia.

SETABIS: hæc teneat de Cuſto uſque Moletam, de Togola uſque ad Intam.

DENIA: hæc teneat de Suſa uſque Intam, de Silva uſque Gil.

VALENTIA: hæc teneat de Silva uſque Muſvetum, de mari uſque Alpont.

VALERIA: hæc teneat de Alpont uſque in Terrabelam, de Stizerola uſque Ninar.

SECOBRICA: hæc teneat de Terrabella uſque Obviam, de Toga uſque Brecam.

ARCABRICA: hæc teneat de Alcont uſque ad Obviam, de Mora uſque Baſtram, (forte Luſtriam.)

COMPLUTUM: hæc teneat de Alcont uſque Cortem, de Guſia uſque ad Coſtem.

SE-

Digitized by Google

SEGONTIA: hæc teneat de Coſte uſque Tuſcam, de Godol uſque Pinam.

OXOMA: hæc teneat de Fuſca uſque Arlazon, quomodo currit in camino Sancti Petri, qui vadit ad S. Jacobum de Garaſe uſque Hermitas.

SEGOBIA: hæc teneat de Almet (forte Alhomet) uſque Mambellam de Montel uſque Vaſodoto.

PALENTIA: hæc teneat de Mambella uſque Caltam, de Valbona uſque Tortoſam.

Hæ ſunt Sedes viginti diviſæ Epiſcopales de Toleto a mari uſque ad caminum S. Petri, qui vadit ad S. Jacobum.

VI. Hæ plane ſunt Metropolitarum Hiſpaniæ diviſiones, quæ ad noſtram hanc tempeſtatem pervaſere Neque vero dubitari poſſe videtur, quin, ſi antiquiſſimâ illâ memoriâ alia eſſet facta, diligentia & ſtudium eruditorum, qui tot veterum monumenta e tenebris evocarunt, eam quoque in apricum eduxiſſent: invidus ſaltem aliquis eam excitaſſet, qui inquinandi ergo alterius famam nullo jure contemtui habitam, eruditione uti non ſua conſuevit. Hoc equidem certum ſcio, quod Illuſtriſſimus vir Ferdinandus Mendotius ſermonem inſtituens de auctoritate Illyberitanæ Synodi, ejuſmodi tres diviſiones profert, tanquam monimenta vetuſtatis; ipſius autem verba ſunt: *Tres extant ſatis vetuſtæ Epiſcopatuum Hiſpaniæ, & Galliæ Narbonenſis diviſiones, quarum prima Conſtantino Imperatori, altera Theodomiro Regi Suevorum, poſtrema Vvambæ Regi Gothorum accepta refertur.*

Ferd. Mend. de auct. Conc. Illyb. l.1.c.2.p.9.

VII. Non ſum neſcius Emmanuelem Schelſtratium Hiſpaniæ Metropoles referentem aſſeruiſſe, quod Provinciæ Carthaginenſis Metropolis Carthago primum fuit, poſtea Toletum, qua in re opinionis eſt errorem ſecutus, perinde atque alii complures doctrina, & eruditione præſtantes viri, qui rem minus quam par erat ſedulo reputantes, ſpecie aliorum eruditionis, ac præ cæteris Pariſienſis Archiepiſcopi ſunt decepti. Id autem ab omni alienum veritate eſſe ſatis ſuperque, ut ego judico, demonſtratum, enucleatumque fuit ſuperiori capite: quod tamen maxime ad rem noſtram facit, nec laudatus Schelſtratius, neque eorum aliquis, quibus ſecum convenit, aut tempus definiunt quo Metropolis urbs illa erat, aut qua occaſione, aut a quo inde translatum fuerit contenti referre, quæ multi retulerant, ne-

Emm. Schelſtr. can.9. Conc. Antioch. c.3. art. 2. p.458.

Digitized by Google

neglecta veri inveſtigatione, nihilque penſi habitis monumentis veterum, quæ indubiam rebus fidem adjungunt.

VIII. Quod conjicitur ex productis nuper diviſionibus Metropoleon, in earum ſingulis Toletanus Carthaginenſis Provinciæ Metropolita eſt, totque ipſius Eccleſiæ ſunt Epiſcopi Suffraganei, ut reliquæ omnes longo ſint proximæ intervallo, quemadmodum vidimus: argumentum evidens auctoritatis ſummæ, quæ tum Toletana in Eccleſia erat quum diviſio illa facta eſt: & quanquam de earum principii anno, ſeu tempore non liqueat, tamen cœptas eas eſſe arbitror Conſtantino Imperatore. Nam licet autumet Eccleſia Hiſpalenſis nihil prorſus auditum de Metropolitis in Hiſpania quinti ante ſeculi primordia, mihi quidem ſententia non arridet. *Mem. p. 89. & alibi.* Enimvero quum anno ad ſummum 356. in Hiſpaniam venerit magnus Oſius ejuſdem Eccleſiæ opinione, atque evulgarit Canones & Decreta Nicænæ Synodi, (quibus non dubito, quin Imperatoria mandata ſummo jure tradita acceſſerint; etenim Conſtantinus, qua erat incomparabili Religione Princeps, ejuſdem Decreta Concilii, ut ſuis omnibus in ditionibus ſervarentur, toto animo, totaque cogitatione in id incubuit,) nullam omnino habet fidem, tot ſpatio annorum ejus Decreti executione Hiſpaniæ Eccleſiæ diſciplinæ tam neceſſarii ſuperſeſſum eſſe. Quod credibilius multo erit, ſi animadvertamus Hiſpaniam, neque repugnantem, neque invitam tum temporis paruiſſe Romanorum Imperio, qua occaſione opportunior nulla eſſe potuit. Huc accedit, quod Magnus Oſius Conſtantini gratia ſummopere utebatur, quî cum Imperatori ſummam intercedere familiaritatem fama pervaſerat, ut graviſſimi auctores tradunt: *Baron. an. 324. n. 7. Socr. l. 1. hiſt. c. 7.* cauſæ omnes aptiſſimæ, cur diligenter executioni mandarentur Decreta, quorum obſervantiam ſtabilire, ac ſententiam edicere Oſius quærebat, qua in re Imperatori præſtabatur obſequium.

IX. MSS. ejuſmodi plurima fit auctoritatis acceſſio, tum ex eorum vetuſtate, tum ex Archivorum præſtantia, ubi cuſtodiebantur, atque hodie ſervantur. Ea ſunt Toletanæ, Ovetenſis, ac Lucenſis Eccleſiæ MSS. multæ vetuſtatis omnia, aliud denique Hiſpalenſis Eccleſiæ anno 962. exaratum: ac præ cæteris MS. Itacii viri doctiſſimi, & Hiſpanici Epiſcopi, de cujus æſtimatione erit ſatis afferre,

quæ ſumma eruditione Jacobus Sirmondus in præfatione ad chronicon tradit: *Quanti meriti eſſe debeat hic libellus, tute Lector ſtatim agnoſces: intelliges enim non ſolum ab hoc fonte hauſta eſſe, quæ de Gothorum, Suevorumque gentium rebus in Hiſpania, Galliaque per ea tempora geſtis, apud Iſidorum, & alios Scriptores leguntur, ſed alia præterea tum ad ſacram, tum ad civilem hiſtoriam plurima hîc doceri: quæ, ut cæteris omnibus intacta, qui exiſtant, ipſi nos etiam, niſi ab Itacio prodita eſſent ignorare cogeremur*, MSS. eadem pretioſiſſimi inſtar theſauri ad S. Laurentii Eſcurialis Bibliothecam tranſlata ſunt, ſimulque collata pæne conſimilia ſunt reperta, nulloque prorſus diſcrimine, quod ad rem attinet, qua de agimus.

Jacob. Sirmond. to. 2. ante p. 292.

X. Itaque tam vetuſtiſſimis monumentis, quam fide digniſſimis MSS. comprobatur, quod quæcumque in Hiſpania extat Metropolitarum diviſio, Toletanum Præſulem Carthaginenſis Provinciæ Metropolitam cognitum, ac vocatum præſefert. Hinc ego argumentum eljicio, quod infirmari nequaquam poteſt, niſi unico ſaltem prolato exemplari, quo falſa fiat propoſitio. Quota quæque occurrit Metropolitarum conſtitutio facta ab omni antiquitate in Regnis omnibus, variiſque ditionibus, quæ in Hiſpania fuerunt, Eccleſia Toletana Carthaginenſis Provinciæ abſolute dicitur Metropolis: Toletana igitur Eccleſia jam inde ab hac dignitate in Hiſpaniam advecta; perpetuo eadem præfulſit. Niſi antecedens exemplari, ut dixi, aliquo propoſito irritum fiat, conſequentia certa eſt. Atqui exemplar id minime exhibetur, neceſſario igitur certa illatio habenda eſt.

XI. Quod probatur iterum auctoritate S. Ildephonſi. Ut autem teneatur quantæ ſit vetuſtatis in Toletana urbe dignitas Metropoleos Provinciæ Carthaginenſis in præſentia Memoriali adhibeam oportet fidem, quatenus obfirmato aſſerit, ſibique ut videtur, evidenter docet, (quod equidem mente non aſſequor, quin etiam ut pòſt videbimus, contrarium ſentio) docet inquam prima in Toletana Synodo anno quadringenteſimo congregata, Toleti Archiepiſcopum fuiſſe Aſturium, qui ſexto loco ſubſcripſit, non Patruinum, qui primo loco, ut affirmat Garſias de Loayſa. Repetere hîc etiam oportet, quod circa hiſtoriam pridem monui, traditque Memoriale, nempe aſſidua bellorum incendia in Hiſpania excitata primo ſeculi quinti anno, totum ferme illud ſecu-

Mem. p. 1. pag. 65. n. 65.

Mem. p. 1. p. 66. n. 66.

Digitized by Google

ſeculum invaluiſſe, neque monumentum ullum exiſtere, quo Metropolitarum dignitas in Hiſpania aut principio, aut eodem ſe vertente quinto ſeculo conſtituta eſſe teſtatum ſit: quum de Metropolitæ nomine ſexti tantum ſeculi ſub initium, anno ſcilicet 517. auditum fuerit. Quibus poſitis, ab Eccleſia Hiſpalenſi mihi liberaliter commodatis: ita argumentum inſtituo.

XII. Aſturius Toletanus Præſul, qui huic Concilio adfuit Carthaginenſis Provinciæ Metropolita erat; ergo vel antequam Metropolitæ fieret ulla mentio in Hiſpania Toletanus Præſul ejuſmodi dignitate decorabatur. Antecedens conſtat D. Ildephonſi auctoritate qui de Aſturio loquens ita ſatur: *Aſturius poſt Audentium in Toletana urbe Sedis Metropolis Provinciæ Carthaginenſis Pontifex vir egregius.* Quod graviſſimum viri adeo ſanctitate perſpicui teſtimonium citra temeritatem revocari non poteſt in dubium. Toletanus ergo Præſul ante annum quadringenteſimum Carthaginenſis erat Provinciæ Metropolita.

S. Ildeph. de Vir. Illuſtr.

XIII. Hinc fit, ut Pariſienſis Archiepiſcopus Petrus Marca non recte videatur dixiſſe: *Civitas Toletana tantum aberat olim a Primatu, ut ſub Principum Romanorum Imperio nondum aſſequuta eſſet Metropoleos dignitatem.* Hoc ſiquidem Nationale Concilium anno 400. fuit habitum, uti ſupra docuimus, Conciliumque ipſum evidentiſſime declarat, frequenter memorans congregatum ſe 438. Æræ, qui annus 400. Chriſti reſpondet, quo quidem tempore tam urbs Toleti, quam Carthaginenſis Provincia ditionis erant Romanorum, Regemque ſuum agnoſcebant Imperatorem. Quare conſtat civitatem Toletanam, vel quum Romanorum Imperatorum juris erat, Metropoleos dignitate conſpicuam extitiſſe; Itaque Pariſienſis Archiepiſcopus, cætera eruditiſſimus, hac in re eſt deceptus, tam gravi, ac tam præclaro hoc teſtimonio deſtitutus, necnon reliqua ſupellectili, quam ego iſto, ac ſuperiori capite in medium profero.

Petr. Marca diſſ. de Primat. Lugd. n. 124. tom. 26. Conc. edit. Reg.

XIV. Alium præterea Præſulem minoris quidem vetuſtatis, qui tamen Gundemari Regis ævum annis pluribus anteivit D. idem Ildephonſus Carthaginenſis Provinciæ Metropolitam appellat: Montanum videlicet, qui ſecunda in Toletana Synodo præſedit anno 527. celebrata octoginta amplius annis, quam Gundemarus in Regnum venerit. *Mon-*

S. Ildeph. ubi ſup.

tanus, inquit, *primæ Sedis Provinciæ Carthaginis Toletanæ urbis Cathedram tenuit*. Manifeſtum adeo teſtimonium; ut auſim dicere, quod eodem rei veritas ſit perſpicua, & evidens, quam mihi oſtendendam propoſui, ubi enim ejus ſimile fingendum in præſentia eſſet, ſignificantiora excogitari verba non poſſent. Fuit Montanus ante annum 531. quo Amalaricus obiit diem ſuum, Toleti Præſul, S. enim Ildephonſi opinione floruit Amalarico Hiſpaniarum Rege, novemque annos gubernavit Eccleſiam.

XV. Auraſium quidem fuiſſe antiquitus Provinciæ Carthaginenſis Primatem, ne ſuſpicabitur quidem Eccleſia Hiſpalenſis, aut ſiquis alius dignitatem neget Metropoleos ejuſdem Carthaginenſis Provinciæ, Toletanæ Eccleſiæ: ſiquidem Gundemari Regis anno primo Toletanus erat Archiepiſcopus, quando Synodus celebrata eſt, qua dignitas iſta in Toletanum Præſulem collata iiſdem videtur. De illo autem Ildephonſus ſic: *Auraſius Toletanæ Eccleſiæ Pontifex Metropolis urbis*. Quod ſi hæc de Auraſio teſtificatio ad Toletum Carthaginis Provinciæ Metropolim comprobandam eſt ſatis, quidni æque erit ſatis de Montano illa apertior multo, atque evidentior?

S.Ildeph. ubi ſup.

XVI. Præterea extat Montani ejuſdem epiſtola ad Palentinos, unde vis ingens argumentorum eljicitur. Ac primo ex epiſtolæ inſcriptione, quæ ſic ſe habet: *Dominis dilectiſſimis Fratribus, Filiiſque territorii Palentini: Montanus Epiſcopus æternam ſalutem*. Ex titulo ipſomet jam liquet, nulla cæterorum ratione habita, Montano Palentinos eſſe filiorum loco, quod minime conſtaret, niſi auctoritate in ipſos ulla polleret, ut ſuam ad rem appoſite ait Hiſpalenſis Eccleſia. Quæ auctoritas minimùm Metropolitæ erit, id quod meum ad inſtitutum eſt ſatis. Aliud ab ea ſollicitudine argumentum ducitur, qua Montanus tenebatur, de malis nempe exemplis, depravatiſque moribus, quæ in Palentina Diœceſi invaluerant; iſta enim non poterant ad eum pertingere niſi uti Metropolitam, cujus officium eſt potiſſimum cogitatione, curaque in totam Provinciam incumbere, quemadmodum ſuperiori capite dictum fuit, ubi res erat de Antiochena Synodo, quæ iterum verba hîc apponam: *Per ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſollicitudinem totius Provinciæ gerere*. Montanus autem utpote tan-

Montan. epiſt. 1.

Supra cap. præced. n. 22.

tantus Præſul, malorum exemplorum, & corruptelæ ſategit, quæ Epiſcoporum incuriâ, & Sacerdotum arrogantiâ irrepſerant. Epiſtolæ hujus conſcribendæ hanc ſibi cauſam fuiſſe ipſe fatetur:

XVII. Ezechielis verba conſiderare ſe memorat, quibus illum Deus cuſtodem domus Iſrael poſuiſſe teſtatur, ut vitia hujus palam faciat, ponatque ob oculos crimina; æternam ei mortem comminatus, ſi a ſupremo Judice onus impoſitum declinarit. Quæ memoria repetentem ſe noſſe ait cujuſmodi ſibi munus commiſſum erat, proindeque has literas dare, ne quandocumque ad Chriſti tribunal conſtituto ſibi reddenda ſit ratio ullius animæ, quæ ſe imprudente miſerrime ſuppliciis damnaretur æternis: *Hac ergo voce permotus, hujus officii mei neceſſitudinem me ſuſcepiſſe non neſciens, ſtudere curavi, ne cujuſquam perditi animam de manu mea Chriſtus inquirat.* Profecto niſi Montanus Metropolita ſaltem fuiſſet, neque id curæ, ac muneris ſibi arrogaſſet, ut vitiis, maliſque Diœceſis Palentinæ exemplis mederetur; neque tantum auctoritatis adhiberet ſcribens: nam paulo infra verba uſurpat D. Pauli, dicens quaſi ipſemet loquatur: *Quid horum vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* Ejuſmodi verba nonniſi Præſulis ſunt pro Imperio loquentis. Conſtat igitur Montanum ea laude ſanctitatis virum, qua ornatum prædicat Ildephonſus, (& qui divino ac præclaro teſtatus eſt miraculo ſuam innocentiam quum ardentes prunas veſte præſetulit, nec eâ quidem incensâ, aut igne reſtincto) Metropolitæ jus minime arrogaturum ſibi, niſi re vera dignitate iſta uſus eſſet. *Mont. ead. epiſt.*

XVIII. Tertium ſuppetit argumentum oppido firmius ex eadem epiſtola; ubi enim officium memorat auctoritati adjunctum ſuæ: *Præſertim*, inquit, *quum Toletanæ urbi Metropolitani privilegium, vetus conſuetudo tradiderit, & eo magis non ſolum parroquiarum, ſed & urbium cura hujus urbis ſollicitet Sacerdotem.* Ad Toletanam urbem Metropoleos ſaltem privilegium pertinuiſſe hoc teſtimonio apertiſſime comprobatur. *Saltem*, inquam; non enim deſunt, qui hinc Toletanæ aſſerant Eccleſiæ conſtare Primatum penes Em. Aguirre, quibus conſentit Doctor Franciſcus Quintanilla Canonicus, ac dignitas Eccleſiæ Hiſpalenſis, ut tertia parte demonſtratum erit; nam modo noſtrum eſt docere, quod a prima *Montan. ead. epiſt.* *Card. Aguirr. tom. I. pag. 269.*

Metropolitarum in Hiſpaniis conſtitutione Metropolis Toletum fuerit; quod ſatis ſuperque confirmant jam allata: namque ex iis intelligimus, veteri conſuetudine Metropolitani privilegium Toleti conſtabilitum: quum præterea S. Ildephonſus Montanum primæ ſedis Provinciæ Carthaginenſis, Toleti ſcilicet, Præſulem fuiſſe referat, manifeſtum ſit, privilegium id Metropolitæ ex veteri conſuetudine ſpectans ad Toletanam Eccleſiam, Carthaginenſis Provinciæ accipiendum eſſe.

XIX. Minime clam fuere Eccleſia Hiſpalenſe & Sancti Montani Præſulis verba, & quod liquet ex Concilii ejuſdem capite quinto; fateturque negari certe non poſſe, quod eo anno, id eſt quingenteſimo vigeſimo ſeptimo Montanus fuerit Metropolita. Qui enim Præſules in ea Synodo convenerunt, Metropolis eum Epiſcopum appellare, primo ipſum loco ſubſcribere, fratres nuncupare aſſiſtentes ſibi Præſules, poteſtatem eidem fieri convocandi alios Epiſcopos ad Concilia, totamque illam auctoritatem fuiſſe antiquitus Toleti Præſulibus uti ex allatis verbis habetur: *Quum Toletanæ urbi Metropolitani privilegium vetus conſuetudo tradiderit*, conſtare id totum aſſerit; verumtamen probari inde ſolum, quod Montanus id temporis, ejuſque prædeceſſores Metropolitæ fuerint Carpetaniæ, ac Celtiberiæ, minime vero Carthaginenſis Provinciæ, cujus Præſul Hector Metropolitanum ſe ſubſcribit anno 517. in Tarraconenſi Concilio. Et principio capitis 89. tradit hac in Toletana Synodo primum inveniri Toletanum Præſulem Metropolitæ nomine decoratum. Quod ſi Em. Aguirre ſit fides, cui Hector Titularis tantum eſt Præſul, de Montano jam liquet, quem verum legitimum, atque unicum Provinciæ Carthaginenſis Metropolitam fuiſſe contendimus: quoniam vero doctrinam hanc oppugnavi, & ut videor ſatis de eadem diſputavi, aliâ oſtendam viâ Montanum fuiſſe Carthaginenſis Provinciæ Metropolitam, præterquamquod S. Ildephonſi auctoritate probatum id fuit.

Conc. 2. Tolet. cap. 5.

Mem. p. 88.

XX. Quod de iiſdem Montani epiſtolis liquet Toletanum Concilium 610. anno celebratum, Regiumque Gundemari Diploma, fundamenta erunt probandæ rei; ea quippe ingeniorum conditio eſt, ut ab eodem principio alia alias eruant illationes inter ſe pugnantes. Argumentum ipſe

ipſe meum in medium fero: is autem noſtrum obtineat judicium, qui æquum ſe atque bonum defendere palam fecerit. Quod primum apparet ex Montani literis, ad ſuæ curam Eccleſiæ tanquam Metropolitanæ Palentinum territorium ſpectabat, quæ quidem ſollicitudo, & cura non ad eum recèns pervenerat, at veteri ſedis conſuetudine in corruptelam morum ejus gentis animadvertere tenebatur. Secus autem de Palentino territorio neque ad Carpetanos, neque ad Celtiberos pertingente, liquido ipſum conſtat non teneri ad ejuſmodi animadverſionem morum, ob eam curam, quam de Carpetanis, atque Celtiberis commiſſam ſibimet intelligeret. Atqui Palentina Diœceſis ad Provinciam ſpectans Carthaginenſem inter Vaccæos ſita erat, populos, uti ſupra jam vidimus, Caſtellæ veteris. Quum igitur Palentia ad Toleti Metropolitanum attineret, hunc fuiſſe non Carpetaniæ, ac Celtiberiæ ſolum, ſed Provinciæ totius Carthaginenſis Metropolitam, compertum eſt. *Part.1.cap.3.*

XXI. Horum ratio adſtruitur. Aut Montanus de Carpetania ſolum, deque Celtiberia ad ſummum loquebatur, ſeque ejus gentis Metropolitam conſiderabat; aut ampliores Carpetania, & Celtiberia terminos Metropolis ſuæ conſiderabat, deque iis loquebatur. Primum manifeſto falſum: ſiquidem duo illa territoria Metropolis ſuæ terminos accipiens Metropolitam non ageret ea in parte, quæ neque Carpetanorum, neque Celtiberorum juris erat, immo potius multa paſſuum millia diſtabat, Palentina ſcilicet Diœceſi. Scribente igitur Montano ad Palentinos, tanquam eorum Metropolita, habendi iidem ſunt per ea tempora Toletano Suffraganei. Proindeque fatendum erit Toletanam tum Metropolim ultra Carpetanos & Celtiberos, contra quam Eccleſia Hiſpalenſis affirmat, ſeſe extendiſſe. Itaque quum certo certius ſit, Toletanam Metropolim latiores habuiſſe terminos, dum quænam eæ Diœceſes fuerint non innoteſcat, D. Ildephonſi amplectar ſententiam, ipſiſque utens ejuſdem verbis: *Montano*, inquam, *tuvo la primera ſede de la Provincia de Cartagena, que es la Ciudad de Toledo.* „ Montanus primam Carthaginenſis Provinciæ ſedem habuit, „ civitatem nempe Toletanam. Cui teſtimonio niſi objiciatur ab Eccleſia Hiſpalenſe pari auctoritate aliud, rationeſve majoris roboris; ab illatione noſtra diſſentire audacia eſſet

eſſet; proinde erit conſtans, Montanum ſanctitatis laude Præſulem celeberrimum, Carthaginenſis Provinciæ Metropolitam fuiſſe.

XXII. Quædam pauca ex Concilio Toletano quinto, & Gundemari Regis Decretum luce ipſa clariorem facient hanc illationem. At vero tum clarius mea ſententia id fiet, quum rem & cauſam propoſuero, cur Toletana iſta Synodus celebraretur, juxta Baronii traditionem, quam hiſpanice convertit Didacus de Saavedra; facile enim ex ipſa, eademque facti relatione conſtanter probatur, quod Montani ævo Toletana Eccleſia fuit Metropolis Provinciæ Carthaginenſis; nam tota controverſia Gundemari tempore ſuſcitata, ab Euphemii ſubſcriptione in Concilio Toletano tertio profecta eſt. Audiamus Baronium. *Quum enim Toletanæ Eccleſiæ Primatum aliqui labefactare ſtuderent, quaſi non totius ipſa eſſet Carthaginenſis Provinciæ Metropolis; ſed tantum Carpetaniæ; hac de cauſa ad hæc definienda, Synodum hanc oportuit congregari. Qui adverſabantur, ea potiſſimum ratione agebant, quod apparebat in ſubſcriptione facta per Euphemium Epiſcopum Toletanum in Concilio tertio Toletano ipſum ſe ſubſcripſiſſe Metropolitanum Provinciæ Carpetaniæ. Quod ergo tunc ex modeſtia factum videri poterat, ne quid juris ob id imminutum eſſet Eccleſiæ Toletanæ; ex eaque occaſione, &c.* Sic Em. Cardinalis.

Baron. ad. an. 610. n. 12.

XXIII. Hæc Didacus de Saavedra eruditione, & eloquentia præſtantiſſimus Tephra oriundus oppido Africæ, ea æſtimatione atque auctoritate vir, ut inter eruditos non levi habeatur in numero, convertit hiſpanice, remque planius, & enucleatius tradidit, ut ſequitur. *La mayor diſcordia, que avia dexado viva Uterico, era entre los Eccleſiaſticos: porque aviendo Euphemio Obiſpo de Toledo, pueſto ſu firma en el Concilio tercero, celebrado en aquella Ciudad, añadio en ella (ò por deſcuido, ò por modeſtia) Metropolitano de la Provincia Carpentana: de lo qual tomaron pretexto los Obiſpos de la Provincia Cartaginenſe, para no obedecer, como Sufraganeos à el de Toledo... Sentia mucho Aurafio (que entonces poſſeìa la Silla de Toledo) eſta deſobediencia, y no menos el Rey Gundemaro, conſiderando, que ninguna coſa es mas peligroſa en los Reynos, que las diſcordias, y ſciſmas entre los Eccleſiaſticos, y que tocaba al oficio de el Rey, procurar ajuſtarlas con tiempo, antes que mezclados en ellas los Seglares, ſe deſconcertaſſe la armonia de el Reyno. Eſte temor le*

obligò

obligò à aplicar medios ſuaves; pero no baſtaron. Viendo, pues, Gundemaro fruſtradas ſus diligencias, y que convenia mantener la autoridad de la Metropoli de Toledo, para que deſde alli, como de el centro de Eſpaña, ſe pudieſſe mejor oponer à los Arrianos: y que diſminuiria mucho el eſplendor, y grandeza de ſu Corte, ſi la Provincia de Cartagena ſe ſeparaſſe de la Carpentana, mandò congregar en Toledo un Concilio, en el qual ſe hallaron quince Obiſpos, y el Metropolitano: y aviendo examinado los motivos de la cauſa, ſentenciaron, que à la Igleſia de Toledo pertenecia la ſuperioridad ſobre las Igleſias de la Provincia de Cartagena... No le pareciò à el Rey, que tenia baſtante firmeza, por averla dado Obiſpos Sufraganeos de la Metropoli, à los quales podia aver inclinado, ò el temor, ò la liſonja, ò alguna conveniencia propria, y mandò congregar otro Concilio, convocandoſe à el los Prelados de otras diverſas Provincias, ſin que intervinieſſen los que avian pronunciado la ſentencia. Concurrieron veinte y ſeis, y entre ellos quatro Metropolitanos: y aviendo examinado la ſentencia de el Concilio, y un Decreto, que en confirmacion de ella avia promulgado el Rey, firmado de ſu mano, le confirmaron los Padres. Quæ nos latine ita convertimus.

XXIV. „ Controverſiam cæteris majorem inter Eccleſiæ „ viros Utericus reliquerat pendentem: ea vero ſic ſe ha„ bebat: Quum Euphemius Toletanus Præſul in tertio ejuſ„ dem urbis Concilio ſubſcribens addiderit (ſeu per impru„ dentiam, ſeu per modeſtiam id fecerit) ::: Carpetaniæ Pro„ vinciæ Metropolitanus ::: hinc factum eſt, quod Cartha„ ginenſis Provinciæ Præſules Toletano, ut Suffraganei, ob„ ſequium præbere detrectarunt... Rem Auraſius tunc To„ letanam regens Eccleſiam, moleſte ferre, pariterque Rex „ Gundemarus, conſiderans nullum aliunde majus detri„ mentum importari Regno, quam ex diſcordia, & ſchi„ ſmate Eccleſiaſticorum; atque intelligens quod Regis erat „ iis opportune conſulere, antequam Laicorum ſtudio ad „ partes accedente, optima Regni moderatio deformaretur. „ Hac ſollicitudine Rex permotus levia primum adhibuit „ medicamenta; ſed inanem operam ſumſit. Itaque irri„ tam fuiſſe videns curam omnem, quam adhibuerat, atque „ conſiderans Toletanæ Metropolis auctoritatem tueri opor„ tere, ut inde tanquam e totius Hiſpaniæ centro Arianis „ poſſet obſiſti; deque Regni ejus gloria, & amplitudine

„ multum detractum iri, ſi Carthaginenſis Provincia a „ Carpetania deſciſceret, congregari voluit Toleti Concilium, quod Epiſcopi quinque, & Metropolitanus celebrarunt: qui cauſa cognita ſententiam dixere, Eccleſiam „ ſcilicet Toletanam debere cæteris Carthaginenſis Provinciæ Eccleſiis anteire.... Hæc pòſt ſententia Rex Gundemarus parumne ſtabili hæreret fundamento ſuſpicatus, „ quia Suffraganei Præſules ex ipſa Metropoli pronunciarant, qui aut metu, aut aſſentatione, aut peculiari officio aliquo permoveri ad eam ferendam potuiſſent; aliam „ juſſit haberi Synodum Epiſcoporum variis ex Provinciis „ convocatorum, exceptis iis, qui prius judicium tulerant. „ Sex & viginti convenerunt, e quibus Metropolitæ quatuor. Hi ſententiam Synodi probe perſpectam, Regio „ Diplomate confirmatam propria Regis manu obſignato, habuerunt ratam. Sic celeberrimus Auctor.

XXV. Præterire non poſſum, nec debeo quod Fr. Franciſcus Longus Coriolanus Capuccinorum Ordinis, Baronio inhærens, ait de Toletana Synodo, cauſam hanc adducens, cur ea congregaretur: *Cauſa Concilii apparet ex actibus & Gundemari conſtitutione... nimirum, ut profiterentur (Epiſcopi) Eccleſiam Toletanam Carthaginenſis provinciæ eſſe Metropolim, eamque antiquitus conſecutam eſſe dignitatem, quod nonnulli levi quadam conjectura labefactare ſtudebant*. Animadverti debet, quod Eccleſia Hiſpalenſis rationes a prudentibus, minimeque ſtudioſis hominibus leviſſimas judicatas, magni momenti, ac ponderis vult haberi. Cæterum is certe vincet, qui ſtudii cauſas procul habet.

Fr. Cor. brev. chron. Pontif. Concil. ad ann. 610. pag. 189.

XXXI. E tribus hiſce graviſſimis Auctoribus aperte conſtat, levi motos conjectura nonullos Epiſcopos (turbarum conſcios, quas Gundemari deceſſor Utericus in Republica conciverat) dividundi cauſa, ac labefactandi Provinciæ Carthaginenſis Metropolitæ gloriam, qua Toletanus olim Præſul utebatur. Præterea conſtat occaſionem ipſos aucupatos Euphemianæ ſubſcriptionis in Synodo Toletana tertia. Unde illationes duæ certæ, & evidentes fiunt. Prima: nullum omnino Præſulem Toletanum ſive ante, ſive poſt Euphemium ſe ſubſcripſiſſe Metropolitanum provinciæ Carpetaniæ, prout Eccleſia Hiſpalenſis affirmat, noſque docuimus parte prima; firmius enimvero fundamentum aliud nacti eſſent Epiſcopi, qui

qui Metropoleos Toletanæ, & Carthaginenſis diviſionem meditabantur ad obfirmandum incœptum: quum autem Euphemii unam tota in vetuſtate repererint, huic novam utriuſque diviſionem Metropolis crediderunt. Altera illatio eſt; Toletanum Præſulem ante Provinciæ Carthaginenſis Metropolitam fuiſſe, quam tertia haberetur Toletana Synodus, in qua Reccaredus, genſque omnis Gothorum, necnon totum Hiſpaniæ Regnum Arianam hæreſim depoſuerunt. Ratio patet: quum enim unico ſubſcriptionis Euphemii fundamento niterentur tumultuarii Præſules, nullo alio poſito antiquiore, haud dubie aliud nullum iis fuit quo conſiſterent. Quare quum Præſul Toletanus hanc ante Synodum celebratam Metropolita eſſet, Provinciæ Carthaginenſis fuiſſe Metropolitam negari non poteſt. *Part.1.cap.6.*

CAPUT IX.

Ejuſdem rei veritas comprobatur ipſis Concilii verbis, & Gundemari Regis Decreto.

SUMMA CAPITIS.

I. II. *Decretum Concilii Toletani Gundemaro Rege celebrati, de Toletana Metropoli.*

III. *Patrum Concilii ſententia Toletanus Præſul, Metropolita, &, Provinciæ Carthaginenſis Metropolita, nullo diſcrimine appellatur.*

IV. V. *Ipſa Concilii verba oſtendunt Toletanam Eccleſiam fuiſſe Metropolim Carthaginenſem antiquiſſimam.*

VI. *Patentiſſimus error Memorialis circa Metropolitam Carthaginenſem.*

VII. *Ex numero Epiſcoporum Concilii Toletani II. evincitur Toletanum Præſulem fuiſſe Metropolitam Carthaginenſem.*

VIII. *Toletanam Eccleſiam fuiſſe Metropolim longe ante hanc Synodum tum ex allatis in capitibus ſuperioribus, tum ex ipſis Synodi verbis demonſtratur.*

IX. *Aliis inſuper rationibus idem comprobatur.*

X. *Nullus Carthaginenſis Provinciæ Epiſcopus ante annum 610. conſecratus fuit, abſque Toletani Metropolitæ licentia, uti mos erat id temporis.*

XI. uſque ad XV. *Decretum Flavii Gundemari Regis Catholici eamdem rem luculentiſſime comprobans.*

XV. uſque ad XXII. *Diligentiſſime Decretum expenditur, & evincitur antiquitas Toletanæ Metropolis in tota Provincia Carthaginenſi.*

XXII. *Epilogus omnium quæ in Decretis Regis, & Synodi laudatis continentur de Toletanæ Metropolis vetuſtate.*

XXIII. *Nullis monumentis contrarium probatur.*
XXIV. XXV. *Objectio Memorialis præſeferentis ſubſcriptionem Hectoris iterum diluitur.*
XXVI. *Objectio alia ſpecie firmior Memorialis.*
XXII. uſque ad XXXI. *Diluitur doctrina contraria.*
XXXI. XXXII. *Alia doctrina contraria ex Petro Marca objectio eadem diluitur.*

I. Ejuſdem Toletani Concilii verba, Regiſque Gundemari Diplomatis, perſpicue adeo rem oſtendunt, ut ne minimæ quidem dubitationi locus reſtet. Audiamus igitur Concilii Patres, qui ita decernunt: *Convenientibus nobis in unum, pro Religione & fide, quam Chriſto debemus, placuit, ne quid ultra in nobis abſurdum, vel illicitum oriatur, alterna collatione decretum juſtiſſimæ promulgare ſententiæ... Tali ergo diſpoſitione neceſſarium contuentes ob ſtudium noſtri ordinis, communi electione decrevimus, congruum eſſe provida diſpoſitione judicium, fatentes hujus ſacroſanctæ Toletanæ Eccleſiæ ſedem Metropolitani nominis habere auctoritatem, eamque noſtris Eccleſiis, & honore anteire, poteſtate, & meritis. Cujus quidem principatus nequaquam collationis noſtræ conniventia nuper eligitur; ſed jamdudum exiſtere antiquorum Patrum Synodali ſententia declaratur: ea duntaxat Concilii forma, quæ apud ſanctum Montanum Epiſcopum in eadem urbe legitur, habita.*

Conc. Tolet. hab. Gundem. Rege.

II. *Proinde ergo diſpoſitionem noſtram inſtructæ collationis definitione celebrantes, eligimus, nequis ultra Comprovincialium Sacerdotum inani, ac perverſa contentione obnitatur hujus ſacroſanctæ Eccleſiæ Toletanæ Primatum contemnere: neque pervicaci ſchiſmatum ſtudio ad ſummos Sacerdotalium Infularum ordines, remota hujus ſedis poteſtate, a nobis quempiam, ſicut hactenus factum eſt, provehere. Talem itaque ſpecialiter a nobis, & a Succeſſoribus noſtris deferri dignitatis honorificentiam huic Eccleſiæ pollicemur, qualem in Decretis ſanctorum Conciliorum Beatiſſimi Patres Metropolitanis Eccleſiis decreverunt.* Plura ex eodem Concilio nobis petenda eſſe non reor, quum maxime allata ad rem noſtram faciant.

III. In iis autem, quæ attuli, animadverti ego propoſitiones multas, quæ veniunt in tempore ad rem propoſitam. Prima earum, mihique potiſſima, eſt; nullum eadem diſcrimen exhibere Carpetaniæ, & Carthaginenſis provinciæ, ſed tantum oſtendere Toletanam Eccleſiam tum eſſe,

tum

tum ſemper fuiſſe Metropolim, ſilentio cæteris obvolutis. Argumentum ſane evidens minime dubium fuiſſe Patribus, quin Metropolis quum eſſet Toletum, Carthaginenſis provinciæ eſſet. Pacis quippe oſores Epiſcopi alio etiam pacto vicerant, nempe affirmando, Toletanam Eccleſiam Metropolitanam vere fuiſſe, at negando provinciæ ipſam fuiſſe Carthaginenſis: quoniam Carpetaniæ duntaxat Metropolitam ſe ſubſcripſit Euphemius. Ergo ex luculentiſſima Concilii Patrum ſententia Metropolitam eſſe Toletanum Præſulem, atque Carthaginenſis eſſe provinciæ Metropolitam, perinde eſt; nullo prorſus auctoritatis, ac dignitatis diſcrimine.

IV. Deinde animadverto ad ea Concilii verba: *Cujus quidem Principatus nequaquam collationis noſtræ conniventia nuper eligitur; ſed jamdudum exiſtere antiquorum Patrum Synodali ſententia declaratur*; ex quibus argumentum iſtud eljicio: Metropoleos dignitas qua uti, uſamque perpetuo eſſe Toletanam Eccleſiam hoc Concilium declarat, minime recens eſt, immo vetuſtiſſima, quemadmodum ſententia Synodi S. Præſulis Montani ævo celebratæ fidem facit. Atqui Metropolitæ dignitas provinciæ Carthaginenſis ipſa eademque eſt, quæ viget, ſemperque viguit in Toletana Eccleſia; dignitas igitur Metropolitæ provinciæ Carthaginenſis non recèns advecta, ſed ab antiquiſſima memoria extitit in Toletana Eccleſia juxta mentem Concilii Patrum convocati temporibus S. Præſulis Montani.

V. Syllogiſmus eſt evidens; certa erit igitur conſequentia, ſi præmiſſæ veræ fuerint, uti ſunt profecto veriſſimæ. Major enim ipſiſſima præfefert Concilii verba, ut liquet. Minor verò, præterquam quod comprobatur tum ejuſdem ſententia Concilii, tum Regis Gundemari Decreto, Scriptorumque omnium auctoritate, qui hac de re agunt; Eccleſiæ quoque Hiſpalenſis in Memoriali confirmatur, ubi quum ſermo de Epiſcopis Carthaginenſis provinciæ ſit, qui ad Synodum iſtam convenerunt, ita legitur: *Eſtos Obiſpos juntos en Concilio Provincial, ò por dàr guſto al Rey, ò porque eran de ſu dictamen, determinaron unirſe, y reconocer à el Obiſpo de Toledo por Metropolitano de toda ſu Provincia.* Mem. pag. 93. „ Hi Præſules „ in provinciali Synodo congregati, ſive ut Regi morem „ gererent, ſive quod ejus in ditione erant, convenire de-

 cre-

„ creverunt unanimes, atque cognoſcere totius provinciæ „ ſuæ Metropolitam Epiſcopum Toletanum. De minori ergo propoſitione liquet, ac proinde certum, & evidens cuicumque hominum erit, modo Synodus Toletana eum non lateat, Toletanam Eccleſiam fuiſſe jamdudum provinciæ Carthaginenſis Metropolim.

VI. Antequam perſequor cætera, obſervem id oportet, quod neceſſario omnes offendent, qui ea perlegerint, quæ hac de re Eccleſia Hiſpalenſis affirmat per totum Paragraphum octavum; mihi enim videtur firmiſſime credi poſſe laudata Eccleſia non inſpexiſſe allatum Decretum, ſeu plenæ opinionis ſuæ minime animadvertiſſe ipſius Decreti ſententiam. Et revera quorſum illa (quum ea Concilii verba *Cujus quidem Principatus nequaquam collationis noſtræ conniventia nuper eligitur, ſed jamdudum exiſtere antiquorum Patrum Synodali ſententia declaratur* planiſſimum faciant Eccleſiam Toletanam ejuſmodi Primatus provinciæ Carthaginenſis honore jamdudum præſtitiſſe, minime vero ad eamdem Eccleſiam tum recèns accedere) quorſum illa inquam obfirmato aſſerit Toletanum Præſulem ad uſque Concilii hujus tempora Epiſcopum fuiſſe duntaxat Carpetaniæ? Præterea mente aſſequi nemo omnium poteſt, quo auctore eadem alio loco affirmet, Epiſcopos multos Provinciæ Carthaginenſis, *no ſolamente no le reconocian por ſuperior*, (Toletanum puta) *ſi no que tambien elegian ſu Metropolitano a parte, y eſte era el Obiſpo de Cartagena*. „ Non ſolum Superioris loco haud habere Toletanum Præſulem, ſed etiam peculiarem ſibi Me„ tropolitanum eligere Epiſcopum nempe Carthaginenſem. Rem, opinor, in omni memoria inauditam, quotquot enim auctores ego vidi, omnes de ea ſilent. Neque vero intelligo quînam ſibi Epiſcooi Metropolitam eligerent: enimvero ſi Metropolitarum optio daretur Epiſcopis, arbitratu ii quidem ſuo ſemel eligerent, poſtque ipſius obitum arbitratu item ſuo alium renunciarent; quod quis non videt, quam abhorreat a Metropolitani auctoritate, quæ una perpetuo hæreat ſede neceſſe eſt? Vide quæ poſuimus capite primo hujus ſecundæ partis.

Mem. p. 1. §. 8. p. 86.

Mem. p. 90. n. 89.

Sup. cap. 1. n. 8.

VII. Tertio animadverto ad alia Concilii verba, nempe: *Ea duntaxat Concilii forma, quæ apud S. Montanum Epiſcopum in eadem urbe legitur habita*. Concilii Patres declarant Me-

Metropoleos dignitatem in Eccleſia Toletana antiquitus viguiſſe, (hoc in Concilio ratio habebatur provinciæ Carthaginenſis) prout conſtat ex Concilio Toletano ſecundo, in quo præſedit Toleti Præſul Montanus. Videamus nunc quænam conſtent ex eo Concilio. Ac primo: pœnæ omnibus Epiſcopis tam præſentibus, quam abſentibus proponuntur, niſi eo in Concilio ſancitis obtemperent: *ſi quis noſtrum, vel eorum, qui nunc ſanctæ Synodo ex hac Provincia deſuerunt.* Conc. Tolet. 2. c. 5. Hinc patet Concilio defuiſſe nonnullos ex Epiſcopis Toleti Suffraganeis: ſi cui autem forte videantur adfuiſſe ii duntaxat, ex Carpetania, & Celtiberia, quinam hi Præſules fuerint non intelligo, nam pro allato eorum numero Diœceſes iis in regionibus nequaquam reperiebantur. Minus etiam aſſequor, quînam pœnæ illis injungerentur, qui ad Montani juriſdictionem non pertinebant.

VIII. Deinde conſtat ex dictis capite octavo, numero quarto, Palentiam fuiſſe juris Toletanæ Metropoleos, quæ haud dubie pertinere ad Celtiberiam, Carpetaniamve non poterat: niſi forte opinionis errore jam detecto, malit tamen aliquis iterum Vaccæos qui veteris Caſtellæ ſunt populi, cum Carpetanis, qui Toletanæ ſunt regionis incolæ, Part. 1. c. 3. n. 5. permiſcere. Tertio demum conſtat Toletanam Eccleſiam, non ab hac Synodo congregata, ſed jamdudum fuiſſe Metropolitanam: idque probatum ſupra eſt Montani epiſtolâ, & Eccleſiæ Hiſpalenſis confeſſione, mox vero clarius demonſtratur ex capite Concilii hujus quinto: *Juxta priorum* Sup. c. 8. n. 13. *Canonum Decreta, Concilium apud fratrem noſtrum Montanum Epiſcopum, ſi Dominus voluerit, futurum pronunciamus. Ita ut frater, & Coepiſcopus noſter Montanus, qui in Metropoli eſt, ad Comprovinciales noſtros Domini Sacerdotes, literas de congreganda Synodo adveniente tempore debeat deſignare.*

IX. Metropolitanam igitur dignitatem quo tempore iſta Synodus habebatur, penes Toleti Præſulem, & Eccleſiam antiquam fuiſſe Patres teſtabantur. Quumque iidem Patres Toletanæ hujus Synodi Gundemaro Rege celebratæ, Metropoleos dignitatem, quam in Toletana Sede antiquam norunt in omnes provinciæ Carthaginenſis Eccleſias, eſſe dicant *ea Concilii forma, quæ apud S. Montanum Epiſcopum in eadem urbe legitur habita;* dubitari non poteſt, quin anno 527. prædicto ea Metropolitæ dignitas, & auctoritas in tota

tota Carthaginenſi Provincia, perquam vetuſta fuerit Toleti. Quod certo affirmari poteſt, indicia omnia, quæ ex Concilii Toletani ſecundi quinto capite nuperrime allato habentur, Montanum evincunt, niſi Primatem Hiſpaniæ, ſaltem Carthaginenſis totius Provinciæ Metropolitanum fuiſſe. Enimvero præter allata, complura inſuper alia; convocare nempe Epiſcopos hujus Provinciæ; tempus præfinire ad Synodos celebrandas; eaſque in urbe, in qua Sedes Montani eſſet, tanquam Provinciæ Metropoli, cogi, omnia hæc non aliter ſentiendum eſſe ſuadent. Itaque Card. Aguirre ſentit, Hectorem, cujus exemplo ſummopere nititur Eccleſia Hiſpalenſis, anno 513. Titularem duntaxat Epiſcopum Carthaginenſis Eccleſiæ fuiſſe, auctoritatem omnem ac dignitatem Primatis, ſeu Metropolitæ Provinciæ hujus Toletano tribuens Antiſtiti, & ejuſdem Sedi.

X. Alia inſuper attendi debet propoſitio eorumdem Patrum: novum ii ſcilicet, atque inauditum ajunt, quod Epiſcopi nonnulli Carthaginenſem Præſulem tanquam Metropolitam agnoſcere ſtuduerint. Quam ut propoſitionem evidentius aſſequamur, id exploratum habeamus oportet, quod certiſſimum Eccleſiaſtica tradit hiſtoria, Præſules nempe omnes conſecrari oportere a proprio ipſorum Metropolita; quo vel annuente, vel renuente, cautum erat ne conſecrarentur. En ipſa Concilii verba: *Elegimus, ne quis Comprovincialium Sacerdotum ... obnitatur ... pervicaci ſchiſmatum ſtudio, ad ſummos Sacerdotalium Inſularum ordines, remota hujus ſedis poteſtate, a nobis quemquam, ſicut hactenus factum eſt, provehere.* Patet igitur ante annum 610. Epiſcopum e Carthaginenſi provincia nullum Toletano Archiepiſcopo invito conſecratum eſſe; unde certiſſime conſtat, præter hujus Eccleſiæ Præſulem, tota in Carthaginenſi provincia Metropolitam alium nuſquam fuiſſe.

XI. Reſtat nunc, ut Gundemari Regis decretum proferatur alia Synodo confirmatum, ut ait Didacus de Saavedra, ſeu conventu ſex & viginti Epiſcoporum, quorum nullus erat ex Carthaginenſi Provincia: quumque inter eos eſſent quatuor Metropolitæ, principe omnium loco S. Iſidorus obſignat. Quamobrem non veremur, ut eorum ſubſcriptiones, ac Decreta Eccleſia Hiſpalenſis inſimulet aſſentationis, ſi aliud ii ſenſu, aliud verbis præſetulerint, quem-

admo-

admodum Epiſcopos memoratæ ſupra Synodi accuſat, quod patet ex Memorialis verbis ſupra allatis. Proinde fatendum nobis eſt, omnes eos Præſules, qui Decreto huic ſubſcripſere, æqui bonique conſuluiſſe quæcumque ſancita ibidem ſunt. Id aperte D. Iſidorus ſua in ſubſcriptione, & Innocentius Emeritenſis Metropolita teſtatur, qui ambo iiſdem prorſus vocibus ita ſcribunt: *Agnitis his conſtitutionibus, aſſenſum præbui, & ſubſcripſi*. Id ſingulare eſt ſubſcriptionis utriuſque; cæteri enim Epiſcopi nihil novi addiderunt.

XII. Decretum ipſum in medium affero.

Flavius Gundemarus Rex, Venerabilibus Patribus noſtris Carthaginenſibus Sacerdotibus.

Licet Regni noſtri cura in diſponendis, atque gubernandis humani generis rebus promtiſſima eſſe videatur; tunc tamen Majeſtas noſtra maxime glorioſiori decoratur fama virtutum, quum ea, quæ ad Divinitatis, & Religionis ordinem pertinent, æquitate rectiſſimi tramitis diſponuntur: ſcientes, ob hoc pietatem noſtram, non ſolum diuturnum temporalis imperii conſequi titulum, ſed etiam æternorum adipiſci gloriam meritorum. Nonnullam enim in diſciplinis Eccleſiaſticis, contra Canonum auctoritatem, per moras præcedentium temporum, licentiam ſibi de uſurpatione, præteriti Principes fecerunt: ita ut quidam Epiſcoporum Carthaginenſis provinciæ non revereantur, contra Canonicæ auctoritatis ſententiam paſſim, ac libere contra Metropolitanæ Eccleſiæ poteſtatem, per quaſdam fratrias, & conſpirationes, inexploratæ vitæ omnes Epiſcopali officio provehi, atque hanc ipſam præfatæ Eccleſiæ dignitatem Imperii noſtri ſolio ſublimatam contemnere, perturbantes Eccleſiaſtici ordinis veritatem, ejuſque Sedis auctoritate, quam priſca Canonum declarat ſententia, abutentes. Quod nos ultra amodo uſque in perpetuum fieri nequaquam permittimus; ſed honorem Primatus juxta antiquam Synodalis Concilii auctoritatem, per omnes Carthaginenſis provinciæ Eccleſias, Toletanæ Eccleſiæ Sedis Epiſcopum habere oſtendimus: eumque inter ſuos Coepiſcopos, tam honoris præcellere dignitate, quam nominis: juxta quod de Metropolitanis, per ſingulas provincias antiqua Canonum traditio ſanxit, & auctoritas vetus permiſit. Neque eamdem Carthaginenſem provinciam in ancipiti duorum Metropolitanorum regimine contra Patrum Decreta, permittimus dividendam; per quod oriatur varietas ſchiſmatum, quibus ſubvertatur Fides, & unitas

ſcindatur. Sed hæc ipſa ſedes, ſicut prædictum eſt, antiqua, nominis ſui, ac noſtri cultu Imperii, ita & totius provinciæ polleat Eccleſiæ dignitate, & præcellat poteſtate.

XIII. *Illud autem, quod jampridem in generali Synodo Concilii Toletani, a Venerabili Euphemio Epiſcopo manus ſubſcriptione notatum eſt, Carpetaniæ provinciæ Toletanam eſſe Sedem Metropolim, nos ejuſdem ignorantiæ ſententiam corrigimus: ſcientes proculdubio Carpetaniæ regionem non eſſe provinciam, ſed partem Carthaginenſis provinciæ, juxta quod & antiqua rerum geſtarum monumenta declarant. Ob hoc, quia una eademque provincia eſt, decernimus, ut, ſicut Bætica, Luſitania, vel Tarraconenſis provincia, vel reliquæ ad Regni noſtri regimina pertinentes ſecundum antiqua Patrum Decreta, ſingulos noſcuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginenſis provincia unum, eumdemque, quem priſca Synodalis declarat auctoritas, & veneretur Primatem, & inter omnes Comprovinciales ſummum honoret Antiſtitem, neque quidquam, contemto eodem, ultra fiat, qualia hactenus arrogantium Sacerdotum ſuperba tentavit præſumtio. Sane per hoc auctoritatis noſtræ edictum, amodo & vivendi damus tenorem, & Religionis vel innocentiæ legem, nec ultra poſtmodum, inordinata licentia, ab Epiſcopis ſimilia fieri patimur, ſed per noſtram clementiam præteritæ negligentiæ pietatis intuitu, & veniam damus, & indulgentiæ opem concedimus; & dum ſit magna culpa hactenus deliquiſſe, majoris tamen, ac inexpiabilis cenſura tenebit obnoxios, qui hoc noſtrum Decretum ex auctoritate priſcorum Patrum veniens, temerario auſu violare tentaverint, nec ultra veniam delicti faciemus admiſſi, ademti, ſi dehinc honorem ejuſdem Eccleſiæ quilibet Carthaginenſium Sacerdotum contemſerit; ſubiturus proculdubio inobediens tam degradationis, vel excommunicationis Eccleſiaſticæ ſententiam, quam etiam noſtræ ſeveritatis cenſuram. Nos enim talia in Divinis Eccleſiis diſponentes credimus fideliter Regnum Imperii noſtri, ita Divino gubernaculo regi, ſicut & nos cultum ordinis zelo juſtitiæ accenſi & corrigere ſtudemus, & in perpetuum perſeverare diſponimus.*

Flavius Gundemarus Rex hujus Edicti conſtitutionem pro confirmatione honoris ſanctæ Eccleſiæ Toletanæ propria manu ſubſcripſi.

Ego Iſidorus Hiſpalenſis Eccleſiæ provinciæ Bæticæ Metropolitanus Epiſcopus dum in Urbem Toletanam pro occurſu Regio adveniſſem, agnitis his conſtitutionibus, aſſenſum præbui, atque ſubſcripſi.

Se-

Secundùm hanc Iſidori ſententiam ſequitur hujus omnino ſimilis Innocentii Emeritenſis Epiſcopi, deinde alii Metropolitani duo Tarraconenſis, & Narbonenſis obſignarunt: denique Præſules quatuor & viginti, qui mere ſubſcribunt nihil peculiariter exprimentes.

XIV. Hoc Decretum hiſpanice converſum videre eſt apud Didacum de Saavedra Coron. Gothic. tom. 2. cap. 17.

XV. Nonnullæ nunc animadverſiones ad idem Decretum fiant eſt opus. Ac primo ad ea verba: *Nonnullam in diſciplinis Eccleſiaſticis, contra Canonum auctoritatem per moras præcedentium temporum, licentiam ſibi de uſurpatione præteriti Principes fecerunt: ita ut quidam Epiſcoporum Carthaginenſis provinciæ non revereantur, contra canonicæ auctoritatis ſententiam paſſim, ac libere contra Metropolitanæ Eccleſiæ poteſtatem per quaſdam fratrias, & conſpirationes.* Tenemus hîc, turbarum, atque diſſidii occaſione, quorum fuit in cauſa Rex Utericus Gundemari prædeceſſor, aliquot provinciæ Carthaginenſis Epiſcopos licentiam ſibi arrogantes in rebus Eccleſiaſticis ea majorem, quam Sacri Canones permittunt, Metropolitanæ auctoritatem Eccleſiæ contemnere: quod veriſimile non eſſet, ſi ad quam Eccleſiam Metropolitæ ſpectaret auctoritas dubium foret. Quum enim Carthaginenſem ii ſedem colerent, modo aliquid cauſæ eſſet, cur iſta Metropolis vocaretur, non recte ii contemnere Metropolitanæ auctoritatem Eccleſiæ dicerentur. Multo etiam minus ampliorem ſibi arrogare dici poſſent licentiam, quam quæ Canonum auctoritate permittitur: quando enim utri eorum Præſulum reverentia debeatur eſt ambiguum, haud invicem Sacri Canones adverſantur, adeo ut alteri eorum negent, alteri concedant. Quocirca ſi ampliorem ſibi arrogabant auctoritatem ii Præſules, quam quæ Sacrorum Canonum ſanctione præfinita erat, atque obtemperare Metropolitanæ detrectabant Eccleſiæ; fatendum erit, Metropolitanam proculdubio Toleti Eccleſiam extitiſſe.

XVI. Fratrias etiam, & conſpirationes per eos Epiſcopos fieri commemorat in Metropolitanam Eccleſiam. Quorſum id autem, ſi dignitas Primatus recte negaretur Toletanæ Eccleſiæ in tota Carthaginenſi provincia? Addit præterea, illos contemnere ejuſdem Eccleſiæ dignitatem; Eccleſiaſtici ordinis veritatem perturbaſſe; Sedis illius auctoritate

abuſos eſſe, contra, quàm antiquâ Canonum ſententiâ permittebatur. Quæ quidem omnia & incerta, & falſa habenda eſſent, niſi conſtaret id temporis Toletanam Eccleſiam provinciæ Carthaginenſis Metropolim extitiſſe. Quum enim vera, ac legitima ſuſpicionis cauſa eſt, num certa, necne ſit ea dignitas, cujus ergo debetur obſequium; is dici nequaquam poteſt eum contemnere, quem non reſpicit tanquam legitimum ſuperiorem, adeoque nec is dici poteſt ordinis Eccleſiaſtici veritatem turbare, qui alium colit tanquam legitime præpoſitum: neque demum Sedis auctoritate illius contra Sacrorum Canonum ſententiam abuti. Affirmante autem Gundemaro Rege illos Præſules ea omnia peccare; proculdubio nullo jure, & citra æquitatem omnem Toletano Epiſcopo dignitatem, & auctoritatem Primatis, nonnulli provinciæ Carthaginenſis Epiſcopi denegabant.

XVII. Inſuper Gundemarus ait: *Honorem Primatus juxta antiquam Synodalis Concilii auctoritatem per omnes Carthaginenſis provinciæ Eccleſias, Toletanæ Sedis Epiſcopum habere oſtendimus; eumque inter ſuos Coepiſcopos, tam honoris præcellere dignitate, quam nominis.* Ex his profecto quis non ſentit, quis non videt, quam maxime allucinentur, qui hoc in Concilio, Regiſque hujus Decreto in Toletanam urbem affirmant Metropoleos Carthaginenſis provinciæ auctoritatem collatam eſſe? Enimvero ſe ait Rex patefacere, *oſtendimus*, quod ex antiqua Concilii auctoritate urbs Toletana dignitatem habet Primatis, ejuſque Præſul cæteris Epiſcopis omnibus antecellit. Quînam, teſtor hominum fidem, de certa dignitate, ſeu jure conſtare demonſtrabitur antiqua auctoritate, ſi nunc primum confertur ea dignitas? Quid verbis immoror? Teſtimonium hoc Regis evidenter demonſtrat, ab antiquiſſimis temporibus Toletanum Archiepiſcopum dignitate Primatus decorari.

XVIII. Quæ autem infra exhibet Decretum, augent argumentum, jam dicta confirmant, ac fundamentum id leviſſimum diruunt, quo tranquillitatis oſores Epiſcopi nitebantur, ut Archiepiſcopo Toletano debitum detrectarent obſequium. Nitebantur ii ſcilicet, Baronio teſte, ac reliquis ſupra allatis, ſubſcriptione Archiepiſcopi Toletani Euphemii tertio in Concilio Toleti habito, ubi ſe Carpetaniæ provinciæ Metropolitanum ſubſcripſit. Ejuſmodi occurrens ſun-

fundamento Gundemarus: *Illud autem*, inquit, *quod jampridem in generali Synodo Concilii Toletani a Venerabili Euphemio Epiſcopo manus ſubſcriptione notatum eſt, Carpetaniæ provinciæ Toletanam Sedem eſſe Metropolim, nos ejuſdem ignorantiæ ſententiam corrigimus, ſcientes proculdubio Carpetaniæ regionem non eſſe provinciam, ſed partem Carthaginenſis provinciæ, juxta quod & antiqua rerum geſtarum monumenta declarant*. Vera igitur illatio eſt, quum conſtet Metropolitanum integræ uni provinciæ præfuiſſe, Toletanum totius provinciæ Carthaginenſis extitiſſe: mendoſa enim ſeu negligenter facta ea fuit ſubſcriptio, qua inhærens Hiſpalenſis Eccleſia, Toletanam id temporis Carpetaniæ Metropolim prædicat.

XIX. Proſequitur Gundemarus: *Ob hoc quia una eademque provincia eſt, decernimus, ut ſicut Bætica, Luſitania, vel Tarraconenſis provincia ... ſecundum antiquorum Patrum Decreta ſingulos noſcuntur habere Metropolitanos, ita & Carthaginenſis provincia unum, eumdemque, quem priſca Synodalis declarat auctoritas, veneretur Primatem, & inter omnes Comprovinciales ſummum honoret Antiſtitem*. Quorum illa potiſſimum verba conſideranda ſunt: *eumdemque, quem priſca Synodalis declarat auctoritas*.

XX. Præterea quæ proxime ſequuntur æque oportet reputari: *Nec quidquam contemto eodem, ultra fiat, qualia hactenus arrogantium Sacerdotum ſuperbia tentavit .... nec ultra inordinata licentia ab Epiſcopis ſimilia fieri patimur ... Et dum ſit magna culpa hactenus deliquiſſe, majoris tamen, ac inexpiabilis cenſura tenebit obnoxios, qui hoc noſtrum Decretum ex auctoritate priſcorum Patrum veniens, temerario auſu violare tentaverit*. Epiſcopos minus obtemperantes Toletano Præſuli, arrogantes, eorumque conatum, ſuperbiam appellat; rationem, quam autumant, delictum grande; inordinatam denique licentiam, ſuſceptum ab iis conſilium contra id, quod priſcorum ex auctoritate Patrum conſtat.

XXI. Ex hoc Decreto manifeſtò apparet Toletanam Eccleſiam totius Provinciæ Carthaginenſis Metropolim jamdudum extitiſſe abſque ulla controverſia: niſi enim liquido id conſtaret, quam cauſam adverſarii confingunt Epiſcopi, delictum grande non eſſet, neque inordinata, quam ſibi arrogabant licentiam, neque ſuperbi, arroganteſque recte a Gundemaro appellarentur. Id omne, ait Rex, Epiſcopi ſex,

& viginti, hos inter Metropolitæ quatuor, e quibus Iſidorus Sanctus, ac nemo omnium ſtudioſus, quia nemo omnium e provincia Carthaginenſi, ſubſcribentes ſinguli confirmant. Quæ contra quid? Num ſubſcripſiſſe eos, ut Regi morem gererent? Eximiam certe injuriam tot, tamque ſanctitatis laude pæclaris Epiſcopis! quam, dicam quod ſentio, ne impudentiſſimo quidem ore ſycophanta inferret. Decreto igitur probe cognito, fatendum erit, argumenta ipſum adeo firma ad Toletani Metropolitæ probandam vetuſtatem, præſeferre; ut dubitandi ei ſolum remaneat locus, qui ſedulo nec Synodi, nec Regis Gundemari Decretum animadverterit.

XXII. Jamvero quæ ſparſim toto iſto capite diximus de Concilii, deque Regis Gundemari conſtitutione, ea hic collecta proponimus, ut ne conniventes quidem oculos prætereat, Toletanam Eccleſiam perpetuo Metropolim extitiſſe provinciæ Carthaginenſis. *Abſurdum*, atque *illicitum* eſſe ait Synodus, quod Carthaginenſis provinciæ Præſules Metropolitam detrectent Epiſcopum Toletanum: id honoris non recens, at pervetuſtum ſecundæ Toletanæ Synodi auctoritate comprobari oſtendit; Contentionem Epiſcoporum inanem, atque perverſam appellat, ſtudioque obnoxiam pervicaci ſchiſmatis ... Eodem collineat Gundemari ſententia, ubi ait ejuſmodi turbas concitas, quod majorem ſibi Epiſcopi arrogarint licentiam, quam quæ Canonum auctoritate permittitur; conventus eorum, conſpirationes appellat; non revereri eos Metropolitam dicit, ejus dignitate contemta; pervertere Eccleſiaſticum ordinem affirmat; ſæpe ſæpius teſtatur de Primatis, ſeu Metropolitani honore conſtare antiqua auctoritate Concilii; ſuperbiæ, atque arrogantiæ inſimulat Præſules; graviſſimoque aſſerit delicto ſe ipſos mancipare conatu ſuo.

XXIII. Id ſex & viginti confirmant Epiſcopi, e quibus Metropolitæ quatuor, horumque unus D. Iſidorus, Decreto Gundemari ſubſcribentes, quo allata omnia continentur. Profecto ſi quid eis dubium viſum eſſet, minime ſubſcripſiſſent tam laute, illud omnino Decretum probantes. Eccleſiam igitur Toletanam honore ac dignitate Metropoleos provinciæ Carthaginenſis jamdudum certiſſime decorari, Decreta iſtæc Toletani Concilii, & Gundemari Regis luculentiſſime oſten-

oſtendunt. Quumque monumenta veterum plane nulla extent, quæ Toletanam Eccleſiam Carthaginenſis provinciæ Metropolim prodant haud fuiſſe ab ipſis temporibus, quibus in Hiſpania Metropolitani ſunt inſtituti, conſtantiſſime dicenda eſt Toletana Eccleſia perpetuo Metropolis provinciæ ejus extitiſſe.

XXIV. Adverſus ea, quæ hucuſque docuimus, Memoriale inſurget, objiciens id totum, quod 88. numero primæ partis eſt obvium, ubi aſſerit Carthagine tum primum inſtitutum eſſe Metropolitam totius provinciæ, quum in aliis alii provinciis Hiſpaniarum: cujus tandem confirmatio ſumma Hectoris ſubſcriptio eſt; de hac autem, tametſi ſatis multa, ut arbitror, diſputavi capite ſeptimo: aliqua tamen ſuppetunt ſuperioribus adjungenda. Quum laudata ſæpius Decreta Concilii, & Gundemari Regis certo certius affirment Metropolitæ Toletani auctoritatem Montani ævo tota extendi Carthaginenſi provincia, ac præterea Montani ejuſdem verba fidem faciant, ſuâ memoriâ Metropolitani dignitatem Toleti antiquam eſſe: *Præſertim quum Toletanæ urbi Metropolitani privilegium vetus conſuetudo tradiderit*. Annus hic erat 527. propterea non ſolum mente, ſed ne cogitatione quidem complecti poſſum, quo unquam pacto Hector anno 516. aut 517. recte Metropolita provinciæ Carthaginenſis prædicetur. Multo id etiam minus intelligo quare ſubſcriptionis hujus exemplum unum in tot veterum monumentis repertum firmiſſimi inſtar argumenti exhibeatur aſſerendæ cauſa rei, ad quam ne minimum quidem aliunde robur accedit.

Mem.p.1. §.8. p. 88. n. 88.

Sup. cap. 7.

Conc. Tolet. 2. ann. 527.

XXV. Mirum id certe eſt, quod tanta exemplorum inopia, Hectoris illud ſolum jactans Memoriale, tamen loquitur universè, Carthaginis Præſules quoſcumque Metropolitæ honorem, & habuiſſe dicens, & juxta ſervaſſe. Quum autem ſæpe occurrat Liciniani mentio Epiſcopi Carthaginis (Spartariæ ſcilicet, ut D. Iſidorus monuit, diſcriminis cauſa inter cognominem in Africa civitatem) variis in locis, ac veterum monumentis, nullibi Metropolitani nomine is appellatur. Quod revera eſt bonæ fidei deeſſe, quam ſervare oportet integram in ſcripto, cujus ſinceritatem voces, res veritatem præſeferant neceſſe eſt. Equidem id loquendi genus, ita me Deus amet, ingenii pravitati non tribuo,

Le-

Lectorem ad incitas redigendi gratia: in eo tamen res mihi pertenui argumento, indicioque patefacta eſt, ad veritatem rei occultandam, fraudemqne faciendam aptiſſimam.

XXVI. Certum mihi eſt quemdam Memorialis locum proferre, qui, negari non poteſt, prima fronte deciperet. Pagina igitur nonageſima num. 88. hunc epilogum videre eſt: *Se funda el derecho incontraſtable de eſta Ciudad* (de Carthagine loquitur) *en el titulo de Metropolitanos, que conſervaban ſus Obiſpos el año de* 516. *caſi cien años deſpues de deſtruida: Y en el nombre ſuyo comunicado à toda la Provincia, lo qual ſolo baſtava para plena probanza, como lo afirma el Arzobiſpo Pedro de la Marca en el numero* 124. *de ſu diſſertacion del Primado de Leon, antes citada*: Nomen ipſum, *dice Marca hablando de Cartagena*: quod Provincia a civitatis nomine ſortita eſt, ſatis docet, caput & matrem urbium ejus regionis fuiſſe Carthaginem. *Lo qual es cierto, y ſin exception alguna en todo el orbe Ecleſiaſtico, que en dando una Ciudad ſu nombre à toda una Provincia, la tal Ciudad es la Metropoli, la madre, y las cabeza de todas las demàs Ciudades de la dicha Provincia de lo que no ſe hallarà exemplare en contra. Por lo qual para enflaquecer eſte argumento, es neceſſario una evidencia de hiſtoria cierta, que demueſtre lo contrario : la qual juzgo no ſe podrà dàr*. Id eſt: „ Civitatis hujus (nempe Carthaginis) jus certiſſimum titulo Metropolitarum nititur, quo ipſius Epiſcopi uſque decorabantur anno 516. annos fere centum ab ejus excidio. Præterea Carthaginis nomine, unde tota provincia „ Carthaginenſis dicta eſt, quod unum ſatis, ſuperque rem „ noſtram adſtrueret, Archiepiſcopo Petro de Marca teſte, „ diſſertationis de Lugdunenſi Primatu num. 124., quem „ locum ſupra attuli: *Nomen ipſum*, inquit, de Carthagine verba faciens, *quod provincia a civitatis nomine ſortita eſt, ſatis docet, caput, & matrem urbium ejus regionis fuiſſe Carthaginem*. Quod quidem certum, omnique majus exceptione eſt toto in orbe Eccleſiaſtico, quæ civitas provinciæ toti ſuum nomen communicat, Metropolim eam, matrem, caputque omnium ejus provinciæ urbium eſſe, quæ contra exemplum ſuppetit nullum. Quamobrem argumenti hujus cauſa infirmandi, evidens ac certa hiſtoria ſecus „ tradens, quod fieri nequaquam poſſe arbitror, reperienda eſt.

XXVII.

XXVII. Argumentum hoc ſpecie arduum, ac perdifficile, tam facili negotio ſolvitur, ut eo potiſſimum plurimi, quanta quanta eſt ejus difficultas, a me fiat, quod ſolvendi ſui rationem præbet; neque vero id præſtaturo mihi exeundum erit Hiſpania noſtra, regioneſve exteræ peragrandæ, aut Hiſpali ipſa longius abſcedendum, civitas quippe iſtæc, & Eccleſia in tempore præbent exemplum. Non enimvero documenta omnia Eccleſia Hiſpalenſis expendit, non omnia Pariſienſis Archiepiſcopus ſcrutatus, meditatuſque eſt: & nobis rudiori Minerva hominibus aliquid ſupereſt, a tantis fortaſſe viris penſi non habitum, quo noſtra tueamur. Centies, & ſupra, ni fallor, id illi documentum offenderunt, nulla ejuſdem ratione habita, quod primo nobis aſpectu evidens argumentum eſt viſum e regione tam validæ illorum rationi figendum: inde Hiſpalenſi Eccleſia clam non erit, ſe pro maxima qua eſt eruditione exemplum ne unum quidem expiſcantem, perinde ingenioſam, atque ancipitem conſilii eſſe, dum ipſe quantula eruditione ſum, exempla duo ſum nactus. Id ſupremi omnium magiſtri proprium eſt, ut ea revelet parvulis, quæ ſapientibus ſunt abſcondita.

XXVIII. Et quoniam celeberrimi Geographi Strabonis opera extant, uti monebam hujus operis parte prima opinioni adverſans Eccleſiæ Hiſpalenſis, Vandalitiæ deſcriptionem ab eo factam, viſendam eſſe cenſeo: futurum quippe confido, ut res opinione luculentior appareat. Auctor hic graviſſimus, qui floruit Chriſti ævo, Geographiæ libro tertio pag. mihi 149. Vandalitiæ præclaras urbes deſcribens, poſtquam laudes perſecutus eſt Hiſpalenſis civitatis ab amplitudine, atque commercio, præſertim quod Romanorum Colonia eſſet, proxime addit: *Honore autem & recenti militum Cæſaris, eò miſſorum in habitatione, Bætis præcellit, quamvis non ſplendide condita*. Tenet jam Lector perſpicax, quod ſum pollicitus.

XXIX. Vandalitiæ provinciæ urbs erat Bætis Hiſpali quidem certe & loco & nomine magis conſpicua. Ab ea nomen habuit Bætis fluvius, vulgo *Guadalquivir*, & Vandalitia tota Bætica eſt nuncupata. Nihilo tamen ſecius quando Metropolitæ conſtituti in Hiſpania ſunt, cui Bætica provincia obtigit, ſedem illi nequaquam in urbe Bæti, licèt præ-

cipua, ſed Hiſpali minoris nominis collocata eſt. Exemplum ergo præbet Hiſpania ipſa Metropolitani provinciæ non ca in urbe conſtituti, quæ provinciæ nomen dedit, at civitate in alia minoris famæ per ea tempora. Id ſcilicet factum Hiſpali, quæ provinciæ totius Bæticæ evaſit Metropolis, non contra Bæti, qua ex urbe Vandalitia tota dici Bætica cœpta eſſe recte judicatur. Quare certum minime eſt, neque omni exceptione majus toto in orbe Eccleſiaſtico, quod quæ civitas provinciæ dat nomen, cæterarum omnium ſit civitatum Metropolis.

XXX. Hoc exemplo propoſito, quod eruditum Petrum de Marca, & Memorialis Auctorem præteriit, ſatis per me factum videtur loco illi tam ad ſolvendum difficili, ac perſpicaci Eccleſiæ Hiſpalenſis ingenio, quæ tota in Eccleſiaſtica hiſtoria unicum negat exemplum reperiri, ad demonſtrandum Metropolim fuiſſe urbem eam, cui provincia nomen acceptum retulit; ſiquidem ipſa ex Hiſpali Hiſpaniæ civitate exemplum petiit. Quamobrem, quum nihil difficultatis ſit reliquum, quod per me planum factum non ſit; de illatione quam feci liqueat neceſſe eſt, Eccleſiam nempe Toletanam vel ab Metropolitanis in Hiſpania conſtitutis Metropolim provinciæ Carthaginenſis extitiſſe.

XXXI. Cæterum quid, ſi e Gallia ipſa exemplum aliud ſuppeteret ab eodem Marca probatum? Propoſitum, opinor, noſtrum oppidò augeret. Eſt profecto, eſt: quare ad hanc objectionem reſponſio accedet altera, quam præbet eruditiſſimus Pagius tomo ſecundo ad annum 401.. Docet igitur Pagius, Pariſienſem Archiepiſcopum jam factum ſeniorem libro primo cap. 16. de Marca Hiſpanica correxiſſe id, quod in diſputatione de Lugdunenſi Primatu olim dixerat; etenim de Honorii conſtitutione loquens: *In ea*, inquit, *Imperatorem, Arelatem Metropolim in ordine civili appellare ob Præfecturæ Sedem; in ordine enim Eccleſiaſtico Arelas dignitate Metropoleos potiebatur a longiſſima conſuetudine*. Fatente igitur doctiſſimo Marca, Metropolis in ordine Eccleſiaſtico multos ante annos fuit, quæ pôſt in civili eſſe cœpit.

Pag. to. 2. an. 401. pag. 45. n. 44.

Marca lib. 1. de Marc. Hiſp c. 16. n. 3.

XXXII. At enim quod in Gallia factum eſt, nonne id fieri in Hiſpania potuit? Si Arelatenſis Eccleſia longe ante id temporis fuit Metropolis, quum ipſa civitas provinciæ caput eſt facta quatenus civilem auctoritatem ſpectat; quid

quid nodum in ſcirpo quærit Eccleſia Hiſpalenſis, quaſi fieri non potuerit, ut provinciæ Carthaginenſis caput aliquandiu Carthagine, quod ſpectat ad res civiles, Toleti, quod ad Eccleſiaſticas, fuerit? Archiepiſcopus enim Pariſienſis ſi adhuc juvenis de hac re dubitavit, ſenior factus ab errore opinionis diſceſſit. Atque opportune hîc Eccleſiam Hiſpalenſem interrogo: Fideſne adhibenda eſt major adoleſcenti, cui utplurimum annorum inopia multa excidunt inconſultius, multa etiam præcipitanter; an ætate jam grandiori, qui omnia conſilio, maturitate, prudentia perſequitur? Ego quidem huic majorem præſto, illa vero cui lubet adhibeat: datur optio.

CAPUT X.

Probatur Toletanæ Eccleſiæ congruere partem alteram definitionis Primatus.

SUMMA CAPITIS.

I. *Diœceſis vox apud antiquos ampliori ſenſu, quam apud recentiores accipiebatur.*

II. *Mille annorum ſpatio Præſul Toletanus in Conciliis Nationalibus primum locum habuit inter cæteros Metropolitas.*

III. uſque ad VII. *Diſſertatio de Patruino incertæ Sedis Epiſcopo, fueritne Toletanus, an Emeritenſis Epiſcopus.*

VII. *In Hiſpaniis conſuetudo viguit uſque ad annum 560. ut Epiſcopus conſecratione antiquior, vel Metropolitas præiret.*

VIII. *Concilium Bracarenſe decernit, ut Metropolitæ præeant Suffraganeis, quos inter ratio habeatur antiquioris ordinationis.*

IX. *Memoriale infirmat exemplis duobus prærogativam Toletani Præſulis.*

X. *Aperte oſtenditur doctrinæ ipſius levitas.*

XI. *Auctoritate Cardinalis Aguirre confirmatur.*

XII. *Cauſa potiſſima, cur præſederit Conciliis Toletanus Præſul, fuit dignitas* Primatialis.

XIII. & ſeqq. uſque ad finem. *Occaſione Sisberti Archiepiſcopi Toletani perduellis depoſiti, & in ejus locum ſuffecti Felicis Hiſpalenſis Archiepiſcopi, ut Concilium Toletanum XVI. poſſet inchoari, evincitur Toletanus* Primatus.

I. QUod ad primam definitionis Primatus partem attinet, ut nempe illius Sedis ſit Metropolis, jam docui. Etenim oſtendi, Toletanam Eccleſiam ſemper fuiſſe Metropolim Carthaginenſis provinciæ, & e converſo Carthaginenſem omnino nunquam ejuſmodi honore præſtitiſſe. Nunc venio ad caput alterum definitionis Primatus, ut oſtendam, præcipuam quoque laudem illam Gothorum tempore ad Toletanam Eccleſiam pertinuiſſe, Quod igitur ſecundo requiritur, ut Metropolitana Eccleſia ſit Primatialis, eſt: ut *auctoritate Metropolitanis provinciæ, ſeu Diœceſis antecellat*. Diœceſis voce antiquitas regionem amplam ſignificabat, quæ plures Epiſcopatus, Parochias tum appellatos, amplectebatur. Itaque planum per me fieri opus erit Toletanam Eccleſiam ante difficilia Hiſpaniæ tempora Metropolitis Regni omnibus auctoritate præiviſſe. Quæ porro auctoritas, quod variis ex actibus ipſius Eccleſiæ propriis quit oſtendi, certum mihi eſt eorum ſingulos recenſere prout in Conciliis ac monumentis veterum occurrunt, quibuſcum Hiſpalenſi Eccleſiæ conſtet neceſſe eſt.

II. Ac primo in Conciliorum ſeſſionibus, ac ſubſcriptionibus mille annorum ſpatio Toletanus Præſul cæteris Hiſpaniæ Metropolitis, licet ordinatione antiquioribus, præſtitit. Quam equidem ſententiam (quanquam affirmans pro certa facio propriam) tamen Em. Cardinali Aguirre acceptam refero ex Conciliorum tomo ſecundo; verba ipſius

Card. Aguirr. to. 2. Conc. diſſ. 6. excurſ. 4. n. 58.

proferam: *Tam in eo Concilio Toletano XII. quam in aliis omnibus quotquot in Hiſpania celebrata fuerunt Nationalia uſquemodo, mille annorum ſpatio, ubicumque intervenerunt Præſules Toletani cum aliis Metropolitanis ſemper primum locum habuerunt, veluti Primates totius Hiſpaniæ, etiamſi contingeret alios Metropolitanos intervenire ordinatione antiquiores*. Sic Doctor Eminentiſſimus, cujus eruditioni ſummæ auctoritas etiam major accedit, dum enim hæc literis conſignabat, Cardinalatus jam Infula ornabatur.

III. Nunc exempla quotquot obvia fuerunt ad rem declarandam proponam. Miſſum faciam Patruini exemplum in prima Toletana Synodo anno 400. celebrata, quem graviſſimi e noſtris Auctores multi affirmant, noſque duodeviceſimo capite demonſtrabimus, Toletanum Archiepiſcopum

Mem. pag. 65.

fuiſſe: namque ſuo in Memoriali Eccleſia Hiſpalenſis, alii-

que

que non minori auctoritate Scriptores, nempe Card. Aguirre, & Marchio de Mondejar, qui ſuum animum induxerunt, ut rem a veteribus noſtris affirmatam negarent, Jacobi Sirmondi Jeſuitæ auctoritate nitentes, qui integram nactus erat epiſtolam S. Innocentii I. ad Epiſcopos Hiſpanienſes datam anno 402. in qua ſic S. Pontifex: *Gregorii etiam Emeritenſis Epiſcopi, qui in loco Patruini venerabilis recordationis eſt ordinatus, querela, ſiquæ eſt, audiatur.* Ex quibus Patruinus videtur Emeritenſis Epiſcopus; attamen haud firmiſſimum multo id argumentum eſt, quod probabili reſponſo infirmatur.

Mondejar diſſ. 4. cap. 3. n. 42. p. 382. Card. Aguirr. ubi ſup. in not. ad Conc. Tolet. 1. n. 9. pag. 145.

IV. Et ſane rationes deſiderantur ſuadentes accipiendam eſſe integram eam epiſtolam, quam eruditiſſimus P. Sirmondus e tenebris excitavit: poſſet enim eſſe additamentum ex alicujus ingenio ad aliud exemplum ejuſdem epiſtolæ adjunctum, quam Toletano in Archivo invenit Archiepiſcopus Garſias de Loayſa. Namque probabilius pro legitima habetur archetypa ea epiſtola, quæ in regione, ac loco ſervatur, quò inſcripta, ac miſſa fuit a Summo Pontifice, præcepta continens, pro ejuſdem regionis Eccleſia, ad rem Catholicam adminiſtrandam neceſſaria. Præterquam quod ipſo in titulo literarum apertiſſimum vitium eſt; quum enim eæ proculdubio ad Epiſcopos datæ eſſent in Toletana Synodo congregatos, laudato in exemplari Sirmondi legitur: *Innocentius univerſis Epiſcopis in Toloſana Synodo conſtitutis.* Quod ſi tam gravis error ipſo in limine offenditur, aſſequi mente non poſſum, cur integra fides præbenda ſit epiſtolæ per Sirmondum evulgatæ, adeo ut vera omnia quæ continet credi debeant.

Epiſt. Innoc. I.

V. Sed ne legitimum quidem ſi habeatur exemplar illud, certam facit fidem Toletanum Præſulem non eſſe Patruinum eum, qui in Toletano Concilio ſubſcribit. Quum enim ſubſcriptiones eæ non indicent Diœceſes, queis congregati Antiſtites præerant, certum ſciri nequaquam poteſt, utrum Synodo iſti adfuerit Emeritenſis. Præterea probabile eſt, quum temporis celebrabatur id Concilium, cognomines in Hiſpania Præſules duos fuiſſe; cujus rei exemplum præbent aliæ Synodi Toletanæ; immo prima eadem in Synodo Lampadii duo, primus decimo, alter ſextodecimo loco ſubſcribunt. Quod ſi eodem tempore, eodemque

in Concilio duo inveniuntur Lampadii, qui ambo, quoniam aderant, ſubſcripſere; quidni duo etiam Patruini fuerint, unus Toletanus Epiſcopus, qui quod adfuerit Concilio obſignarit primo loco, Emeritenſis alter, qui non advenerit Concilium, proindeque haud ſubſcripſerit? A me ne minima quidem difficultas eſt. Quare imbecillitas argumenti fit evidens, ea tantum hærentis conjectura, quod Emeritenſis Epiſcopus, Patruinus nomine, floreret id temporis: indeque illatio ea fit, Patruinum, qui ſubſcribit in Synodo Toletana, Emeritenſem, non Toletanum Præſulem extitiſſe.

VI. Omitto illud dicere, mihi valde improbari, quod Concilii hujus tempore Patruinus ullus fuerit Præſul Emeritæ, cujus in D. Innocentii literis mentio fiat. Eæ mihi literæ videntur certe reſcriptæ petitoriis Concilii; cujus meæ opinionis veritas, ſi earum ſententia expendatur, eluceſcet: eidemque graviſſimi patrocinantur Auctores penes Card. Aguirre, quos idem ſequitur, tametſi non me fugit, ſecus Pag. ad ann. 400. Pagium ſentire atque noſtri Scriptores, non paucis in rebus. Abſoluta jam Synodo, quæ anno 400. celebrata fuit Calendis Septembribus, aliquot licet dies abſolvendæ opus fuerint, Romam proficiſcuntur Hilarius Epiſcopus, qui eidem Synodo ſubſcripſit, & Elpidius Presbyter cum actis Concilii, aliiſque aliorum Epiſcoporum queſtubus, quos inter Gregorii Emeritenſis; idque ex D. Innocentii literis conſtat. Animadverto igitur. Aliquod profecto, neque id breve temporis ſpatium neceſſarium fuit, quo Gregorius Emeritæ jam Epiſcopus, ſuæque Diœceſis curam exercens periculum faceret corruptorum ejuſdem morum, iiſque corrigendis inſiſteret, qua ipſe foret prudentia; ſuamque mox irritam ſollicitudinem videns, deliberaret conſilium petere a Pontifice, quid rei agendum, quidve remedii adhibendum ſibi eſſet, ut ejuſmodi corruptelæ occurreret. Hoc minime dubium videtur. Quum Synodo abſoluta Legati duo (ſic enim nuncupari poſſunt) Romam profecti ſunt, tum plane Gregorii conſultationem, ſeu expoſtulationem una cum actis Concilii advexerunt. Itaque per ea tempora non Patruinus Emeritæ erat Præſul, ſed Gregorius in ejus locum ſuffectus antea fuerat, non enim credibile eſt Patruinum Prædeceſſorem Gregorii adhuc vivere, quum id Concilium eſt habitum. Sed hac de re quidquid ſit, alio loco, ut ſum pollicitus, diſputabo.

VII. Exemplo, inquam, non utar Patruini, namque in hac Synodo (fuerit, necne Toletanus Præſul Metropolita, ſeu Primas) ratio alia nulla, præter conſecrationis antiquitatem, eſt habita. Qui mos in Hiſpania viguit multos inde annos, donec Bracarenſe Concilium anno 560. decrevit, Metropolitanum cæteris omnibus Suffraganeis Epiſcopis præire, ratione hos inter antiquioris ordinationis ſervata, quatenus alii aliis præferri deberent. *Placuit* (ſic legitur Canone ſexto) *ut conſervato Metropolitani Epiſcopi Primatu, cæteri Epiſcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alio ſedendi deferat locum*. Quod ſi hoc in Provinciali Concilio ejuſmodi Decretum neceſſarium fuit, ut Metropolitæ locum deferrent Epiſcopi Suffraganei, ſiqui forte eorum antiquior ordinatione eſſet ipſomet Metropolitano, ecquis dubitet, quin ea tempeſtate viguerit mos & conſuetudo, ut, quotieſcumque Regni Præſules convocarentur, eorum antiquior potiori loco ſederet? Cujus rei eſt argumentum evidens, quod in Ilyberitana Synodo Accitanus Epiſcopus ſedit, atque ſubſcripſit primus omnium, quanquam ea non haberetur ſua in Diœceſi; quod certe cur fieret ratio nulla adduci poteſt, niſi ordinatione aliis antiquiorem eum fuiſſe. *Conc. Brac. 1. ann. 560. can. 6.*

VIII. Concilii hujus, licèt Provincialis Suffraganeorum tantummodo Bracarenſium Decretum, utpote æquiſſimum provinciæ omnes Hiſpanienſes accepere, amplexæque ſunt; ac deinde Metropolitæ cæteris Epiſcopis provinciæ ſede, & ſubſcriptione præiverunt, ordinationis antiquitatem aliis obſervantibus. Et ſicuti antequam Bracarenſis iſta Synodus haberetur, non quia priori loco ſubſcriptio in Conciliis occurreret Præſulis certi, inferri inde poterat Primatem ipſum, ſeu Metropolitanum Provinciæ extitiſſe; nec alio ordine in alia Synodo reperto & ſedendi, & ſubſcribendi, nullum Præſulem in Provincia Metropolitanum fuiſſe: ita non paucis in Conciliis Nationum primis, quod diſcrimen offenditur inter Metropolitarum ſubſcriptiones, omnium æqualitatem id notat, nec vetat, quin eorum aliquis inter Nationis Præſules eſſet Primas: facile quippe eſt creditu, jura ſingula Primatus nondum fuiſſe declarata, donec omnia cum tempore adhiberi ſunt cœpta, quemadmodum Metropolitani jura a Bracarenſi Concilio, ut mox dicebam, vigere cœperunt.

IX.

IX. Verum enimvero præter Patruini exemplum alia ſuppetunt præclariſſima Gothorum tempore, quorum nonnulla commemorat Hiſpalenſis Eccleſia ea tamen aliis admiſcens, eorumque evidentiam leviter attingens, adeo ut eorum evidentiam turba aliorum obterere velle videatur. Recenſet Præſules, qui Toletanis Conciliis præfuerunt, habens diſcrimen inter Nationalia, & Provincialia; venienſque ad decimum, quod fuit Nationale, primum omnium ait ſubſcribere Eugenium, quia nempe aliis erat antiquior: namque Metropolitæ duo, qui ſequebantur, Fugitivus Hiſpalenſis ſecundo loco, & Fructuoſus Bracarenſis tertio, nomina erant, docet eadem Eccleſia Hiſpalenſis, eodem in Concilio tùm primùm cognita. Qua quidem animadverſione cauſam ſe aperte credidit demonſtraſſe, cur Toletanus Præſul primo loco ſubſcriberet. Quum vero ad ſextumdecimum pervenit: *Firma*, inquit, *Primero Felix, que de Sevilla fue trasladado à Toledo por aver depueſto en eſte Concilio à Siſberto.... Segundo, Fauſtino de Sevilla trasladado de Braga por eſte miſmo Concilio: tercero, Maximo de Merida; quarto, Vera de Tarragona; quinto, Felix de Braga*. Latine idem redditur. „ Primo loco ſubſcribit Felix Hiſpali Toletum translatus, ob „ depoſitum hac in Synodo Sisbertum...Secundo, Fauſtinus Hiſpalenſis Bracarenſi ex civitate translatus ab eadem „ Synodo: tertio, Maximus Emeritenſis: quarto, Vera Tarraconenſis: quinto, Felix Bracarenſis.

Mem.p.1.§.10. n. 111. p. 117.

X. Quæ quum ita ſint, quæro: quum in iſta Synodo Felix in Toletanum Archiepiſcopum recèns electus omnium primus ſubſcribat, quin exhibet cauſam Eccleſia Hiſpalenſis, cur factum ita? Num quia antiquior, eo quod aliorum quatuor Metropolitarum ſubſcriptiones aliis in Conciliis haud inveniantur, Felicis autem e converſo antiquiora Concilia præſeferant? Minime id quidem. Ratio autem præſto eſt: nomen ſcilicet Felicis Epiſcopi Hiſpalenſis hoc primùm in Concilio reperitur, dum Toletum translatus legitur, ac primo loco ſubſcribens ante Metropolitanos Hiſpalenſem, Emeritenſem, Tarraconenſem, & Bracarenſem, prout facti evidentia comprobatur. Ut vero rem omnes teneant, monitum volo Lectorem meum, quod Synodo in præcedenti quinque ante annos celebrata Hiſpalenſis erat Præſul Floreſindus, Bracarenſis Fauſtinus, Emeritenſis Maximus; in hac

hac

hac autem Felix, qui in Floreſindi locum erat ſuffectus intra quinque eos annos, ſtatim atque ob Sisbertum depoſitum ad Toletanam Sedem tranſiit, tum Synodo præfuit, tum Metropolitanos omnes qui aderant huic, adfuerantque ſuperiori Concilio, anteivit, licèt antiquiores. Hæc minime latuerunt Eccleſiam Hiſpalenſem; nam, præterquam quod per ſe factum eſt evidens, Em. Aguirre ſedulo id animadvertit.

XI. Verba ipſius proferam e laudato ſuperius loco num. 45. *Omnes hi quinque Metropolitani ordinati fuerunt, priuſquam Felix in Metropolitanum eligeretur. Hoc contigit aliquanto poſt, mortuo Floreſindo Hiſpalenſi, cui ſucceſſit idem Felix in ea Sede. Patet itaque Fauſtinum Bracarenſem, & Maximum Emeritenſem, antiquiores Metropolitanos fuiſſe Felice illo Toletano, qui in Concilio decimoſexto translatus ex Sede Hiſpalenſi ad Toletanam ob depoſitionem Sisberti, præfuit eidem Synodo, ac ſubſcripſit ante eoſdem Fauſtinum, & Maximum. Ejus autem prælationis nulla alia ratio idonea afferri poteſt, quam ex ſpeciali dignitate Primatus collata Præſulibus Toleti urbis Regiæ.* Quod ſane Eminentiſſimi viri teſtimonium, quum adeo manifeſtum ſit, tamque conſpicua ejus veritas, ſecerni ab aliis æquum erat. Card. Aguirr. ubi ſup.

XII. Hinc vero argumentum elicitur, quod perquam difficulter infirmari poterit. Felix Toletanus Præſul jure, atque auctoritate ſacrorum Canonum principem habuit locum, primuſque ſubſcripſit in hoc Nationali Concilio: atqui jus illud ordinationis antiquitate inhærere non poterat, nam omnium, aut pene omnium vere Metropolitarum is erat noviſſimus: neque aliud cogitari nomen poteſt, quam jus Primatis, quod fuit adeptus, ſtatim atque Toletanus Præſul renunciatus eſt. Conſtat igitur, Toletanos Præſules Metropolitis omnibus aut antiquioribus ordinatione, aut ſecus, præſtitiſſe & ſede, & ſubſcriptione in Conciliis Toleti habitis. Et quoniam exemplis utimur minime dubiis, pro comperto eſt habendum, quod potiſſima præſidendi cauſa multis in Conciliis Toleti celebratis, ut dictum eſt, fuerit Primatialis dignitas jam explicatior, quam antea, ſuaque jam habens jura magis perſpicua, fortaſſe etiam antea multo in Toletana Eccleſia conſtituta, atque firmata; quod nobis eſt ſatis in præſentia ad ea, quæ propoſuimus, roboranda.

XIII. Ab Felice autem nondum diſcedamus, etenim

ex Patrum Concilii verbis circa ejus electionem, argumentum ducitur non vulgare ad rem noſtram. Cujus perſpiciendi gratia, conſiderari oportet, quod Synodi hujus Nationalis ſub ipſum initium agi eſt cœptum de Sisberto Toletano Archiepiſcopo, quem conſpiraſſe in Regem Egicam tum teſtes, tum proprio reus ipſe ore comprobarunt. Et quemadmodum antiquorum Decretis Conciliorum, Toletani quarti, quinti, ſexti, & decimi cautum erat, ut perduellionis reus e gradu & dignitate deponeretur, a communione amoveretur, bona ejus fiſco addicerentur, deportaretur, ac perpetuo carcere damnaretur; ita hæc Synodus in Sisbertum animadverti oportere decrevit. Totum id patet ex ejuſdem

Conc. Tolet. 16. §. 9. n. 44. 45. §. 12. n. 51. 52.

Synodi §. 9. num. 44. & 45. §. 12. num. 51. & 52. ubi ſententia, ac depoſitio Sisberti legitur, pœniſque omnibus damnatio, quas prædicta Concilia ſanxerunt.

XIV. Hoc poſito audiamus, quod ad Felicis electionem ſpectat, quid ſentiat Synodus: namque ex ejus verbis firmiſſimum ducitur argumentum Toletani Primatus. Ea vero

Idem §. 12. n. 52.

ſunt hujuſmodi: *Ideo non congruit, nos prius Concilium inchoare, niſi illo prius Canonica, & legali cenſura multato, in loco ejus alius fuerit ſubrogatus Toletanæ Sedis Cathedram tenturus.*

Idem n. 53.

XV. Item numero inſequenti: *Quoniam fatente Domino, Concilium eſt quocitius inchoandum, ſecundum præelectionem, atque auctoritatem dicti Domini noſtri, ſecundum quam in præteritis juſſit, Venerabilem Fratrem noſtrum Felicem Hiſpalenſis Sedis Epiſcopum de prædicta Sede Toletana, jure debito, curam gerere, noſtro eum... reſervans Decreto firmandum; ob id nos cum conſenſu Cleri, ac populi ad ſæpe dictam Toletanam Sedem pertinentis, prædictum Venerabilem Fratrem noſtrum Felicem Epiſcopum de Hiſpalenſi Sede, quam hactenus rexit, in Toletanam Sedem canonice tranſcendimus.* Hinc quæ ſequuntur argumenta eliciuntur.

XVI. Primum. Niſi Toletanum Archiepiſcopum præeſſe Concilio fuiſſet opus; nihil erat, cur illud inchoare congruum non eſſet, ante Archiepiſcopi electionem. At Concilium non congruere ait ordiri acta, & decreta, donec in Toletana Sede aliquis conſtitueretur: Archiepiſcopi ergo Toletani præſentia prorſus erat neceſſaria Concilio. Qua ex neceſſitate infertur totius Eccleſiæ Hiſpanienſis caput eum fuiſſe, quod perinde eſt, ac Primatem eſſe. E verbis igitur

Con-

Concilii conſtat Toletanum Archiepiſcopum ea tempeſtate Hiſpaniarum Primatem fuiſſe. Argumentum patet, meoque inſtituto ſatisfecero, ſi primi ſyllogiſmi majorem propoſitionem probavero, minoremque, quam ſcholæ dicunt ſubſumtam. Hæc quidem probationis non indiget; non enim alia ex cauſa generale Concilium univerſalis Eccleſiæ neceſſe habet, ut ſummus Pontifex aut per ſe, aut per Legatos præſideat, niſi quia univerſalis Eccleſiæ caput eſt Summus Pontifex.

XVII. Hac plane de cauſa Hiſpanienſes Patres, quibus Galli, atque Itali adhæſere, in Synodo Conſtantienſi exclamabant, ut quantocyus Romanus Pontifex eligeretur, capite enim expertes quod præeſſet, certum, ac mimime dubium habere Concilium non poterant: *Nec haberi poſſe certum Concilium deficiente capite*. Super hoc adeundi Em. Sfondratus ſua in Gallia vindicata, & Emmanuel a Scheleſtrate ad Concilium Conſtantienſe. Neceſſitas ergo eligendi Toletanum Archiepiſcopum uti Concilio præeſſet poſt ejus electionem inchoando, eſt argumentum evidens, fuiſſe ipſum totius Eccleſiæ Hiſpanienſis caput. Profecto ſi Præſes, caputque Concilii eſſe alius poterat, haud opus erat Toletanum Archiepiſcopum eligere, antequam agere & decernere ordirentur Patres de Dogmatibus, de morum reformatione, deque Eccleſiaſtica diſciplina.

Conc. Conſtant. ſeſſ. 14. *Card. Sfondr. Gal. vind. diſſ. 3. p. 4.* *Schelſtr. Conc. Conſt. §. 3. p. 255.*

XVIII. Hac eadem ratione major ſyllogiſmi propoſitio lautiſſime comprobatur. Enimvero quum neceſſarium omnino eſſet, ut Toletanus Archiepiſcopus Concilio præforet, ecquid tandem neceſſarium ſeu congruum fuit, ut is adeſſet? Num fortaſſe ut numero Epiſcoporum acceſſio unius fieret, unoque plus Concilium eſſet frequens? Minime vero: certum eſt enim hac in Synodo Patrum numerum non eſſe auctum; quum conſtet Felicem alium Portu-Calenſem Epiſcopum fuiſſe in Bracarenſem electum, eaque occaſione priorem titulum retinuiſſe, unde in eo Concilio ſe ſubſcripſit: Metropolitanum Bracarenſem, Portu-Calenſem Epiſcopum. Nonne igitur tenebimus quis deforet, aut quare graviſſimi illi Patres neceſſarium duxerint ad Synodum inchoandam, ut Toletanæ Eccleſiæ ſuus eſſet Archiepiſcopus? Nullus certe deerat, neque ego aſſequor mente quis dici poſſit defuiſſe præter eum, qui Concilio præeſſet, ne Acephalum

Pp 2 de-

Digitized by Google

defectu capitis diceretur. Ex hiſce omnibus illatio fit legitima, quod Felix recèns electus, inque Toletana Sede conſtitutus, quanquam Metropolitis cæteris recentior, ſede ac ſubſcriptione cæteris præſtitit hac in Synodo, tanquam Primas Hiſpaniæ.

CAPUT XI.

Probatio altera ejuſdem propoſitionis, qua antecedentis veritas confirmatur.

SUMMA CAPITIS.

I. *Neceſſarium fuit creari Præſulem Toletanum, ut Concilium celebraretur.*

II. *In Conciliis Toletanis mutata reperitur antiqua conſuetudo primas deferendi antiquiori Præſuli nulla ratione habita majoris dignitatis.*

III. *Ex epiſtola D. Pauli probatur, primitivam Eccleſiam non indicaſſe præeminentiam, ubi alicui tribuit primum locum.*

IV. *A nono Toletano ſemper Conciliis præſedit Archiepiſcopus Toletanus.*

V. *Quæ Concilia Nationalia ſint; quæ Provincialia.*

VI. *Quintam Synodum Toletanam fuiſſe Nationalem Patres ipſi declarant.*

VII. VIII. *Decimo, undecimo, & duodecimo Conciliis Toletanis præſederunt Archiepiſcopi Toletani.*

IX. *Recenſentur collectiones variæ Conciliorum: idemque quod ſupra evincitur.*

X. *Argumentum firmius Toletanum Archiepiſcopum præſediſſe Concilio Toletano XII.*

XI. *Conciliis item XIII. & XIV. Toletanis præſedit. Et oſtenditur, quod XIV. fuerit Nationale.*

XII. *Conciliis Toletanis XV. XVI. preſedit. Huic vero poſtremo preſedit Felix ex Hiſpalenſi Sede ad Toletanam translatus, præſeditque licet junior Metropolitis cæteris quia Morino teſte de Toletano* Primatu *nihil amplius ambigebatur.*

XIII. uſque ad XVIII. *Diſſertatio de Felice Præſule Hiſpalenſi ad Toletanam Sedem translato, qua vacante congregati Patres inchoare non poterant Concilium.*

XVIII. XIX. XX. *Pontifex legitimus, (ſchiſmate nullo Eccleſiam turbante) neque uti privatus homo in hæreſim labi poteſt.*

XXI. *Data tamen hyppotheſi hujuſmodi, & occaſione ſchiſmatis duntaxat, Oecumenicum Concilium definire per ſe poſſet juxta DD. non tamen de Fidei Dogmate.*

XXII. *Eadem doctrina ad Concilium Toletanum transfertur in cauſa depoſitionis Sisberti; debito tamen ſervato diſcrimine: nam cum ſummo Eccleſiæ capite nulla comparatio eſt.*

XXIII.

XXIII. *Etiam aſſertores Eccleſiæ Hiſpalenſis Felici huic* Primatus *dignitatem adſcribunt.*

XXIV. *Summa eſt, quod vel a Gothorum tempore Toletana Eccleſia fuit* Primatialis.

I. Concilii ejuſdem verbis inhærens ſic argumentor. Quicumque homo rationis eſt capax, utriuſque textus Concilii ſententiam æqui, bonique debet facere, ubi transferre ſeſe ajunt Patres ab Hiſpalenſi ad Toletanam Sedem Felicem deſignatum a Rege, quantocyus Synodum inchoaturos. Quod ſi ita ſe res habet, ad Synodum ergo inchoandam Toleti Præſulem oportebat exiſtere. Certa videtur conſequentia: ſi enim Concilium ejuſmodi electionem minime neceſſariam arbitraretur, ut ſeſſionibus, ac decretis dare operam inciperet, haud diceret Præſulem a ſe mitti ad Toletanam Sedem, eo quod quantocyus celebrari idem oporteret; perinde enim eſſet, ac Patres dicere, Concilium ſe celebraturos quamprimum, feciſſe electionem minime ad id celebrandum neceſſariam. Quod ridiculum quidem foret, & a gravitate Patrum abhorrens. Neceſſitas ergo indicatur iis verbis eligendi Præſulem Toletanum, antequam Synodus inciperet celebrari. Neque vero neceſſitas alia ulla percipi poteſt, quam eligendi eum, qui Præſes eſſet Concilii, caputque totius Hiſpaniæ. Proindeque iſta dignitas una cum ejuſdem muneribus in Toletana Eccleſia jam vigebat.

II. Mentem meam clarius aperiam. Jam docui in more id olim Eccleſiæ fuiſſe poſitum, ut alia nulla locorum, & ſubſcriptionum ratio in Conciliis haberetur, præter antiquitatem ordinationis Epiſcoporum. Itaque Suffraganeos, modo antiquiores, Metropolitis recentioribus præſtitiſſe, donec Synodus Bracarenſis decrevit, ut Metropolitani præirent: quam rem, utpote æquiſſimam, illico Hiſpania tota amplexa eſt. Conſuetudo hæc viguit multos annos, at denique in Conciliis Toletanis immutatam reperire eſt, ſubſcriptione, atque adeo loco aliis præeunte Toletano Præſule, licèt recentiore Metropolitano. Unde conjicitur Primatus jura planiora eſſe facta: quæ quum noverint Metropolitæ, vetuſtum invicem tuiti ordinem, Primati locum jure debitum detulere.

III. Neque vero ſit mirum, quod primis iis temporibus, quum minus nota erant Metropolitarum, Primatumque jura, haud primo loco recenſeretur qui dignitate aliis

aliis anteibant; neque legitima habeatur cauſa, cur is Præpoſitus minime credi debeat, qui tali ſcriptus nomine, at non priori loco reperiatur. Firmiſſimum rei argumentum præbet Apoſtolus in epiſtola ad Galatas capite ſecundo, *Paul. ad Galat. c. 2.* ubi ait: *Quum cognoviſſem gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes.* Ubi Petrus ordine ſecundus recenſetur. Qua ex re licet Hæretici auſi ſint inſerre Principem religionis noſtræ D. Petrum Apoſtolorum omnium Primum non fuiſſe, uti doctiſſimus Alphonſus Salmeron *Salm. tom. 14. diſp. 24. pag. 615. & 616.* Societatis Jeſu nos admonet: *Arguunt, Petrum inter Apoſtolos Primatum non habuiſſe: & urgent illud: Jacobus, Cephas, & Joannes: nam ibi primo loco nominatur Jacobus ante Petrum*; ea tamen leviſſima conjectura eſt. Miſſa faciamus quæ ſatis multa graviſſimus hic Auctor, quæque ad rem noſtram faciunt, videamus. *Sed mirum*, inquit, *non eſt, ſi in principio, & nedum Petri Cathedra ſtabilita, Jacobus olim Epiſcopus ea prærogativa donatus fuerit.* Haud multum imago iſta abludit ab Hiſpania noſtra; ubi quum nondum adoleviſſet Eccleſia, privilegia remanebant obſcura, vel incognita: quare in iis primordiis e ſubſcriptionis potiori loco ſuperior dignitas argui nequaquam poterat. Verum Eccleſia poſtea, ejuſque regimine conſtabilitis, deinde ſemper præire aliis præeminentiæ fuit argumentum.

IV. His poſitis, perſequor docere, quæ propoſui. Non pigeat Lectorem viſere Toletana Concilia, inveniet porro ab eorum nono 655. anno celebrato, omnibus poſtea ſingulis præfuiſſe Toletanum Præſulem, primumque aliorum Metropolitarum ſubſcripſiſſe. Hæc non negat Eccl. Hiſpal. argumento autem nititur ſatisfacere Synodos recenſendo, id ponens quod ſibi efficax fundamentum videtur: nos vero intelligemus præter attentionis defectum ob legendi celeritatem, alio nullo hærere fundamento doctrinam ejus. Itaque de levitate objectionis liquebit, deque argumenti noſtri ſoliditate. Concilia igitur ſingillatim proferemus iiſdem ipſis verbis, quibus utitur Eccleſia Hiſpalenſis.

V. Nonum ait Concilium fuiſſe Provinciale, eique ſub- *Mem. p. 1. n. 111. pag. 117.* ſcripſiſſe Eugenium tanquam Metropolitanum. Idem affirmaret de quinto. At quoniam celebratum id fuit ante 655. annum, poſt quæ tempora perpetuam diximus occurrere ſubſcriptionum ſucceſſionem Toletani Præſulis priori loco, obje-

objectioni huic uti ſuperioris ſimili, idem quod ſuperiori reſpondemus. Provinciale Concilium eſſe illud tenemus, quod celebratum adveniunt Epiſcopi Metropolitæ Suffraganei. Quum vero ab exteris Provinciis alienæ Metropoleos adſunt Epiſcopi, næ Concilium ejuſmodi Nationum dicitur, non Provinciæ. Quæ quum ita ſint, objectio igitur leviſſima; argumentum autem noſtrum validiſſimum remanet.

VI. Ordiamur a quinta Synodo. In ea igitur, omnium primus ſubſcripſit Eugenius; nono loco, Braulius Cæſarauguſtanus Epiſcopus; decimo, Ola Barcinonenſis; undecimo, Elpidius Carcaſſenſis: decimotertio, Viaricus Oliſipponenſis; duodeviceſimo, Amanungus Aucenſis ſubſcripſerunt. Quinque horum Præſulum nullus Toleti Suffraganeus. Primi duo, & noviſſimus Tarraconenſi Metropolitano obſecundabant, tertius Narbonenſi, quartus denique Emeritenſi Metropolitis parebant. Quamobrem quum tot e provinciis advenerint Præſules, patet Concilium id Provinciale appellari non poſſe. Præterquamquod ex ipſius Concilii primis verbis apertiſſime id habetur. *Apud urbem Toletanam ex diverſis provinciis Hiſpaniæ Sacerdotes Domini.... qui conſedimus, gratiarum actiones omnipotenti Deo perſolvimus.* Quibus perſpectis verbis, totque ex variis, diſſitiſque provinciis Præſulum adventu conſiderato, tam Garſias de Loayſa, quam Aguirre Cardinalis in notis ad idem Concilium, fuiſſe Nationum affirmant. Hanc tamen culpam a ſe amovit Eccleſia Hiſpalenſis, uti capite videbimus decimo tertio, ubi de hac diſcrepantia ſermonem inſtituam.

Garſias de Loayſa. Card. Aguirr. to. 2. p. 510. c. 14. n. 30.

Cap. 13. n. 30.

VII. Nonum vero Concilium, quanquam e provinciis exteris frequentes adeo non advenerint Præſules, tamen nonnulli ad Toletum minime pertinentes adfuere: Tacho ſcilicet Epiſcopus Cæſarauguſtæ, qui ſubſcripſit ſecundo loco; & Marcellus Urgellæ, qui decimo. Unde plus aliquid, quam provinciale id Concilium fuiſſe videtur: non enim fortuito ſe adfuiſſe ajunt duo illi Præſules, quemadmodum aliis in Conciliis legitur, quod Eccleſia Hiſpalenſis poſſet objicere. In decima Synodo, quæ fuit Nationalis, Eugenius Toletanus Epiſcopus primo loco ſubſcribit: id autem vult factum eadem Eccleſia Hiſpalenſis, quia is reliquis antiquitate præſtabat. Cæterum tametſi antiquitas hæc certa videatur ob ea, quæ ipſa autumat; tamen aliud fortaſſe fuerit validius fir-

Mem. ubi ſup. n. 5.

firmamentum. Et ſane in aliis Conciliis, in quibus hæc ratio non eſt habita, Toletanum Archiepiſcopum reliquis anteire palam eſt. Undecimum mere provinciale fuiſſe negare non auſim, namque omnes qui ſubſcribunt Præſules, Quirici Toletani tunc Archiepiſcopi, Suffraganei erant. De Concilio huic proximo Eccleſia Hiſpalenſis pagina Memorialis 130. Mem. ſup. & ſequenti hæc habet: *El duodecimo es Nacional, firma primero Juliano de Toledo, ſegundo otro Julian de Sevilla; de eſtos harèmos deſpues mencion.* Id eſt: „ Decima ſecunda Synodus „ eſt Nationalis. Subſcribit primo loco Julianus Toletanus, „ deinde Julianus alter Hiſpalenſis: de his autem poſtea erit „ mentio. Poſt hæc adjungit Marianam primo loco ponere Hiſpalenſem Julianum; quod idem præſtare ait Doctorem Padillium, cæteroſque auctores veteres, qui Concilia Hiſpanienſia ediderunt citra ſtudium Toletani Primatus.

VIII. Genus hoc turmatim proferendi auctores Eccleſiæ Hiſpalenſi ſolenne eſt, ſpecie quidem multum, re autem nihil affirmare ſolitæ. Enimvero Auctores iſti, quam multi ex antiquis Conciliorum Hiſpanienſium editores, quorum pars Toletano ſtudent Primatui, pars autem ſecus, quinam hominum ſunt? Quare non recenſentur præclara eorum nomina? Niſi enim immanis eorum multitudo eſſet, diſcrimen haberi non oporteret eos inter, ſtudii nempe, & non ſtudii erga Toletanum Primatum. Educ tandem e tuis Thecis, Eccleſia Hiſpalenſis, Auctores iſtos veteres, quorum improbis laboribus Regni noſtri Concilia referamus accepta; rationemque eorum habeas tum qui ſcripſerunt non ſine Toletani Primatus ſtudio, tum qui ejus cauſas procul habuerunt. Non ſemel vidimus, aperteque vidimus, quam non raro hallucinationem, falſitatemque propoſitionum genus id ſcribendi, detexerit. Qua in re ſi operæ non parum inſumſi, fructum tamen collegi maximum laboris mei; nam ex erroris tenebris veritatem educens, id commodi attulero non paucis eruditis hominibus, ne ſpecie ac fucato nomine veritatis decipiantur.

IX. Non nobis clam eſt, Cardinalem Quiroga, dum eſſet Conchenſis adhuc Præſul, Conciliorum Hiſpaniæ faſciculum tradidiſſe ad Gregorium XIII. Nos item non præterit Illuſtriſſimum virum Doctorem Joannem Baptiſtam Perez Epiſcopum Segobricenſem, quum noſſet quanti fecerit

cerit Pontifex eum faſciculum, ſedulam navaſſe operam, ut quotquot nanciſci fas eſſet, Romam mitteret. Non ignoramus ab Illuſtriſſimo Carrantia Conciliorum ſummam eſſe factam: & ſummam aliam prodiiſſe a Cabaſſutio, Redemtionis anno 1635. Probe ſcimus Garſiam de Loayſa edidiſſe collectionem Conciliorum Hiſpaniæ. Novimus Cardinalem Aguirre ampliorem appido collectionem dediſſe in lucem cum notis, qua erat ipſe eruditione, præclariſſimis. Denique nos non fugit Binium, Labbeum, & Sirmondum collegiſſe Concilia; ac perinde collectiones has omnes (præter Cardinalis Aguirre poſteriorem multo) publica luce donatas eſſe non ignoramus in ſeptem & triginta Conciliorum voluminibus, quæ Regiis voluit prælis committi Rex ille Magnus Gallorum, Chriſtianiſſimus Ludovicus XIV. At quarumcumque harum editionum in nulla occurrit Juliani ſubſcriptio Archiepiſcopi Hiſpalenſis præ Toletani Archiepiſcopi ſubſcriptione; immo potius e converſo hanc præ illa reperire eſt.

X. Hac de re quotquot agunt volumina ſicut non vidimus, & ſicut ratio poſtulat, ut quæ non licuit legere, non negemus, ita negare profecto non poſſumus, ullam Conciliorum collectionem ordinem ſubſcriptionum inverſum exhibere, quemadmodum Eccl. Hiſpal. affirmat. Attamen lubet ipſam humaniſſime ſciſcitari quænam fuerit, ut adjuvet incredulitatem meam. Qui id affirmant Hiſtorici non tanti ſunt, ut ipſis dicentibus quieſcere debeamus, docente enim Hiſpalenſi eadem Eccleſia: *Con la experiencia de ſemejantes exemplares, ſe ha entrado en deſconfianza en los preſentes ſiglos; y aſſi ſe cree con mas tiento, y con examen de los fiadores.* „ Ejuſmodi exemplarium periculo dubitari cœptum „ hac tempeſtate, fideſque maturior adhiberi, explorato „ prius ſponſorum ingenio. Quam ſane ſuſpicionem non improbabit, ut reor, nam propria ipſam pericula docuerunt, quam mature ad ſcribendum accedere opus ſit, univerſitate qua utitur locutionis a nobis damnata, atque convicta fraudis, in prima hujus operis parte. Id equidem certo ſcio, quod Garſias de Loayſa vir fuit incorruptæ fidei, ſcripſitque tum temporis, quum credi debet quaſcumque ſtudii cauſas procul habuiſſe: nec minus certum mihi eſt, quod Em. Aguirre diutiſſime Toletanum Archivum

Mem. ſup. p. 1. cap. 6. n. 21.

expendit. Quamobrem firmiſſime credendus mihi eſt ordo ille in antiquiſſimis iis monumentis ſervari, quem graviſſimi Auctores iſti commemorant; atque hac in duodecima Synodo Præſul Toletanus præſediſſe.

XI. Pergit Eccleſia laudatiſſima, Nationalem tradens fuiſſe decimam tertiam Synodum, eique primo loco ſubſcribere Julianum Toletanum: at decimam quartam provincialem; & in ea Julianum ſubſcribere, tanquam Metropolitanum. Hanc poſtremam fuiſſe provincialem nullo nobis pacto conveniet unquam cum Hiſpalenſi, etenim fuiſſe Nationalem adſunt indicia. Nam congregati licèt Epiſcopi omnes fuerint e Carthaginenſi provincia, quæ Toletani Archiepiſcopi ditionis erat, tanquam Metropolitæ, quinque tamen Metropolitæ alii adfuerunt, quanquam ſinguli per Legatos: Cyprianus nempe Tarraconenſis Metropolita per Vitalianum Presbyterum, & Argebutum Abbatem: Sunecridus Narbonenſis per Joannem Abbatem, & Valdemarum Diaconum: Stephanus Emeritenſis per Maximum Abbatem: Liuva Bracarenſis per Bonibam Abbatem, & Reciſundum: Floreſindus denique Hiſpalenſis Metropolita per Gaudentium Abbatem. Hîc obiter notandum, octo duntaxat Metropolitanorum Vicarios, non decem, ut tradit Eccleſia Hiſpalenſis, Concilio adfuiſſe; quorum ſi ſedulo animadverterat ſubſcriptiones, Emeritenſi, & Hiſpalenſi Vicarios fuiſſe ſingulos norat, decemque Vicariorum numerum expleri a Palentiæ, ac Valentiæ Præſulum Viceſgerentibus. Quadere Garſias de Loayſa in notis ad iſtud Concilium monet partim Nationale, partim provinciale eſſe, quanquam vere ſit provinciale. *Videtur*, inquit, *Concilium hoc XIV. Toletanum mixtum, ut partim in perſonis provinciale ſit, partim in auctoritate Nationale; re autem eſt Provinciale.* Mihi tamen eò videtur provinciale eſſe non poſſe, quod Metropolitani illud omnes advenerint, tametſi per ſuos quiſque Procuratores. Neque, ut arbitror, abs re fuerat, ſi aliquam cur ita fieret cauſam Eccleſia Hiſpalenſis exhibuiſſet. At fortaſſis idem Concilium mox afferet lucis aliquid, unde ſplendeat magis Toletanus Primatus, atque ægre admodum ferat Eccleſia Hiſpalenſis, quod hoc Concilium Nationale non fuerit.

Mem. ſup.

Mem. pag. 170.

Garſ. de Loayſa in not. ad Conc. 14. pag. 649.

XII. Concilia numerando recenſere proſequitur, deci-

cimumquintum ajens Nationale eſſe, cui ſubſcribit priori loco Julianus Toletanus: Decimam pariter ſextam Synodum Nationalem, cui Felix Hiſpali Toletum translatus omnium primus ſubſcribit; cujus ſubſcriptionem ſibi ait argumentum ſuppeditaſſe ad Memoriale ſuum conficiendum. Hic ſcilicet cur ſubſcripſerit primo loco, ne minima quidem ratio aut fundamentum vel leviſſimum ſuppetit præter hoc, quod nempe Archiepiſcopus Toletanus erat: namque Fauſtino Hiſpalenſi Metropolitano, qui a Bracarenſi ad hanc fuerat Eccleſiam translatus, & Maximo Emeritenſi Metropolitæ, qui ambo tanquam Metropolitani ſubſcribunt in decimaquinta Synodo, ut antea demonſtravimus, antiquitate concedebat, quod negari ab Hiſpalenſi non poteſt. Decimum ſeptimum Concilium carere ſubſcriptionibus affirmat. Sed Mariana Hiſtoricorum Hiſpaniæ facile princeps ipſum, eumdemque ordinem tradit ſervatum in hac Synodo, qui in ſuperiori. Reliquum eſt, ut videamus, quare Toletanus junior cæteris, prior ſubſcripſerit. Quid Eccleſia Hiſpalenſis dictura ſit neſcio: quid autem Joannes Morinus dixerit non ignoro: quod ſcilicet: *De Primatu Toletano nihil amplius ambigeretur*. Concilii enim hujus tempore Toletanam Eccleſiam Primatialem eſſe omnium nemo revocabat in dubium.

Mem.ſup. — *Mem.ſup.* — *Marian.l.11.c.11.* — *Jo: Mor.lib.1. diſſ.32.pag.276.*

XIII. Hujuſmodi argumentum recte habitum pro validiſſimo a Marchione de Mondejar, floccipendit Eccleſia Hiſpalenſis, atque euſque contemnit, ut Marchionis inſtituto, non minus inde incommodi, quam utilitatis aſſerat provenire. Fortaſſe autem ad propoſitionem adſtruendam, qua argumentum putat Marchionis a ſe infirmatum, ipſam rationes deficient. *Si infiriò*, ejus verba ſunt, *el Marques (el Primado de Toledo) de no averſe querido dàr principio al Concilio antes de aqueſta eleccion, mas perde, que gaña porque al miſmo tiempo, que ſe hizo la de Felix en Arzobiſpo de Toledo, ſe hizieron tambien la de Fauſtino de Braga en Arzobiſpo de Sevilla, y la de Felix de Oporto en Arzobiſpo de Braga... Demàs de eſto, las dichas elecciones no las hizo el Concilio, ſino el Rey preſente, y el Concilio las admitiò, aprobando la nominacion de el Principe, ſegun la coſtumbre de aquel tiempo. Pues ſi eſta anticipada election de los Prelados de Sevilla, y de Braga no los elevò à Primados; por què razon debe tener eſte privilegio la eleccion*

Mem.p.1.p.171. n.162.

 de

de Felix? ,, Toletanum Primatum ex eo inſerens Marchio,
,, quia Concilium ante noluit inchoari, quam fieret hæc
,, electio, aſciam cruribus illidit: etenim quo tempore To-
,, letanus Archiepiſcopus eſt electus Felix, Fauſtinus itidem
,, Bracarenſis in Archiepiſcopum Hiſpalenſem, & Felix Por-
,, tu-Calenſis in Bracarenſem electi fuerunt... Præterea ele-
,, ctiones iſtæ non a Concilio ſunt ſactæ, ſed rogante Re-
,, ge a Patribus probatæ, juxta eorum conſuetudinem tem-
,, porum. Si ergo Hiſpalenſis, ac Bracarenſis Præſulum
,, ejuſmodi præelectio eoſdem minime Primates conſtituit,
,, quare dandum eſt id duntaxat electioni Felicis?

Mem.ſup.p.172. XIV. Proſequitur Hiſpalenſis: *Ni es verdad, que Felix fueſſe electo antes para Preſidente de aquel Concilio; porque antes de tener Preſidente, eſto es ante de eſta eleccion, eſte Concilio depuſo à Sisberto, y eligiò, ò confirmò à Felix, y à los otros dos Metropolitanos; ſeñal cierta de que antes de tener Preſidente, tenia una plenaria autoridad, la qual no dimanaba de Felix, como Arzobiſpo de Toledo antes de ſerlo: ni deſpues de ſerlo, le diò mayor autoridad à quien yà teniba la ſuprema en ſu grado.* ,, Falſum
,, eſt profecto, quod Felix præelectus fuerit, ut Concilio
,, præeſſet; ante enim quam Præſes Concilio eſſet, nempe
,, ante creationem Felicis, Patres depoſuere Sisbertum, &
,, elegerunt, ſeu confirmarunt Felicem, duoſque cæteros
,, Metropolitanos: argumentum evidens plenariæ auctorita-
,, tis, qua Concilium vel ante electum Præſidem utebatur;
,, quæ porro a Felice tanquam Toletano Archiepiſcopo eſſe
,, non poterat, priuſquam eligeretur; nec poſt electionem
,, auctoritatis acceſſio facta eſt Concilio, utpote quod ſu-
,, premâ jam pollebat. Antequam venio ad inſtitutum meum, quædam animadverto ex allatis inter ſe diſcrepare. Ait Eccleſia Hiſpalenſis, nec Felicem, nec Metropolitarum alterutrum a Concilio electos eſſe, verumtamen rogante Rege probatos: proxime autem addit, Felicem a Concilio electum, confirmatumve. Magnum quidem diſcrimen inter electionem, & confirmationem. Atvero ſi electionem maluit a Concilio non eſſe factam; quid proxime addit electum, ſeu confirmatum?

XV. Quod ex Concilio conſtat, Rex deſignavit ſeu præſentavit Felicem, ut per Patres confirmaretur, eorumque decreto Eccleſiæ Toletanæ onus ſibi commiſſum ſuſciperet,

ut videre eſt ſuperiori capite numeris 15. & 16. ubi ipſamet Concilii verba ſunt allata: etenim quanquam ex iiſdem apparet, Regem pro ſua auctoritate juſſiſſe, ut Felix Toletanus Præſul eligeretur; alia præterea etiam leguntur: ut: *jure debito*, &: *noſtro eum reſervans decreto firmandum*, &: *In Toletanam ſedem Canonice tranſcendimus*. Eadem noſtris hiſce temporibus conſuetudo viget in Hiſpania, quatenus ſpectat ad Pontificem Summum, quippe jam pridem eſt, quum Epiſcopi Apoſtolicæ Sedi firmandi, probandique reſervantur: ſecus autem deſignatio, ac præſentatio cujuſcumque a Rege facta, irrita eſt, ac nulla. Itaque Rex proponit, aut deſignat quem lubet jure ſibi debito; eam vero deſignationem ad ſe delatam, Pontifex auctoritate ac decreto confirmat, roboratque. Deinde ex Diplomate per ipſum Pontificem dato quiſquis deſignatus a Rege fuit, aut propria relicta ſede ad aliam tranſit, aut vacantis Eccleſiæ Præſul conſecratur.

XVI. Certe cum his comparari omnino poſſunt quæ geſta ſunt hac in Synodo Toletana. Etenim vacante Toletana Sede ob Sisbertum expulſum, Rex Egica ſive jure debito, ſive ex conſuetudine, ſive ex antiquorum conniventia Conciliornm Felicem deſignavit, qui ab Hiſpalenſi ad Toletanam Sedem aſcenderet; eumque deſignatum, aut præſentatum, Decreto Patrum firmandum, probandumque reſervavit Concilio. Revera Concilium probavit Felicem utpote magnis, præclariſque virtutibus virum. Poſtremo quod reliqui erat perfecit Synodus, mittens Felicem in Toletanæ poſſeſſionem Eccleſiæ. Omne id patet ex ejuſdem Concilii verbis, nempe poſt deſignatum Felicem ab Rege Egica Cleri, populique Toletani conſenſum petitum, indeque ad Primatialem eam Sedem translatum. *Ob id* (Concilii verba ſunt) *cum conſenſu Cleri, ac populi ad ſæpe dictam Toletanam Eccleſiam pertinentis, prædictum Venerabilem Fratrem noſtrum Felicem ... de Hiſpalenſi ſede ... ad Toletanam Sedem canonice tranſcendimus*.

XVII. Quod autem per idem tempus alii Præſules electi fuerint, Hiſpalenſis nempe, & Bracarenſis, meo argumento nihil officit: nulla ſiquidem in Concilii parte dicuntur Patres neceſſe habere horum Præſulum electionem, aut profitentur congruam eamdem eſſe, uti affirmarunt rationi

conſentaneum non eſſe, Concilium inchoare ante Toletani Præſulis electionem. *Non congruit prius inchoare Concilium, niſi in loco ejus alius ſubrogatus, &c.* Hic vero animadvertat amabo Eccleſia Hiſpalenſis evidentem diſcriminis rationem inter Felicis in Toletanum Archiepiſcopum, & Fauſtini in Hiſpalenſem, Felicisque alterius in Bracarenſem electiones ante factas, quam celebrari Concilium cœptum eſſet; itaut duæ poſtremæ nullum inferant Primatum: hæ quidem non ideo factæ, quia ad Synodum inchoandam neceſſariæ; illam vero Felicis e converſo in Toletanum Archiepiſcopum, vel ipſi Patres Concilii ad ſeſſiones, & Decreta inchoanda neceſſariam profitentur. Nunc quemadmodum ejuſmodi neceſſitas ſola probat Primatum Præſulis, cujus, ut præeſſet, Synodus indigebat, ita conſtantiſſima fit illatio, Toletanum Præſulem Hiſpaniæ Primatem fuiſſe.

XVIII. Neceſſitatem hanc adimi putat Hiſpalenſis depoſitione Sisberti per Concilii Patres facta, priuſquam Felix eligeretur: quia, inquit, ſi neceſſaria ad Archiepiſcopum deponendum auctoritas Concilio fuit, inde ſequitur, ut nihil auctoritati ejuſdem ad primas celebrandas ſeſſiones defuerit; utut Toletanus Præſul deeſſet, qui præſideret: ac proinde Concilium abſque Felicis electione plenam, & abſolutam habuit poteſtatem. Equidem non poſſum, quin argumenti genus in tantæ eruditionis opere admirer: nam Eccleſiam Hiſpalenſem non latet, Oecumenicæ Synodo, ſiqua ulla occaſione eſt in Romanorum Pontificum auctoritas, certe nullam eſſe unquam definiendi, aut ſanciendi aliquid abſque ipſius capite. Quod mihi enucleandum eſt, ne ſuſpicio aliqua ſententiæ noſtræ ſuboriatur de ſuprema Pontificis Summi auctoritate in Oecumenicam Synodum, de quo nullum nobis dubium ineſt. Cæterum quidquid facit ad rem noſtram, quam potero brevius explicabo, non enim infarcire librum lubet rebus minime neceſſariis.

XIX. Controverſiarum agitatores quærunt, num caſu aliquo ab Oecumenica Synodo Pontifex queat judicari: Reſpondent nonnulli, pauci quidem, ſed graves Theologi tum ſolummodo in vitiorum Pontificis cognitione Concilium verſari poſſe, ſi forte contigerit, ut publicæ is hæreſeos labe affectus fuerit; quæ quidem opinio videtur inniti capite: *Si Papa. Diſtinctione XL.* Nihilo tamen minus eidem paſſim ad-

adverſantur Theologi in controverſiis: videſis Eminentiſſimos Cardinales Bellarminum, & Aguirre. Doctores hi graviſſimi contingere id poſſe unquam negant; & tam ipſi, quam Cardinalis Sfondratus quaſcumque objectiones refellunt. Atque egomet, quanquam præ tantis viris nullo in numero ſim habendus, ita ſemper ſenſi, ac ſentio, & ſuppoſitionem ejuſmodi commentitiam intelligo. Mea ſiquidem opinione Pontifex, ne ut privatus quidem homo, labi in hæreſim poteſt.

Bellarm. tom. 1. contr. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 6.
Aguirr. tom. contra prop. Cleri. tr. 1. ſect. 2.
Sfondrat. Gall. vind. diſſ. 2.

XX. Id autem dictum ſit de Pontifice certo, ac legitimo; ubi enim ſchiſma oritur in Eccleſia, nec verum caput ea in diviſione dignoſcitur, tum Oecumenici Concilii eſt hanc cauſam definire: ſeu declarando, quis Pontifex verus haberi debeat, prout contigit D. Bernardi tempore in Concilio Piſis habito, ubi legitimus Pontifex declaratus fuit Innocentius; Petrus vero Leo, cognomento Anacletus, intruſus, Pſeudo-Papa, certuſque Antipapa: ſeu competitores impellendo, ubi id uſus requirat, quietis publicæ, & tollendi ſchiſmatis gratia, ut Pontificatu ſe abdicent, quemadmodum in Conſtantienſi Concilio factum eſt, in quo Balthaſſar Coſſa, dictus Joannes XXIII. & Angelus Corerius Gregorius XII. appellatus dignitatem depoſuere, Petrus vero de Luna Benedictus XIII. nomine, ob pervicaciam depoſitus a Concilio fuit, ejuſque in locum ſuffectus Martinus V. cui univerſalis Eccleſia obſequium præſtitit; (quis enim Peniſcholæ ſeceſſus meminerit?) Emmanuelem Schelſtratium adeas de Synodo Conſtantienſi. *Extra hos duos caſus*, ipſamet verba ſunt Cardinalis Aguirre, *Hæreſis in Pontifice, & ſchiſmatis in Eccleſia, nemo, nec Concilium Generale quidem habet poteſtatem ſupra Summum Pontificem.*

Schelſtr. diſſ. 3. cap. 1.
Card. Aguirr. ſup. n. 13.

XXI. Hoc poſito: ſi Pontifex manifeſtam in hæreſim laberetur, (quod licèt impoſſibile nobis videatur, uti publice olim defendimus; tamen quidam Auctores contrarium tuentur,) Oecumenica Synodus, aut depoſitum ipſum judicaret a Chriſto Domino, quod porro judicium hac in hyppotheſi potius exiſtimo; aut Pontificatu abdicaret ſententia inhærens Doctorum gravium, atque Catholicorum, quos commemorat Bellarminus Cardinalis. Quo caſu argumentum Eccleſiæ Hiſpalenſis hæreret. Abſque Summo Pontifice Concilio eſt ſufficiens Præſes, atque ſuprema auctoritas ad depo-

Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 3.

Digitized by Google

ponendum, ſeu depoſitum declarandum Pontificem tam certum, quam dubium; definiendi cauſa, qui legitimus, veruſque ſit, qui contra intruſus, & Antipapa; aut ſi res ultra modum ſit ambigua, cogendi gratia unumquemque eorum ſeu duo, ſeu tres ii fuerint, ut Pontificatu ſe abdicent, ob Eccleſiæ tranquillitatem, ac quietem publicam Chriſtianorum; & ad alium eligendum, de quo nihil dubitari omnino poſſit. At vero auſit idcirco aliquis hominum aſſerere, quod Concilio eidem ſuum caput adſit, ita ut de Fidei dogmatis libere definire valeat, dum legitimum, ſupremumque deſit Eccleſiæ caput, nempe Romanus Pontifex? Mea quidem opinione non auſit. Equidem certo ſcio, Conſtantienſis Concilii Patres id tenuiſſe, quod cætera Decreta omnia nihili ficrent, ſi Concilio, quod Catholicam Eccleſiam præſefert, legitimus Præſes abſoret, Romanus nempe Pontifex Jeſu Chriſti Vicarius, & caput Eccleſiæ viſibile, ut jam dictum eſt.

XXII. Adſcribenda hæc doctrina eſt Archiepiſcopo Toletano; ipſius tamen ratione habita; eſt enim clam nemine diſcrimen certe maximum intercedere, quicumque alius Præſul cum Summo Pontifice comparetur. Erat Siſbertus univerſæ Hiſpanienſis Eccleſiæ caput, crimenque admiſerat ita execrandum, ut a dignitate illa ſumma removendus videretur. Idem, ut evidens eſt, Nationali Concilio præeſſe nequaquam poterat, in quo ipſius cauſa cognoſcenda erat, idemque e Sede arcendus, juxta eorum conſuetudinem temporum. Itaque neceſſe erat, ut vel abſque Toletano Archiepiſcopo, ſuum Concilio caput adeſſe intelligeretur; verumtamen hanc tantum ob cauſam, qua porro abſoluta minime æquum erat ad ſanctiones reliquas perſequendas progredi, dum Eccleſiæ Hiſpanienſi legitimum caput deeſſet. Quicumque animo minus præoccupato verba Concilii vel leviter expendat, hanc puram, putamque Patrum eſſe mentem intelliget: nam difficile explicari ea recte poſſunt, ſi ſenſus iiſdem improprius accommodetur. Ex his liquido conſtat, quod graviſſimæ illius Synodi Patres non immerito ante noluerunt aggredi ad res tanti momenti definiendas, quanti eæ ſunt, quæ ſpectant ad Fidem, & ad Hiſpanienſis Eccleſiæ diſciplinam, quàm Toletanæ Eccleſiæ ſuus Præſul adeſſet; non enim agi de iis erat con-

congruum, ſi Eccleſiæ Hiſpanienſi caput defuiſſet.

XXIII. Operæ pretium erit, antequam perſequor cætera, huc afferre quidquid ad rem iſtam Hiſtoricus celeberrimus, magnuſque Hiſpalenſis Eccleſiæ aſſertor Franciſcus de Padilla tradit ſua in Eccleſiaſtica hiſtoria Hiſpanienſi. Ait ergo: *Si preceder en el Concilio à otros Metropolitanos mas antiguos, es ſeñal de Primacia, aqui no ſe le podrà negar à Felix. Pues coſa cierta es, y manifieſta, que Fauſtino, que de la Igleſia de Braga fue promovido en eſte Concilio à la de Sevilla, y Maximo Metropolitano de Merida eran mas antiguos Prelados, y mas antiguos Metropolitanos, que Felix: porque Fauſtino, y Maximo ſe hallaron, y ſubſcrivieron en el decimoquinto Concilio de Toledo, en tiempo de Floreſindo anteceſſor de Felix en la Igleſia de Sevilla. Y precederles aqui Felix, ſeñal es de Primacia, y ſuperioridad.* Quod latine convertitur: „ Si Metropolitis antiquioribus in Concilio præeſſe Primatus indicium eſt; Primatus hîc Felici negari non poterit. Certum quippe, ac „ manifeſtum eſt, Fauſtinum, qui a Bracarenſi ad Hiſpalenſem Eccleſiam eſt translatus in eo Concilio, & Maximum Emeritenſem Metropolitanum Felice utrumque antiquiorem fuiſſe: uterque enim Synodo Toletanæ decimæquintæ ſubſcripſit, quo tempore Floreſindus prædeceſſor „ Felicis Hiſpalenſem regebat Eccleſiam. Hos vero hîc anteire Felicem Primatis, ac præpoſiti poteſtatis indicium „ eſt. Sic laudatus Auctor, e cujus teſtimonio ad meum argumentum vis major accedit. Hoc tamen totum Marchioni de Mondejar acceptum refero, qui tumquum Eccleſiaſticas diſſertationes conſcripſit, nondum peramplam hanc in Hiſpania ditionem aſſecutus, Acropolis tantum ſe Marchionem inſcribit; quod monere volui, ut, ſiqui Auctorem ipſum adire velint, facilius habeant iter.

Franciſc. Padill. hiſt. Eccl. Hiſp. t. 2. cent. 7. cap. 10. penes March. de Mond. diſſ. 4. c. 3. n. 76.

XXIV. Ex hiſce omnibus, quæ capite hoc docuimus, certa illatio ducitur, Toletanum Archiepiſcopum vel a Gothorum temporibus ante Barbarorum illuviem in Monarchiam Hiſpanienſem, Præſulibus cæteris etiam Metropolitanis Hiſpaniarum auctoritate ac poteſtate præiviſſe: etenim hanc tantum ob cauſam Epiſcopos atque Archiepiſcopos reliquarum quinque Metropoleon, quæ ad Hiſpaniarum Diœceſim pertinebant, antecelluit, ſeu ordinatione, ſeu dignitatis poſſeſſione antiquiores ii forent, omnibus in Conciliis

Nationum, tum ſedendo, tum ſubſcribendo, quia ſcilicet ratio habita fuit majoris Eccleſiæ ſuæ auctoritatis. Ac proinde convenit altera pars definitionis Primatus eidem Archiepiſcopo Toletano.

CAPUT XII.

Ratio altera perinde ac prior validiſſima, ad idem comprobandum.

SUMMA CAPITIS.

I. *D. Iſidorus Archiep. Hiſpalenſis remittit S. Heladio Archiep. Toletano cauſam Epiſcopi cujuſdam Cordubenſis deponendi.*

II. *Hinc deducitur Toletanum præiviſſe Metropolitas cæteros Hiſpaniarum.*

III. *Confirmatur, eo quod D. Iſidorus Epiſcopum ſibi ſubjectum judicandum permiſerit alii Metropolitæ.*

IV. uſque ad IX. *Memoriale fatetur, quod ita ſeſe re habente Toletanus Archiep. vere fuit* Primas. *Deinde objicit non D. Heladio, ſed Concilio permiſſam eam cauſam fuiſſe, cui erat tum ſumma poteſtas, quum nondum ad Sedem Apoſtolicam ſimiles cauſæ deferri cœptæ eſſent.*

IX. uſque ad XIV. *Fuſe traditur ex ipſo Memoriali doctrina appellationum, earumque alia aliis temporibus conſuetudo: præſertim vero ad* Primatem *appellandi in ſecunda inſtantia, ſeu ad Synodum Nationalem.*

XIV. *Cordubenſis Epiſcopus, quum non eſſet ſubditus Toletano Metropolitæ, certe eidem & ejus Concilio permittitur judicandus in ſecunda inſtantia.*

XV. *Idem evidenter comprobatur.*

XVI. *D. Iſidorus agnoſcens cauſam depoſitionis excedere juriſdictionem ſuam,* Primati, *ejuſque Concilio eam permiſit.*

XVII. *Idem comprobatur ex ejuſdem S. Iſidori literis ad D. Heladium.*

XVIII. *S. Iſidori tempore Hierarchicus Eccleſiæ Hiſpaniarum ordo erat perfectus eodem id teſtante.*

XIX. *In hoc ordine autem appellari ſolitum ab Epiſcopis ad Metropolitas ab his ad Primates, a quibus ad Summum Rom. Pontificem: at ob temporum difficultatem in Hiſpania ſolitum appellari ad* Primatem, *& ejus Concilium pro definitione cauſæ.*

XX. XXI. *Idem confirmant literæ S. Iſidori.*

XXII. XXIII. *Diligentior earumdem literarum explicatio, & aſſertio Toletani* Primatus.

XXIV. *S. Gregorii inſtructio ad Joannem Defenſorem idem evincit.*

XXV. *Lex Juſtiniani ab eodem S. Pontifice allata idem confirmat.*

XXVI. *Hanc legem S. Iſidorus eſt amplexus, quia probatam vidit a Sancto Pontifice.*

XXVII. *S. Iſidorus vi legis inhærens, & Canonem ſequens Concilii Nicæni, non damnavit Epiſcopum Cordubenſem, ſed* Primati *Hiſpaniarum permiſit damnandum.*

XXVIII. *Repugnat Sacris Canonibus doctrina Memorialis; nempe tum temporis ab uno ad alium Metropolitam appellari conſueviſſe.*

I. QUanquam ſatis jam oſtendimus, Toletanam Eccleſiam auctoritate, ac poteſtate reliquas omnes Eccleſias, ac Metropolitanos Hiſpaniarum anteire: tamen argumentum illud ſuppetit multo validiſſimum, quod Hiſpalenſi Eccleſiæ probandum utique erit, niſi ad infirmandum, ac diluendum idem, aliquid aptius excogitet. Ejuſmodi plane argumentum ex eo duco, quod Memoriale refert parte prima §. 11. num. 125. cujus ipſa verba profero; ea vero ſic ſe habent: *Que San Iſidoro Arzobiſpo de Sevilla eſcriviò à San Heladio Obiſpo de Toledo, ſobre el conocimiento de la cauſa de un Obiſpo de Cordova; que avia cometido pecado de incontinencia, remitiendoſele por quanto à èl pertenecia, eſte juicio.* Mem.p.1.§.11. n.125.p.133. Id eſt: „ Divum Iſidorum Archiepiſcopum Hiſpalenſem „ dediſſe literas ad S. Heladium Epiſcopum Toletanum (recte quidem Iſidoro Archiepiſcopi nomen tribuit, cur autem Heladio idem neget non intelligo,) de cauſæ cogni„ tione cujuſdam Epiſcopi Cordubenſis, qui ob incontinen„ tiæ delictum reus erat, eidem judicium id permittens, „ quatenus ad eum ſpectabat.

II. Ex hac re certa ſic ducitur argumentum: Niſi Divus Iſidorus minori auctoritate eſſet in Cordubenſem Epiſcopum, quam D. Heladius Archiepiſcopus Toletanus, huic minime illum permitteret, ut de ipſius crimine judicaret, pœnamque injungeret Reo juxta ſanctiones ſacrorum Canonum. Atqui omni procul dubio compertum eſt, prædictum Cordubenſem Epiſcopum Sancto Heladio delatum a Sancto Iſidoro fuiſſe, ut agnito, probatoque illius ſcelere, ipſi pœnam a ſacris Canonibus ſtatutam infligeret. Igitur S. Heladii auctoritas, quam D. Iſidori, major fuit in Epiſcopum Cordubenſem, ac proinde Toletanus Præſul Metropolitanos omnes excelluit.

III. Poſtrema hæc illatio patet, legitimamque Eccleſia Hiſpal. fatetur. Enimvero Epiſcopum Cordubenſem, quum Hiſpalenſis Suffraganeus foret (& erat tum temporis) a proprio Metropolita permitti Metropolitæ Toletano, ut judi-

cetur, poteſtatis indicium eſt Toletani præ cæteris Metropolitis; hoc poſito, quod de cauſis poſſet alienæ provinciæ, contra quam aliis fas erat, cognoſcere. De prima majori propoſitione nihil dubium eſt; non enim debuit D. Iſidorus Epiſcopum ſibi ſubditum Divo Heladio permittere judicandum atque deponendum: ſi ea ſe novit auctoritate eſſe idem Sanctus, qua illam tranſigeret cauſam. At certum exploratumque eſt, Sanctum Archiepiſcopum Hiſpalenſem ſibi parem non eſſe auctoritatem, ac poteſtatem, pro ea ferenda ſententia, ac exequenda; immo e converſo totam eam ineſſe Toletano Archiepiſcopo intellexiſſe; quare D. Heladio mittens Epiſcopum, Paſtoralis ipſius curæ eſſe ait judicium ferre, & in delicta ejuſmodi animadvertere: *Quia vobis ſollicitudo Paſtoralis incumbit, veſtrorumque judicio delinquentium errores diſcutiendos cenſura divina diſpoſuit.*

IV. Argumentum id tam conſpicuum, tam efficax ab Eccleſia etiam Hiſpalenſi validisſimum judicatur: Eidem tamen ut aliquid videatur objeciſſe, rem totam negat, dicens: *Si eſte argumento fuera como ſe propone, no ay duda tenia alguna eficacia, para probar el intento, porque una vez, que conſtaſſe, que el Metropolitano de Sevilla recurria à el de Toledo, à que decidieſſe cauſa de ſu Provincia, que èl no podia terminar; y mucho mas conſiderando eſte recurſo en la perſona de ſan Iſidoro: à quien comunmente las Hiſtorias Eclеſiaſticas de Eſpaña le ſuponen legado, y con todas las veces Pontificias en la Dieceſi de Eſpaña: ſi eſte fueſſe aſſi, no ay duda que ſeria un argumento poſitivo de ſuperioridad, que probàra el intento.* Idem latine ita convertitur: „ Si ut proponitur, re ita eſſet id argumentum, hauddubie Primatum adſtrueret; quando enim „ conſtaret Metropolitanum Hiſpalenſem ſuæ provinciæ cauſam, quam ſibi tranſigere non liceret, ad Toletanum detuliſſe ut ſententiam diceret; præterea id præſtitum eſſe, „ quod majus eſt, a D. Iſidoro, quem Hiſpanæ omnes „ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Legatum appellant, viceſque Pontificis gerentem in Hiſpaniarum Diœceſi; ſi ita ſe inquam „ res haberet poteſtatis hauddubie ſuperioris foret argumentum, quo Primatus aſſereretur. Mirum in modum delector quod teſtimonium hoc appoſuerim; quum enim ſubſiſtere nequeat ſupervacanea illius objectio, ac fiduciæ plena, vim ſuam retinet argumentum, validandi cauſa quod probare conſtitui.

Mem. ubi ſup.

V.

V. Eccleſiæ autem Hiſpalenſis objectio ſic ſe habet : *Que en la propueſta de eſte argumento ſe encuentra luego la poca advertencia, aſſi de la inteligencia de la carta, como tambien de la practica de las Igleſias de Eſpaña, en eſte caſo, y en los ſemejantes à èl, como ſe verà por la reſpueſta. San Iſidoro no eſcriviò al Prelado de Toledo, ſino al Synodo congregado en aquella Ciudad, y à todos los Obiſpos, que le componian: y el ſobre eſcrito de la carta es el ſiguiente*: Dominis meis, & Dei ſervis Heladio, cæteriſque qui cum eo ſunt coadunati Epiſcopis, Iſidorus. *Deſpues en el contexto de ſu carta, dice*: Depoſcimus ut idem lapſus Cœtui veſtro præſentatus, agnito a vobis confeſſionis eloquio, a gradu Sacerdotii deponatur. *Es lo miſmo acudir San Iſidoro à un Concilio de Prelados, à quien preſidia Heladio, como Metropolitano, para que*, Synodali ſententia, *determinaſſe la cauſa de un Obiſpo de ſu provincia que acudir à la perſona de el Metropolitano de Toledo? No es mucho que no tuvieſſe preſente Alcocèr* (ab hoc Auctore Eccl. Hiſpal. argumentum accepit, quod contra inſurgit) *eſta coſtumbre de aquel tiempo eſtablecida en las Dieceſis de el Patriarcado de el Occidente, en la depoſicion de los Obiſpos, quando llegaba el caſo de averſe de executar.*

VI. *Eſta rigoroſa ſentencia ſe practicaba, y executaba ſegun los Canones de los Concilios Generales, y las Decretales de varios Pontifices, por tres eſpecies de delitos expreſſados en los miſmos Canones; y eſtos eran Idolatria, homicidio voluntario, è incontinencia; y en la Dieceſi de Eſpaña ſe añadiò el quarto por varios Canones de ſus Concilios; y eſte fue el* crimen læſæ Majeſtatis in primo capite. *Para executar eſta pena, tenian los Metropolitanos plenaria autoridad ſobre todos los Ecleſiaſticos de ſus Provincias haſta los Presbyteros. Las cauſas de los Obiſpos eſtaban reſervadas à los Synodos, en los quales ſe determinaba, è imponia la pena de depoſicion... por no eſtàr entonces reſervadas eſtas cauſas tan eſtrechamente à la Sede Apoſtolica, y al Tribunal ſolo de el Patriarca de el Occidente, que es el Sumo Pontifice, Vicario de Chriſto en la tierra.* Quod latine ita convertitur.

VII. „ In hujus argumenti propoſitione videre eſt primo aſpectu imprudentiam tum quod ſpectat ad epiſtolæ „ intelligentiam, tum quod attinet ad praxim conſiderandam Eccleſiarum Hiſpaniæ in hac re, aliiſque hujus ſimilibus, ut reſponſio palam faciet. Divus Iſidorus neutiquam „ dedit literas Toletano Præſuli, at Synodo in ea urbe

„ congregatæ, omnibuſque Epiſcopis, qui aderant; epiſtola enim ſic foris inſcribitur: *Dominis meis*, & *Dei ſervis Heladio, cæteriſque, qui cum eo ſunt coadunati, Epiſcopis, Iſidorus*. Intus vero in contextu: *Depoſcimus, ut idem lapſus Cœtui veſtro, præſentatus, agnito a vobis confeſſionis eloquio, a gradu Sacerdotii deponatur*. Itane? Perinde erit Iſidorum deferre ad Epiſcoporum Synodum, cui Heladius præerat, tanquam Metropolita, ut *Synodali ſententia*, Epiſcopi e ſua provincia cauſam definiret, atque ad Toletanum ipſum Metropolitam? Mirum ſane, quod fugerit Alcocerium conſuetudo eorum temporum, quæ in Occidentalis Patriarchatus Diœceſi vigebat, quod ſpectat ad Epiſcoporum depoſitionem, ſiquando id oporteret fieri.

VIII. „ Animadverſio hæc juxta generalium Canones Conciliorum, ac variorum Pontificum Decretales, tria cumprimis in delictorum genera per eoſdem Canones recenſita, Idolo-latriam nempe, homicidium voluntarium, & incontinentiam, fieri conſuevit. In Hiſpanienſi autem Diœceſi quartum genus eſt additum per varios Conciliorum Regni Canones, *crimen*, videlicet, *læſæ Majeſtatis in primo capite*. Ad ejuſmodi pronunciandam ſententiam, plena apud Metropolitanos erat poteſtas in omnes provinciæ Eccleſiaſticos uſque ad Presbyteros. Cauſæ vero Epiſcoporum Synodo debebantur, in qua decernebant Patres, imponebantque depoſitionis pœnam... Nondum quippe hujuſmodi cauſæ ad Apoſtolicam Sedem, unumque ad Tribunal Occidentalis Patriarchæ, Summi nempe Pontificis Chriſti Vicarii in hoc terrarum orbe diſtricte adeo referebantur.

IX. Haud queretur Eccl. Hiſpal. aliquid per nos, vel minimum prætermiſſum eſſe e ſua reſponſione ad argumentum; eam quippe ad verbum afferre non piguit. At niſi meus me fallit animus, eadem ex reſponſione palam arbitror factum iri imprudentiam, & quod ad literarum ſententiam, & quod ad praxim Eccleſiarum Hiſpaniæ pertinet hac in re; uti ex rationis perſpicuitate patebit, ubi deſtruetur penitus reſponſio illa ad argumentum. Quoniam vero major oppugnatio ſuppetet ex doctrina ipſa, quam Memoriale jactat, operæ pretium eſt conſiderare; quod de appellationibus agens, diverſimode agitatas eaſdem olim fuiſ-

Mem. p. 1. §. 12. n. 133. p. 141.

fuiſſe affirmat, adeo ut non æque agi ſemper de cauſis Eccleſiaſticis conſueverit, quibuſcumque ſeculis, omnibuſque in Eccleſiis. Eaque re poſita, tanquam certa, quod ſcilicet jus appellationis ad Summum Pontificem, velut Eccleſiæ caput, a Catholicis omnibus divini ſemper juris loco habitum fuit; nullique Catholicorum ſentire contrarium fas eſt; perſequamur conſuetudinem, quæ in Hiſpania olim viguit, ut validitas argumenti luculentior fiat.

X. *La practica antigua de las apelaciones, en Eſpaña* (ſic Memoriale) *ſegun la coſtumbre de ſus Igleſias, junta con la tolerancia de la Sede Apoſtolica fue eſta. Deſpues de el Concilio Niceno, las apelaciones en eſtas cauſas ſe practicaron conforme à los Canones* 12. *y* 14. *de el Concilio Antiocheno ... y ſegun los Canones de el Concilio Sardicenſe* 3. 4. 5. 6. *que preſidiò Oſio Obiſpo de Cordova, y los publicò en Eſpaña en un Synodo celebrado en Cordova año de* 356.... *Las cauſas de los Eclefiaſticos, haſta el grado de Presbyteros, ſe terminaban, ſegun eſtos Canones, ante ſus Obiſpos ... Las de los Obiſpos, ſiendo mayores, ſe ventilaban en el Synodo de ſu Provincia. Y ſi el delito ſe probaba plenariamente, y era digno de la pena de depoſicion, ſegun los Canones; aùn reſtaba otra circunſtancia, que conſiderar en el juicio.*

XI. *Porque en la ſentencia podia ſuceder, que todos los Obiſpos Comprovinciales fueſſen de un miſmo parecer con ſu Metropolitano, ò que eſtuvieſſen divididos en contrarios pareceres. Si todos eſtaban unanimes, ſe pronunciaba la ſentencia de conformidad, dexandole al reo el derecho de apelacion al Primado, ſi le avia, con ſu Concilio; ò al Concilio Nacional de toda la Dieceſi: pero ſi los votos no eran conformes, llamaba el Metropolitano à otro Metropolitano, el mas cercano, con otros dos, o tres Obiſpos Suffraganeos de eſte: y lo, que la mayor parte determinaba, eſſa ſentencia ſe pronunciaba, quedandole al reo el derecho de apelacion.* Sic Hiſpalenſis de illorum temporum conſuetudine: cujus ipſiſſima eo verba tulimus, ut dubium omne procul habeatur, quin vera ſint, quæ præmittimus, ad veritatem, perſpicuitatem, atque efficaciam rationis intelligendam, quam in reſponſionem illius inſurgo. Mox eadem latine convertam.

XII. „ Hæc profecto vetus appellationum conſuetudo „ viguit in Hiſpania, juxta ipſius Eccleſiarum morem, & „ Apoſtolicæ Sedis tolerationem. Poſt Nicænam Synodum in

„ in cauſarum appellationibus ſervatæ ſunt Sanctiones Canonum 12. & 14. Antiocheni Concilii... Necnon Canonum 4. 5. 6. Sardicenſis, cui Oſius præfuit Cordubenſis Epiſcopus, qui eoſdem in Hiſpania Canones evulgavit in Concilio Cordubæ celebrato Redemtionis anno 356.... Eccleſiaſticorum ſcilicet cauſæ uſque ad Presbyteros, juxta eos Canones, coram propriis Epiſcopis cognoſci conſuevere. Epiſcoporum vero, utpote dignitate majorum, in Synodo provinciali; quod ſi ſatis conſtaret de crimine, adeo ut depoſitionis pœna juxta Canones multandus reus videretur; adhuc tamen reſtabat aliquid judicio agitandum.

XIII. „ Etenim id contingere in ſententia ferenda poterat, ut vel Epiſcopis Comprovincialibus cum Metropolitano conveniret, vel alii alia judicarent. Si unanimi omnes conſenſu forent, æqua, unanimiſque ſententia pronunciabatur, juſque integrum reo permittebatur ad Primatem appellandi, ſi exiſteret, ejuſque Concilium; ſive ad Synodum Nationalem totius Diœceſis: ſin e converſo diſcrepantia eſſent ſuffragia, tunc Metropolita proximiorem advocabat Metropolitanum, duoſque alios, treſve ejuſdem Suffraganeos; & juxta ſancita ab eorum pleriſque, ſententia ferebatur, ſarto tectoque appellandi jure relicto eidem reo.

XIV. Videamus, jamvero quomodo hæc conſuetudo cum Eccleſiæ Hiſpalenſis doctrina conferri poſſit. Ac primum certo certius eſt, delinquentem Epiſcopum neque judicari, neque condemnari a Metropolita, Concilioque potuiſſe, quibus auctoritas in illum haudquaquam eſſet: hanc ſiquidem alienæ juriſdictionis libertatem unuſquiſque habet jure naturæ; ut autem alieno quis judicio, ac ſententiæ ſit obnoxius, neceſſe eſt ut ab onere, officio, ac dignitate jus iſtud proveniat, quæ alii poteſtatem, juriſdictionemque in ipſum faciant: qua in re dubitatio nulla eſſe poteſt. Quamobrem ſi D. Iſidorus Cordubenſem permiſit Epiſcopum Concilio Toletano ac Metropolitæ, fatendum erit Concilio eidem Toletano, ac Metropolitæ juriſdictionem, & auctoritatem fuiſſe in Epiſcopum Cordubenſem. Neque vero hæc prima erat inſtantia, quæ, Hiſpalenſi Eccleſianos docente, ad proprium Metropolitanum, Provincialemque

que ipſius Synodum pertinebat. Dicenda ergo erit ſecunda inſtantia cauſæ hujus Epiſcopi, quæ non potuit niſi ad Primatem, ejuſque Concilium deferri.

XV. Argumenti efficacia fit patens. Epiſcopo jam depoſitionis damnato in prima inſtantia ob aliquod eorum criminum, quæ Sacri Canones recenſent, alterutra reſtabat appellatio, ſeu *ad Primatem, ejuſque Concilium*, ſeu *ad Synodum totius Diœceſis Nationalem*: ut patet ex Hiſpalenſis verbis ſupra allatis. Cordubenſem vero Epiſcopum conſtat, appellationis cauſa, non eſſe permiſſum Nationali totius Diœceſis Concilio. Fuit igitur D. Heladio permiſſus, tanquam Primati, ejuſque Concilio. Enucleatius oſtenditur ratio, quæ mea opinione evidens, ac manifeſta eſt. D. Iſidorus neque permiſit, neque permittere potuit Epiſcopum Cordubenſem Toletano Metropolitæ aut cum Concilio, aut abſque eo, uti de ipſius crimine cognoſceret in prima inſtantia, ſententiam pronunciaret, deponeretque. Id patet: primò quia quum Cordubenſis Epiſcopus tum temporis Toletani Suffraganeus non eſſet, neque huic ille erat ſubditus, neque in hunc ordinaria illi erat juriſdictio: deinde quia ſi Toletani Metropolitæ ſententia aut in Concilio, aut extra Concilium, prima fuerat; ab omni id quidem jure alieniſſimum erat, ſententiam exequi tam atrocem contra Epiſcopum, appellatione ad alium quemcumque judicem ſublata: ab omni autem fide abhorret, quod D. Iſidorus manifeſtam adeo culpam in ſe admitteret.

XVI. Verum enimvero dubitari non poteſt, quin Sanctus Doctor D. Heladio, atque ejus Concilio permiſerit Cordubenſem Epiſcopum, ut ipſum damnaret, ac ſententiam exequens dignitate abdicaret. Liquido ergo conſtat, Toletanæ Synodi provincialis judicium, cui D. Heladius Metropolitanus præerat, neque latum in prima inſtantia eſſe, neque ab eo judice, ad quem de crimine ſpectaret cognoſcere, præter appellationis cauſam in ſecunda inſtantia. Is autem, ut Eccleſia Hiſpalenſis monuit, nonniſi Primas cum ſuo Concilio eſſe poterat. Ex hac igitur Epiſcopi Cordubenſis permiſſione D. Heladio, ejuſque Concilio argumentum ducitur juriſdictionis, auctoritatiſque Toletani Metropolitæ ſupra Hiſpalenſem. At vero ſi S. Præſuli Iſidoro poteſtas fuit ſententiam depoſitionis exequendi, ecquid igitur D. He-

 ladio,

ladio, atque ejus Concilio illum permittit Epiſcopum, ut deponatur? Intellexi: cognovit Sanctus Doctor cauſam iſtam excellere juriſdictionem ſuam: necnon exploratum habuit Divo Heladio cum ſua Synodo tantum auctoritatis ineſſe, ut neceſſarii omnes ad depoſitionem actus tranſigerentur. Quæ quum ita ſint, Iſidorum ergo non latuit, Præſulem Toletanum ejuſque Synodum ſibi, ſuæque Synodo anteire; quæ quidem auctoritas ad Primatem tantummodo referri poteſt. Proindeque certa illatio fit, a Sancto Iſidoro totius Hiſpaniæ Primatem eſſe cognitum Præſulem Toletanum.

XVII. At verba etiam epiſtolæ D. Iſidori animadverti debent. *Quia vobis*, inquit, *ſollicitudo Paſtoralis incumbit, veſtrorumque judicio delinquentium errores diſcutiendos cenſura divina diſpoſuit*. Ubi plane S. Doctor non ait, ſe permittere Antiſtitem, quo judicium ſubeat, qua in re huc uſque inhæſit argumentum; at rationem affert, cur eum ad D. Heladii, atque ejus Synodi judicium defert: quod nempe ipſi Toletano Præſuli, ejuſque Synodo ſollicitudo paſtoralis incumbit ejuſmodi delinquentium errores diſcutiendi, cenſura ita divina diſponente. Ea profecto verba ſi attente expendantur, manifeſto Eccleſiæ Toletanæ Primatus percipitur: quorum ut notio certa teneatur, ponendum eſt, quod Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ordo a Chriſto Domino fuit inſtitutus: at ejus forma ne proficeret fuerunt in cauſa perſecutiones, quibus Eccleſia primis iis temporibus aſſidue vexabatur, quæ demum poſt Nicænam Synodum aucta; omnibuſque abſoluta numeris fuit.

XVIII. Hinc factum eſt, ut D. Iſidori tempore Hiſpanienſis Eccleſia integram, abſolutamque Hierarchiam præſeferret, uti apparet ex ejuſdem S. Doctoris libro etymologiarum per hæc verba: *Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt, in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, & Epiſcopis*. Videtur hîc Sanctus, voce, *Archiepiſcopis*, Primates ſignaſſe, utpote quorum dignitas præit Metropolitanos. Quanquam aliquot inde annis Metropolitani dignitas, quam Archiepiſcopi, major erat. Hic igitur in Eccleſia ordo conſtitutus fuit, ut Monarchia, tanquam omnium optima moderatio fieret: omnium ſcilicet caput, cui omnes obtemperarent, ſummamque noſcerent poteſtatem eſſe, Romanus Pontifex: hunc proxime ſequuntur Patriarchæ, aut Primates integræ unius

S. Iſid. lib. 7. etym. cap. 12.

unius provinciæ, prout ea tempeſtate dicebant, nunc vero ut nos dicimus, Regni: poſtea Archiepiſcopi, qui Metropolitæ appellantur: denique Epiſcopi.

XIX. Hoc autem in ordine Eccleſiaſticæ Hierarchiæ appellationum conſuetudo ſic ſe habuit, ut ab Epiſcopis ad Metropolitas, ab his vero ad Primates, a quibus denique cæteriſque omnibus ad Summum Romanorum Pontificem appellaretur. At quoniam ſumma iis temporibus difficultas erat Romam ſemper deferendi, mos viguit in Hiſpania ille, quem Hiſpalenſis Eccleſia memorat, noſque ſuperius attulimus, cujus rei exempla in Hiſpania non deſunt. Quæ quum vera ſint, uti ſunt certe veriſſima, conſtans æque eſt, Epiſcopum habuiſſe juriſdictionem in oves proprias, Metropolitanum quandoque in Suffraganeorum: quandoque item in Metropolitarum oves Primatem, ut jam poſuimus primo capite hujus ſecundæ partis numero nono. Hanc ipſi juriſdictionem habebant jure Divino, licet participes ejuſdem effecti per Summum Pontificem, quemadmodum Auctor Memorialis optimis Theologiæ præceptis tradit, a cujus rei veritate nos dimovere nequeunt leviſſima aliquot recentiorum argumenta, quæ iiſdem invidiam, graviumque cenſuram Theologorum pepererunt. *Mem. p. 2. §. 7. n. 87. p. 235.*

XX. Ejuſmodi doctrinâ D. Iſidori verba planiſſime declarantur. *Quia vobis* (Archiepiſcopo Toletano, & ejus Concilio) *ſollicitudo paſtoralis incumbit, veſtrorumque judicio, delinquentium errores diſcutiendos cenſura divina diſpoſuit.* Metaphorica illa verba ovile, oves, Paſtores, queis Dominus noſter Jeſus Chriſtus indicavit Eccleſiam, ab eoque mutuati eadem Patres ſunt, mapalium exemplum ad rem noſtram aptiſſimum menti offerunt. Ea profecto gregibus frequentia ſunt, qui licèt greges ſinguli cuſtodes habeant ſingulos, præque his paſtorem unum totius ovilis caput, quem nos Hiſpani *Rabadan* nuncupamus; mapalia tamen ipſa Præfectum habent cuſtodes cæteros gregum auctoritate præeuntem, cui tota ſollicitudo paſtoralis incumbit, unuſque omnes ſuprema poteſtate Dominus rerum antecellit. Haud multum ab Hiſpanienſi Eccleſia hæc abludit imago, cujus ovile in Catholica Eccleſia factum ſemper eſt plurimi. In ea ſiquidem erant Epiſcopi, quibus curæ erant Fideles; Metropolitæ, queis cura incumbebat gregum; denique Primas, qui tanquam

Paſtoribus præfectus cæteris, de iis omnibus eſſet ſollicitus, eorumque vitia corrigeret, neceſſe erat. Quumque ad Dominum, cui ſuprema & abſoluta eſt poteſtas, facilis non pateret aditus, delinquentes poterat a cura gregis removere, alioſque ſufficere in ipſorum locum, gregibus cuſtodiendis aptiores.

XXI. Id porro exemplum reſpexit Iſidorus, ubi Toletano ait Præſuli, tanquam Paſtori, ſeu Præfecto, ſollicitudinem cæterorum Paſtorum incumbere. Patet igitur, graviſſimo hoc Eccleſiæ Doctore teſte, ad Toletanum Archiepiſcopum (bono omine ſit is cum ſua Synodo) jure divino pertinuiſſe a delinquentibus pœnas repetere, ac pro Paſtorali ſollicitudine in eorum errores animadvertere. Notandum eſt autem, non dixiſſe S. Archiepiſcopum, Toletano incumbere certi delinquentis, aut certi criminis peculiarem diſcuſſionem; at univerſe, diſcutiendos ipſi eſſe delinquentium errores, non ſecus atque omnes dixiſſet delinquentes, erroreſque omnes: quamobrem peculiarem hunc reum ſeſe eidem ait permittere, perinde quaſi juriſdictionis ipſius foret: idque innuunt allata ejuſdem verba: *Quia vobis ſollicitudo paſtoralis incumbit, veſtrorumque judicio delinquentium errores diſcutiendos cenſura divina diſpoſuit?* Idcirco hunc vobis reum permittimus, licèt nobis ſubditum; ut pro ejus delicto in ipſum animadvertatis.

XXII. Sed epiſtolæ hujus ſententiam dilucidius explicabo. Divus Iſidorus de cauſa Epiſcopi Cordubenſis cognovit, teſtatumque illius delictum tenens, utpote quem tali in re non latuit quid agendum foret, Epiſcopum depoſitionis pœna dignum cenſuit. Quæ quum ita ſint, quæro: Sanctus Archiepiſcopus erat ordinarius Judex; quidni ergo hunc depoſuit? Quid ad hæc? Quod ſcilicet, quanquam is novit, qua multandum pœna eſſet crimen, tamen ea ſe intellexit auctoritate non eſſe, ut pœnam illam infligeret. Provinciale Metropolitani Concilium, hac tantum ſignificatione reputatum, Provinciali Concilio Hiſpalenſi nihil auctoritate præſtat (idque intelligendum in Epiſcopos Metropolitano eidem ſubditos) nullum quippe jus habet in ſubditos Metropolitis cæteris. Quare liquido conſtat, quod a D. Iſidoro ad Toletanum Præſulem eum Epiſcopum mitti perinde eſt ac noſſe, Toletanum eumdem Præſulem di-

divina providentia auctoritatis, atque juriſdictionis ejus eſſe, quæ a ſe, ſuoque Concilio aberat, nec meri Metropolitæ, ejuſque Synodi erat propria.

XXIII. Harum propoſitionum ſingulæ, eorum neceſſariæ illationes ſunt, quæ geſſit, dixitque Iſidorus. Enimvero quænam auctoritas iſta tanta, atque juriſdictio Archiepiſcopi Toletani propria, ipſiuſque Synodi, quæ Divi Iſidori, ac cæterorum quorumcumque auctoritatem Metropolitarum, cum ſuis Conciliis antecellit? Equidem præter Primatis auctoritatem, quænam ea ſit non video: ad Primatem quippe & ejus Concilium provocari a Metropolitano, in depoſitionis cauſis conſuevit, ut luculentiſſime Eccleſia Hiſpalenſis demonſtravit. Quanquam vero iſtæc provocatio unicum non erat perfugium, namque ad Nationale quoque Concilium patebat aditus; Primas tamen alteruter Judex erat, a quo ſententiam audiendi libertas fuit Provocanti. Quumque Concilium Toleti opportune haberetur, (ut poſuit Eccleſia Hiſpalenſis, a literarum titulo, quas D. Iſidorus dedit, id conjiciens: *Dominis meis, & ſervis Dei Heladio, cæteriſque qui cum eo ſunt, coadunatis Epiſcopis*) brevitatis, cauſæque expediendæ gratia, reum Primati, ejuſque Concilio permiſit.

XXIV. Certum mihi eſt rationi argumentum aliud adjungere, quod ni fallor, ſapientes æquiſſimum, prudentes validiſſimum, & ad rem noſtram aptiſſimum fatebuntur. Hac in re Divo Iſidoro neque conſilium, neque æquitas defuerunt; qui enim doctrinæ, ac ſanctitatis laude tantum eminuit, incredibile eſt, eum ſeu minus aliquid rectum, ſeu minus æquum perpetraſſe. Quumque pro certo habendum ſit, Epiſcoporum nullum judicari potuiſſe ab alienæ Metropolis Præſulibus, quemadmodum docuit Magnus Gregorius in inſtructione ad Joannem Defenſorem, ubi eum in Hiſpaniam miſit cognoſcendi cauſa de Januarii & Stephani depoſitione, quorum infra erit mentio: *Epiſcopus*, inquiens, *ab Epiſcopis alieni Concilii non debuit judicari*: quum inquam pro certo id habendum ſit, teſtimonium, & auctoritas deſiderantur, quibus ea Præſulis traditio per Iſidorum facta ad Toletanum Præſulem, extra cujus Diœceſim erat Corduba, innitatur. S.Greg. l.11.ep.8.

XXV. Verum ejuſmodi teſtimonium, & auctoritas lu-

culentiſſime habentur ex iiſdem Pontificis ad Defenſorem literis, in quibus legem affert ex Juſtiniani Novellis, de modo tenendo in Epiſcoporum cauſis; quæ quoniam ab eodem Sancto Pontifice ſuis in literis prolata eſt, tanquam documentum ſervandum in Stephani Præſulis cauſæ cognitione, pro Canonica, & probata ab Eccleſiaſtica Curia haberi oportet. Lex eſt: *Si a Clerico, aut Laico quocumque aditio contra Epiſcopum fiat propter quamlibet cauſam, apud Sanctiſſimum ejus Metropolitanum, ſecundum ſanctas regulas, & noſtras leges, cauſa judicetur. Et ſiquis judicatis contradixerit, ad Beatiſſimum Archiepiſcopum, & Patriarcham Diœceſeos illius referatur cauſa: & ille ſecundum Canones, & leges, huic præbeat finem.*

Juſtinian. apud S. Greg. ſup.

XXVI. Ejuſmodi legem fuiſſe ob oculos Divo Iſidoro manifeſtum eſt; eaque inhæret æquitas, & ratio, cur cauſam Cordubenſis Epiſcopi ad Toletanum deferret, ut eam definiret. Etenim, tametſi Gothi Romanorum leges minime ſequerentur, a Divo Gregorio probari hanc Iſidorus ſentiens, tanquam rectam, vel ipſe ad eamdem adjunxit animum. Abſit vero ut quis interroget unde conſtet, Iſidorum hanc Juſtiniani legem a Pontifice comprobatam inſpexiſſe; a me quippe ratio evidens præſto erit. Plane Joannes Defenſor in Hiſpaniam venit paulo admodum poſt Divi Leandri obitum, ac paulo ante, vel fortaſſe etiam aliquanto poſt creatum Epiſcopum Divum Iſidorum, quod poſtea demonſtrabimus. Itaque dubitari videtur non poſſe, quin Defenſor certiorem fecerit Sanctum Archiepiſcopum de iis, quæ ſibi in mandatis erant, deque documentis, quæ afferebat circa illam cauſam agitandam. Credibile id quidem eſt: quum enim tanti ea tempeſtate haberetur Divus Iſidorus, utpote qui genere, literis, ac virtute præſtantiſſimus erat; forte etiam, quod veriſimile eſt, Hiſpalenſis Præſul; quumque Defenſorem fugere nihil poſſet, inconſiderate admodum hic ſe geſſiſſet niſi omnia cum illo ſingillatim communicaſſet; eoque id magis, quia Januarius quem ſuam in ſedem Malacitanam reſtituit Suffraganeus erat Hiſpalenſis.

XXVII. Ea lex, ea quidem certe ratio eſt, cur Divus Iſidorus Cordubenſem Epiſcopum S. Archiepiſcopo Toletano Heladio permiſerit, ejuſque Concilio, quod certe cum

reo

reo præſtandum fuit. Enimvero delatus hic Præſul fuerat ad Metropolitanum ſuum Archiepiſcopum Hiſpalenſem juxta ſacros Canones, legesque a ſummis acceptas Pontificibus, qui pro indignitate cauſæ ſententiam depoſitionis pronunciavit. Hactenus ab Juſtiniani lege per Divum Gregorium probata non eſt diſceſſum. Sententiam hanc reus detrectat, provocat ad aliud Tribunal: quônam? Nempe *ad Beatiſſimum Archiepiſcopum & Patriarcham Diœceſeos illius*, ait lex. Ad hunc Iſidorus per S. Gregorium inſtructus deferret opus erat. Quæro: cuinam Iſidorus permiſit reum, cauſæque ipſius cognitionem Toletano ſcilicet Archiepiſcopo provinciæ ſuæ tum forte Synodum celebranti: Ergo ex rectiſſima, & æquiſſima D. Iſidori opinione Toletanus Præſul Beatiſſimus erat Archiepiſcopus, & Patriarcha totius Hiſpaniæ: ejuſque Concilium a reo inſolens haberi non poterat; non enim Provincialis inſtar meri Concilii Suffraganeorum de cauſa cognoviſſet, ſed tanquam Archiepiſcopi, & Patriarchæ Diœceſeos Concilium, quæ Cordubam quoque comprehendebat. Namque Iſidorus, ut arbitror, Nicænæ Synodi decretum inſpexit, quod ita ſe habet: *Archiepiſcopus nullum Epiſcopum ex his, qui ſub poteſtate ejus ſunt, cujus peccatum ſciat, judicet; nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, niſi interveniente Patriarcha, qui rem explorate cognitam habeat.* Id plane credendum mihi eſt de tanto, tantæque ſanctitatis Præſule.

To.2.Conc.edit. Reg. Conc. Nic. cap. 44. p. 276.

XXVIII. Ex dictis conſtat Toletanæ Eccleſiæ Præſulem Divi Iſidori temporibus ab Hiſpalenſis Eccleſiæ Antiſtite habitum tanquam Archiepiſcopum, & Patriarcham totius Diœceſeos, id eſt Hiſpaniæ totius: (eruditis quippe clam non eſt, quod noſtra hac tempeſtate dicimus regnum, Diœceſim tum temporis id appellari conſueviſſe, quodque Diœceſis nobis eſt, Parœciam olim fuiſſe) quamobrem provocationum a Metropolitanis cauſæ ad illum, tanquam aliis dignitate, & jurisdictione præſtantem deferebantur. Recta hæc ratio eſt, cur Divus Iſidorus hunc ſibi ſubditum Præſulem Toletano permitteret; præter quam nullam Eccleſia Hiſpalenſis adducit, dicens, non Heladio illum, ſed Concilio permiſſum eſſe; hoc loco afferre negligens, quænam Provinciali Synodo Toletanæ jurisdictio fuerit in Hiſpalenſes Suffraganeos citra Primatis auctoritatem. Hoc inquam

quam loco. Alibi enim, ut videre erit ſequenti capite, ſibi cavens ab argumenti vi, contendit oſtendere, quod tametſi Metropolitæ omnes eſſent *a pari*, ab uno tamen ad alium provocari conſueverit, idque ante Concilium Toletanum XIII. quod neque hiſtoria, neque ratione minimum inhæret: querique unuſquiſque recte poterat, quod contra ſacros Canones *judicabatur ab Epiſcopis alieni judicii*. Itaque quum id ab Iſidori ſapientia, prudentia, virtute abhorreat plurimum, exploratum nobis compertumque eſſe debet, quod pronunciata ab ejus Concilio ſententia in Epiſcopum, hujus ipſe cauſam ad alium detulit auctoritate, atque juriſdictione majorem, Archiepiſcopum nempe, Patriarcham, Primatemque totius Hiſpaniæ.

CAPUT XIII.

Contentio altera in idem factum.

SUMMA CAPITIS.

I. *Imbecillitas objectionum Memorialis.*

II. *Marchio de Mondejar in Memoriali reprehenditur, tanquam inſcius priſcæ conſuetudinis Eccleſiæ Hiſpaniarum.*

III. *Idem defenditur, monſtraturque jure ipſum exiſtimaſſe Primatem S. Heladium.*

IV. V. *Memoriale falſò objectat eidem, quod Primatia iis temporibus non fuerit in Hiſpania, dum ille e contrario & hiſtoriæ monumentis, & ratione probat fuiſſe.*

VI. *Marca non eſt ita amplectendus in tractatu de Primatu, ut graviores auctores poſthaberi debeant.*

VII. VIII. *Joannes Morinus teſtatur Toletanum Primatum Gothorum tempore.*

IX. *Enucleatius expenditur Morini ſententia; & aſſeritur Primatus Toletanus longe antiquior Gothorum ævo.*

X. *Synodi Nationales Hiſpaniæ legitimam juriſdictionem habuerunt in cauſas Depoſitionis, ſummis Pontificibus annuentibus.*

XI. *Non negatur ejuſmodi cauſas ad ſummum Pontificem ſemper ſpectaſſe; attamen affirmatur in Hiſpania & aliis aliquot Provinciis ad Nationale Concilium Pontificibus non abnuentibus pertinuiſſe.*

XII. *Cæciliani exemplo comprobatur.*

XIII. *D. Chryſoſtomi exemplum idem evincit.*

XIV. *Januarii Malacitani exemplum confirmat in Hiſpania idem moris extitiſſe.*

XV. *Quidam Epiſcopi non appellarunt; at vitam pœnitentium extra ſuam ſedem geſſerunt fatentes proprium reatum.*
XVI. *Illatio confirmans res prædictas.*
XVII. XVIII. XIX. *Confutatio doctrinæ Memorialis in cauſa Depoſitionis.*
XX. *Memoriale negat Concilium Toleti eſſe habitum D. Heladii tempore: evincitur ejus error.*
XXI. XXII. XXIII. *Concilium Toleti habitum anno 597. fuit Nationale non Provinciale ut autumat Eccleſia Hiſpalenſis.*
XXIV. XXV. *Ex ipſa doctrina Memorialis elicitur firmiſſimum argumentum* Primatus *Toletani.*
XXVI. *Eluditur doctrina Memorialis tradentis uſque ad Concilium Toletanum* XIII. *conſueviſſe appellari ab uno Metropolita ad alium.*
XXVII. *Poſt eamdem Synodum* XIII. *appellari cœptum ad Viciniorem Metropolitam ex ejuſdem conceſſione: non igitur conſuevit.*
XXVIII. XXIX. *Expenditur alia doctrina Memorialis, & aſſeritur Toletanus* Primatus.
XXX. *Memoriale appellat* V. *Synodum Toletanam Provincialem; eamdemque alio loco Nationalem.*
XXXI. *Cordubenſis Epiſcopus permittitur Synodo jam congregatæ, non autem congregandæ, ut Eccleſia Hiſpalenſis autumat.*
XXXII. *Prædictarum rationum Epilogus, & aſſertio Toletani* Primatus *D. Iſidori tempore.*

I. TAnti eſt roboris argumentum, quod a ſimplici expoſitione rei ductum eſt, (cui ni fallor vim novam adjungit ratio ejuſdem explanandi) ut illi haud ſatis a ſe factum rata ſemel atque iterum reſpondendo Eccl. Hiſpal. prima in ſui memorialis parte, primum nempe in Alcocerium, deinde in Marchionem de Mondejar inſurgens, denique idem urgeat in parte tertia, a pagina 342. prope finem numero 26. ad finem numeri 27. pag. 346. ubi tot, & tam varia ſimul præſefert, aliis alia miſcens, ut modo neget quæ affirmavit, modo annorum ſeriem amplificet, modo contrahat; modo Canones afferat in genere, utpote inſtitutæ contentioni adverſantes, & auctoritati, qua inhæret; modo idem afferat, quod eſt controverſum. Quamobrem diximus in prooemio ab ipſius dictis non abludere quæ Horatius cecinit. *Mem.3.§.2.nu. 26.pag.342.*

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Quod rerum chaos in hoc Capite diſcutiendum evidenter probat, non eſſe argumento reſponſum, eique ſolutionem potiorem accommodandam. Et ſane hujuſmodi huc illuc vagatio; reb

buſque in omnibus hæſitatio evidenter oſtendunt, probabilem nullam ipſimet Eccleſiæ videri, utut præclare ſe profiteatur reſpondere. Verum reſponſionem ipſam in medium proferam, ut rei veritas per ſe pateat.

II. Diſtributione utar, quo clarius exponam res, iiſdemque ordinatim adverſer. Primo igitur ait Eccleſia Hiſpalenſis, ſe, quum egit de hoc argumento memorialis parte prima „ indicaſſe, quemadmodum agitarentur in Hiſpania „ Cauſæ Eccleſiaſticæ, quando, & quam ad Curiam pro„ vocationes referri eſſent ſolitæ. Quæ omnia ſi Acropolis „ Marchio animadvertiſſet, minime aſſeruiſſet, quod quæ „ Divus Heladius, ejuſque provinciale Concilium geſſerunt, „ Primatis indicium fuerint; quæ quidem affirmatio Mar„ chionis eruditione indigna eſt. At verba ipſius profe„ ram. *Como ſe ventilaban las Cauſas Ecleſiaſticas en Eſpaña, quando, y à què Tribunales ſe acudia con ſus apelaciones. Todo lo qual ſi huvieſſe tenido preſente el Marquès de Agropoli, no huviera aſſentido, que eſte acto, que exerciò S. Heladio, con ſu Concilio Provincial, fue una Señal de ſu Primacià: la qual afirmacion no es digna de la erudicion de el Marquès.* Tam varia eſt humani ingenii conditio, ut mihi e converſo indignior multo vel minori cujuſvis eruditione, quam qua Marchio idem præſtat, negatio videatur. Non enim ingentem Librorum vim verſare oportuit, intelligendi cauſa, quod, ubi Judex, qui de crimine cognovit, debita reum pœna non poteſt afficere, aliique permittit Judici, ut cauſa iterum cognita ſententiam exequatur, idem Judex permittens, quem vocant, *a quo*, auctoritate ſibi, ac poteſtate illum præire dignoſcit, cui permittit reum, qui, *ad quem*, nuncupatur. Auctoritate igitur, ac poteſtate D. Heladius (fuerit is utcumque ſua cum Synodo) Metropolitanum Hiſpalenſem, ejuſque Concilium antecelluit. Atqui ejuſmodi auctoritas non niſi Primatis eſſe poterat, ad quem unaque ſimul ad ejus Synodum in hiſce Metropolitani cauſis appellari conſuevit, uti Eccleſia Hiſpalenſis affirmat, iis inhærens, quæ parte prima tradiderat, noſque attulimus ſuperiori Capite numm. x., & xi. Nos enim, qui Metropolitano præſtet, præter Primatem, non ſumus gnari.

Mem. p. 1. §. 11. n. 125. p. 133.

III. Quod mihi videtur diffiteri non auſim, Eccleſia Hiſpalenſis eruditionis ſuæ partes minime explevit, dum ve-

veram Toletano Archiepiſcopo auctoritatem, ac poteſtatem tribuens, quantumvis libet in ſua Synodo, ad juriſdictionis actus illos exequendos, qui Metropolitani, & ejus Concilii auctoritatem excedunt, Primatis tamen dignitatem minime concedit. At enim quæcumque juris regulæ conſtanter tradunt, nullum omnino alium (ſi Romanum Pontificem excipias) dignitate, auctoritate, juriſdictione Metropolitano antecellere, præter Primatem aut Legatum a Latere. Quumque Legatum a Latere Divus Heladius non gereret in Hiſpania iis temporibus, quibus aliquot duntaxat Præſules Hiſpalenſes, & Tarraconenſis aliquis hujuſmodi ornati munere memorantur, (hac de re mecum conveniet, ut opinor, Eccleſiæ Hiſpalenſi, quum vices Pontificias aliquot ejus Præſules geſſiſſe fateor) liquet igitur, quod hujuſmodi auctoritas, qua Divus Heladius S. Iſidoro præſtabat, quam vel ipſe S. Doctor non diffitetur, utpote certam, ipſa eademque fuit, quæ Primatis eſt propria. Ac proinde excellentiſſimus Marchio de Mondejar, qua erat ſumma eruditione, atque ingenio, D. Heladium Primatis dignitate uſum eſſe ex eo intulit, quod Cordubenſem hunc Epiſcopum D. eidem Heladio Iſidorus permiſerit.

IV. Cæterum multo magis mirari debemus rationem, quam Eccleſia Hiſpalenſis adducit ſuæ objectionis ad eruditiſſimi Marchionis illationem: etenim primò nihil aliud eſt, quam ejuſdem illationis contradictoria; deinde auctoritate nititur, quæ rem contrariam teſtatur ei, quam ipſa Hiſpalenſis affirmat, idque, ni fallor, Curia vocat: *contra producentem*. Sed ipſius audienda ſunt verba, quominus lateat eorum veritas, quæ ipſe doceo. Probat quam inſulſa habenda ſit Marchionis doctrina ob memoratam illationem, ajens: *Porque eſta eſpecie de Primacìa en aquel tiempo, no la avia en el Occidente, como queda probado en la primera parte de eſte Memorial, con la Hiſtoria Ecleſiaſtica, y la autoridad de el Arzobiſpo Marca... y la de Juan Morino, en 32. exercitaciones Ecleſiaſticas, que de eſte aſſumpto tiene, conſtando de la Hiſtoria, que la primera Primacìa de eſta eſpecie fue la de la Ygleſia de Bourges, erigida el año de* 786. Sic de illationis inſulſitate, mea vero ſententia de admirabili, & nunquam pro meritis commendando Marchionis ingenio. Hæc latine ita converto: *Mem. ſup. pag.* 343.

„ Quoniam hæc ſpecies Primatus ea tempeſtate deerat in

„ Occidente, uti demonſtratum fuit in prima hujus Memo-
„ rialis parte Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Archiepiſcopi Pa-
„ riſienſis auctoritate, nec non Joannis Morini ſuis in 32.
„ exercitationibus Eccleſiaſticis hac de re. Namque Hi-
„ ſtoriæ tradunt primam hujuſce Primatus memoriam ab
„ Eccleſia Bituricenſi repetendam eſſe, quæ conſtituta fuit
„ Redemtionis anno ſeptingenteſimo, octogeſimo ſexto.

V. De Toletanæ Eccleſiæ Primatu Marchionem inter, & Hiſpalenſem Eccleſiam quæſtio eſt. Marchio auctores producit, & Eccleſiaſtica Monumenta, & rationes ex iis depromtas, quibus oſtendit Toletanum Præſulem Gothorum tempore fuiſſe Primatem Hiſpaniæ, quæ quidem provincia ad Occidentem ſpectat. Quid hæc contra Hiſpalenſis? Iis nempe temporibus in Occidente Primatem non extitiſſe. Itane? At rem Hiſtoriæ, auctoreſque teſtantur. Credo equidem id reſpondendi genus in Scholis *principii petitionem* vocari. Certe ſi illius ego argumentis reſpondens objecerim, pro ſua ipſam eruditione haud feciſſe, quum ea tempeſtate Primatem in Occidente eſſe negavit, quem auctoribus, & Hiſtoriis Eccleſiaſticis inhærens fuiſſe in Hiſpania comprobavi; Eccleſia Hiſpalenſis hujuſmodi objectionem indignam cenſeret, quæ ſuo fieret argumento; perinde atque indignam ego ipſius eruditione cenſeo, quam ſe fatetur cepiſſe admirationem, quod Marchio evidenter infert e re Hiſtoriis teſtata, quam ne Eccleſia quidem Hiſpalenſis nunc negat.

VI. Ab Auctorum ſaltem nominibus recenſendis ſeſe abſtinuiſſet Eccleſia Hiſpalenſis: ita enim retorqueri in ipſam non poſſet teſtimonium e magis conſpicuis, quo utitur ad rem ſuam comprobandam, quum manifeſte contrarium doceat. De Pariſienſis Archiepiſcopi ſententia nequaquam dubito: at nonne ætate jam graviori eamdem provinciam in ſe recipiens a priori opinione receſſiſſet? Profecto quod ipſe affirmavit de Metropolitanis in diſſertatione de Lugdunenſi Primatu, pòſt exauctoravit, ut Pagii doctiſſimi auctoritate monuimus ſupra cap. IX. num. 31. Præterea præſtantiſſimi hujus, atque eruditiſſimi ſententia Præſulis ea non eſt, quam cæco impetu oporteat ſequi; quum præſertim non minori exiſtimatione alii Auctores contrarium ſentiant quorum dicta firmiori hærent fundamento; idque abunde ſatis eadem Eccleſia Hiſpalenſis comprobat, dum non raro, nec iniurià ab eodem Marca diſſentit.

Sup. Cap. 9. nu. 31.

VII.

VII. Quod re vera mirari ſatis nequeo, Eccleſia Hiſpalenſis teſtimonium Joannis Morini hujus tantum opinionis adſtruendæ cauſa producit. Idem ſcilicet prima parte protulerat ad rem ipſam probandam. Ecquid, malùm, ita? Jam ſemel, atque iterum; tertio demum nunc repetam: Joannes Morinus ſuo in tractatu *de Patriarcharum, & Primatuum origine*, copioſe, atque erudite diſputat hac de re: eque XXXII. exercitationibus, quibus conſtat liber primus, ſexdecim primas confecit de iiſdem dignitatibus in genere: in reliquis de peculiaribus quibuſdam Occidentis provinciis rem habet; quod vero ad Hiſpaniæ Primatum attinet, particulam conjecit, illamque brevem, in calcem diſſertationis trigeſimæ ſecundæ. Quæ quum ita ſint, quid ſibi vult generalis ea prolatio... videatur Joannes Morinus ſuis in duobus, & triginta Diſſertationibus Eccleſiaſticis de Primatu... niſi obſtrepere legentis auribus, quod ſcribendi genus ineruditis quidem hominibus magnum quid ſonat, contra vero eruditis nihil; quod palam fiet doctiſſimi hujus auctoris auditâ ſententiâ? *Mem.p.1.n.137. pag.149.*

VIII. Diſſertatio 32. quam reperire eſt pag. 273. teſtimonium id totum exhibet, quod attulimus capite ſecundo; unde conſtat Gothorum tempore firmiter conſtabilitum Eccleſiæ Toletanæ Primatum, adeo ut paucis annis a Toletano Concilio XII. nullum remanſerit dubium, quin Primatialis Toletana eſſet Eccleſia: *Ut duodecim poſt hoc Concilium annis, de Primatu Toletano nihil amplius ambigeretur*. Et paulo infra: *Ab eo tempore Conciliis Hiſpaniæ Generalibus præfuit Archiepiſcopus Toletanus, licet brevi tempore, collata dignitate lætatus eſt*: Barbarorum quippe illuvies Gothorum Regni finem impoſuit. *Recuperata tandem ab Alphonſo VI. Toleto, Primatus quoque ei ab Urbano II. reſtitutus eſt*. *Jo. Morin. pag. 276.*

IX. Hæc Morinus in trigeſima ſecunda ex laudatis Diſſertationibus, de Toletanæ Eccleſiæ Primatu; hæc auctoris hujus ſententia eſt; quam ſi amplecteretur Eccleſia Hiſpalenſis, haud incertam, falſam, nulloque hærentem ſtabili fundamento dictitaret, ut frequenter ſuo in Memoriali, at certam omnino eſſe affirmaret; *nihil amplius ambigeretur*. Itaque ſeu multos, ſeu paucos ante annos id fuerit, Morini opinione ſpecies iſtæc Primatus Hiſpaniæ in Toletana Eccleſia viguit; non autem primum cognita ea

dignitas in Occidente Redemtionis anno 786. apud Bituricenſem Eccleſiam, ut mavult Eccleſia Hiſpalenſis: etenim centum fere annis ante graviſſimo hoc auctore teſte, de Præſulis, & Eccleſiæ Toletanæ Primatu nihil amplius ambigebatur: quare Primatum, ait, Hiſpaniæ, quum primum ab Alphonſo VI. ea Civitas recepta fuit, Urbanus II. *reſtituit*. Reſtituit, inquit; ſiquidem ante calamitoſiſſima Hiſpaniæ tempora Toletanæ Eccleſiæ propria ea dignitas fuit, eique ut contra fas adimeretur fuit in cauſa Barbarorum invaſio. Morinum certe ſecus atque Garſias de Loayſa ſentit, ſentire non nego, eumdemque Hiſpanienſem Primatum minime probare antiquiſſimâ eâ memoriâ, ut nonnulli aſſerunt (quorum modo opinionem nec rejicio, nec amplector) longe etiam antea Gothorum temporibus (quod nempe & Marchio de Mondeyar, & ipſe teneo) Toletanam Urbem dignitate Primatus præditam fuiſſe; ipſius autem de opinione ſuſpicari ille tantum poterit, qui Diſſertationes ejus ne a primo quidem limine ſalutaverit.

X. Proſequitur Eccleſia Hiſpalenſis: *Ni en el caſo, de que el Prelado de Toledo tuvieſſe entoces la aſſerta autoridad de Primado, le competia el conocimiento de la depoſicion de los Obiſpos: juriſdicion, que por los Canones Sardicenſes... privativamente tocaba al Sumo Pontifice, y ſolamente por coſtumbre en Eſpaña con tolerancia de los Sumos Pontifices ſe avian arrogado a sì los Concilios Nacionales*. Eadem latine: „ Sed agedum; „ Toletanus Præſul id temporis Primatis auctoritate uteretur: non tamen ea propter cauſæ depoſitionis Epiſcoporum deferri ad ipſum poterant, utpote quas eſſe juriſdictionis Summi Pontificis, cæteris omnibus excluſis, Concilii Sardicenſis Canones definiunt; quam juriſdictionem Synodi Nationales in Hiſpania, conſuetudine tantum inhærentes, ſibimet conniventiâ Romanorum Pontificum arrogaverant. Nullum hîc habetur rerum diſcrimen: quædam noſtris cum Hiſtoriis pugnant, quædam vero ab ipſamet Doctrina Memorialis diſcrepant. Ac primùm improprium ſane id effatum videtur, quod nempe Synodi Nationales deponendi Epiſcopos facultatem ſibi arrogaverint; ſi enim conſtat conſuetudine a Pontificibus non improbata Concilium exercuiſſe hujuſmodi poteſtatem, haud dubie auctoritas hæc illi erat; nam conſuetudo in re honeſta, non ad-

adverſante, neque inſcio Summo Pontifice, auctoritas, & juriſdictio ſit legitima, quod unanimi conſenſu Theologi, & Canonici juris periti affirmant. Quum itaque Eccleſia Hiſpalenſis conſuetudinem in Hiſpania fateatur viguiſſe, Summis Pontificibus non abnuentibus, ut Synodi Nationales deponerent Epiſcopos; patet, eaſdem legitimam deponendi eos juriſdictionem habuiſſe: neque illi voci *arrogaverant* eſt hîc locus, quæ de iis duntaxat aſſeritur, qui ſive juriſdictionem non ſuam exercent; ſive contra æquitatem ſe gerunt.

XI. In cauſis depoſitionis Epiſcoporum Summum unum Pontificem jure omnium gentium ſententiam pronunciare, vel non accedente Canonum Synodi Sardicenſis auctoritate (de qua maximæ illæ mihi ſunt difficultates, quas prima hujus operis parte memoravi) Hiſpalenſi Eccleſiæ negare non auſim. Id vero primis iis ſeculis in Hiſpania, cunctiſque in Catholici Orbis provinciis viguiſſe, & cum Hiſtoriis, & cum Hiſpalenſis Eccleſiæ doctrina oppidò pugnat. Quæ ut palam fiant, ponendum eſt, quod a primordiis Catholicæ Fidei in Hiſpaniæ Regnis conſtitutæ, tum ipſa in Hiſpania, tum in provinciis cæteris judicatum ſemper fuit ſupremam in cauſis gravioribus ſententiam unius Summi Pontificis propriam eſſe; & quoniam cauſa depoſitionis Epiſcoporum nunquam e gravioribus non eſt habita, ſupremæ ſemper ejus auctoritati fuiſſe obnoxiam. Quamobrem ipſe Pontifex tum in Hiſpania, tum foris, depoſiti cauſam Epiſcopi, aut probare, aut contra, arbitratu poterat ſuo, cujus rei exempla ſuppetunt innumera Eccleſiaſticis ab Hiſtoriis, tam in Hiſpania, quam in reliquis provinciis.

Par. 1. cap. 6. num. 2.

XII. Hanc doctrinam confirmat Cæciliani depoſitio, in Carthaginenſi Concilio, cujus locupletiſſimus teſtis eſt Divus Auguſtinus. Manſurio Carthaginis in Africa Epiſcopo demortuo, in locum ejus legitime ſufficitur Cæcilianus, vir maximis meritis ornatiſſimus. In hunc variis nominibus inſurgunt æmuli, gratia Donatiſtarum utentes. Hujus cauſa ut cognoſcatur, Concilium Epiſcopis frequentiſſimum congregatur in Africa, quorum plerique Donatiſtarum hæreſi afficiebantur, Cæcilianus damnatur depoſitionis, atque ipſo jure mandatur executioni ſententia, ejuſque in Sede ponitur Majorinus. Iniquitatem, ac robur nullum ſententiæ Cæcilianus intelligens, ad S. Melchiadem Romanum Pon-

Pontificem provocat. Melchiades Africani Concilii, & Hæreticorum, (quod perinde erat), & Cæciliani auditis rationibus, definitivâ ſententiâ Epiſcopum declarat innoxium, latamque in Africa ſententiam iniquam: ac depoſitum ſuam in Sedem reſtituit. Denique poſt varios caſus Divo Silveſtro Pontifice ad ſuam Eccleſiam Cæcilianus redit. Quamplura occaſione hac evenere, quæ tanquam abs re noſtra, miſſa facimus; ea vero videſis apud Cardinalem Sfondratum ſua in Gallia vindicata, ubi late, ac prudenter de re agentem invenies.

Card. Sfondr. Gal. vind. diſp. 3. §. 2. pag. 43.

XIII. Idem (ingenti exemplorum vi prætermiſſa) D. Chryſoſtomo evenit, in quem judicium, ac ſententiam Synodus pronunciavit Chalcedone congregata adverſus eumdem Sanctum Patriarcham, Eudoxia Imperatrice efflagitante, quæ infenſiſſime illi adverſabatur. Qui Concilio huic Præſules adfuere, pars eorum infenſi erant Sancto Patriarchæ, pars Imperatricis aſſentatores, quæ acerbe, & penitus oderat vigilantiſſimum Præſulem; pars denique integræ quidem famæ, ſed perperam inſtructi. Hujus Concilii Patres pronunciant in D. Chryſoſtomum ſententiam depoſitionis e Patriarchali Sede Conſtantinopoleos, idemque in exilium pellitur. Ab iniquiſſimo iſto judicio ad Innocentium I. Pontificem Maximum is appellat; Pontifex cauſa ejus ad examen revocata, poſtmodo Sanctiſſimum Patriarcham declarat innoxium, irritamque ſententiam, mandatque ut ſuam in Sedem ſit reſtitutus, quam tenuit annos aliquot, donec furiis agitatæ mulieris odia tanti Præſulis Sanctitatem vicerunt. Itaque iterum e Sede deturbatus, in eadem iterum conſtituitur Innocentii mandatis, tametſi eò veniens in itinere ad Cœlorum perpetuam ſedem eſt vocatus.

XIV. Eadem prorſus evenerunt in Hiſpania, tumquum Januario Epiſcopo e Malacitana Sede ejecto, necnon alio Præſule ignotæ nobis Eccleſiæ Stephano nuncupato, D. Gregorius Magnus Presbyterum miſit Joannem nomine, titulo Defenſorem: illi enim ambo nullo jure deturbati ad Sanctum Pontificem provocavere, qui per Legatum viceſque gerentem ſuas cognoſci cauſam imperavit, & innoxium utrumque repertum, Sedi utrumque ſuæ reſtituit. Secus ſeſe habuerunt res Baſilidis Legionenſis Epiſcopi, ſive ut aliis lubet Emeritenſis. Fuit hic Epiſcopus Libellaticus

(ita

(ita eos nuncupat, qui largitione ab Infidelibus, & Tyrannis ne publice Idolis ſacrum facerent impetrabant, ſcripto Catholicæ Fidei nuncium remittentes) quamobrem in Concilio, quod ubi ſit congregatum non conſtat, fuit depoſitus. Idem ceſſante jam perſecutione, quum neutiquam ſuam in Sedem regrediendi facultatem in Hiſpania obtinuerit; Romam ſe contulit, rebuſque ſecus atque ſe habebant expoſitis, Divi Stephani, qui Catholicam moderabatur Eccleſiam, decreto juſſus fuit propriam in ſedem revocari. Diploma id Pontificium Præſules Hiſpanienſes, ut æquum erat, venerati; ante tamen exequuti nequaquam ſunt, quam Pontifex rei certior factus, quid foret agendum imperaret. Itaque ubi Romam Acta Concilii ſunt allata, Stephanus explorata cauſa Hiſpanienſium Epiſcoporum ſententiam confirmavit, ac prius Diploma reſcidit; quare Baſilides extra ſedem ſuam remanſit.

XV. Ex hiſce haud dubiis monumentis liquido conſtat, cauſas depoſitionis Epiſcoporum tum in Hiſpania, tum aliis in Provinciis in Provinciali Synodo expendi conſueviſſe, deque iiſdem ſententiam ferri, ipſamque executioni mandari: tametſi nequaquam jus reo adimebatur ſeſe coram Summo Pontifice ſiſtendi, aut per ſe, aut juridica quavis ratione; ac petendi, ut cauſa iterum cognoſceretur, acerbe a Concilio ſecum eſſe actum querendo, dum revera depoſitus acerbitatem judicii ullam eſſet paſſus: ubi enim Epiſcopus recte latam in ſe ſententiam intelligebat, pœnæ ſeſe ultro ſubjiciebat, ac redire ad bonam frugem pro viribus nitebatur. Teſtem appello Potamium Bracarenſem Epiſcopum, ob incontinentiæ crimen perpetratum depoſitus in Concilio Toletano X., pœnam demiſſiſſime accipiens, & culpæ ut ſatisfaceret, plenam laboribus, & afflictationibus graviſſimis vitam reliquam agens, mortem juſtorum oppetiit; nec deeſt, qui Sanctorum in numero ipſum recenſeat. Idem facile credi poteſt de Cordubenſi hoc Epiſcopo, de quo argumentum procedit, quum minime conſtet, a ſententia ipſum provocaſſe. Sic duo iſti Præſules, eorum cauſâ haudquaquam ad Urbem delatâ, e propriis depoſiti fuerunt Eccleſiis.

XVI. De jam dictis quum nulla dubitatio ſit, liquido conſtat, cauſam depoſitionis Epiſcoporum primis iis tem-

 pori-

poribus cognoſci ſolitam, deque ipſa judicium ferri privatis in Synodis, ſententia Pontificis haud expectata; quanquam ipſius, uti ſupremi Capitis, jus integrum remaneret in cauſæ iſtius cognitione verſandi, atque judicium de ea latum irritum, ratumve habendi, qua certe quidem in re ſumma Pontificis auctoritas ſita erat. Et quanquam in præſentia, & jampridem ſibimet Summus Pontifex hujuſmodi cauſas cognoſcendas reſervavit, ac proinde nulla penes Metropolitam juriſdictio ſit in Epiſcoporum crimina inquirendi, ob quæ iis depoſitionis pœna infligi oporteat, eo quod ſibimet id prorſus Apoſtolica Sedes reſervavit; tamen in vetuſtæ antiquitatis more poſitum fuit, quod docuimus, ac monumentis probavimus; quæ, quoniam teſtata in hiſtoriis, negat omnium nemo.

XVII. Præterea pugnare videntur, quæ hîc ait Eccleſia Hiſpalenſis cum iis, quæ ſui Mem. parte prima a ſe dicta eſſe commemorat, noſque attulimus capite ſuperiori ad num. 8. nempe de veterum conſuetudine quod ſpectat ad ejuſmodi cauſas: ubi oſtendit, in Epiſcoporum depoſitionis cauſa a Metropolitani ſententia ad Primatem, ſi aderat, ejuſque Concilium provocari conſueviſſe. Unde liquet, quod ſi Toletanus Archiepiſcopus auctoritate Primatis utebatur, Divus Iſidorus reum legitime permiſit Divo Heladio, ejuſque Concilio, atque hic ſententiam ferre in eum potuit, ipſumque pro perpetrati ſceleris indignitate deponere. Verum ab hac doctrina diſcrepat, quæ modo autumat Hiſpalenſis, quod nempe Toletanus Præſul vel Primatis auctoritate præditus cauſam depoſitionis Epiſcoporum cognoſcere neutiquam potuit: idque, arbitror, contendit ne ſua quidem cum Synodo. Si enim, cæteris omnibus excluſis, Summi unius Pontificis proprium erat cauſas illas cognoſcere, palam eſt non potuiſſe fieri, ut Primas aut ſolus, aut ſua cum Synodo appellationem admitteret, aut Judex alius ſententiam ferret.

Sup. cap. 12. n. 8.

XVIII. Alia item ſecum pugnant, quæ ibidem eſt legere. Tradit Eccleſia Hiſpalenſis ſemel, atque iterum eadem pagina, depoſitiones Epiſcoporum fieri ſolitas a Conciliis Nationum. Lubentiſſime audiam, quanam in Synodo Nationum Januarius Malacitanus Epiſcopus, ac Stephanus, quem Eccleſia Hiſpalenſis Oreti Præſulem autumat, ſint

depo-

depoſiti. Quidquid hac de re ſui affirmat in Memorialis parte prima pag. 145. contra Toletanum Primatum; vanum eſt atque irritum, ac ne ſpecie quidem difficultatem ullam movet: ea ſiquidem opinione inhæret, (quade infra mihi agendum erit) quod ſcilicet Stephanus a Præſule Toletano, ejuſque ad ſummùm Concilio ſit depoſitus. Quod ſi Epiſcoporum depoſitio per Nationale Concilium fieri conſuevit, non igitur Stephanus a Metropolitano, utut ſua in provinciali Synodo foret depoſitus: itaque argumenti, ut Eccleſiæ Hiſpalenſi videtur, firmiſſimi, omne corruit fundamentum. *Mem. p. 1. pag. 145.*

XIX. Metropolitanorum cauſas depoſitionis ad Nationale Concilium deferri ſolitas non ignoramus, ubi ferebatur ſententia. Ita factum legimus in Potamium Bracarenſem Metropolitam, in Concilio Toletano X., & in XVI. utique Toletano, ac Nationali adverſus Sisbertum Archiepiſcopum Toletanum; quos conſtat duobus hiſce Conciliis eſſe depoſitos: nulla vero in Synodo legitur Suffraganei ullius depoſitio facta. Et quod poſſet ad ſummum occurrere, eſſet ſententia depoſitionis in Provinciali Synodo confirmata. Etenim, ut docet Hiſpalenſis Eccleſia: *Eſtas cauſas de los Obiſpos... ſe ventilaban en el Synodo de ſu Provincia... y ſi ſucedia, que todos los Obiſpos Comprovinciales eran de un miſmo parecer con ſu Metropolitano, ſe pronunciaba la ſentencia de conformidad, dexandole al reo el derecho de devolucion, ò al Primado ſi le avia con ſu Concilio, ò al Concilio nacional de toda la Dieceſi.* „ Hæ Præſulum cauſæ... „ in Synodo ipſorum Provinciæ cognoſcebantur... & ſi forte Epiſcopi omnes Comprovinciales unanimi conſenſu „ adhærerent ſuo ipſorum Metropolitæ, æquanimis omnium ſententia ferebatur, provocationis jure permanente „ reo ſeu ad Primatem, ſi aderat, ſua cum Synodo, ſeu „ ad nationale Concilium. Hæc omnia refero accepta Hiſpalenſi Eccleſiæ. Qua igitur mente, ut eadem Toletano Archiepiſcopo Primatis auctoritatem neget, hoc loco effatur Nationales Synodos deponendi Epiſcopos auctoritatem ſibimet arrogaſſe? *Mem. p. 1. pag. 141.*

XX. Poſt hæc numero 27. partis tertiæ ſcopulos, & difficiles aditus proponit. Namque ait, de hujus Epiſcopi nomine non liquere, nec quo ipſe anno permiſſus fuerit: conſtare autem e contrario, quod D. Heladii tempore nulla *Pag. 324. n. 27.*

Toleti Synodus Nationalis, Provincialiſve ſit celebrata; ſiquidem ab anno 610. quum, Gundemaro Rege Toleti Concilium eſt habitum ad 633. quum Nationale Concilium fuit congregatum, cui D. Iſidorus præfuit; nullam prorſus memoriam exiſtere Concilii Toleti habiti. Quo medio tempore D. Heladium Archiepiſcopum floruiſſe, qui ad Sedem illam 615. anno aſcendens, 631. diem obiit ſuum. Quæ ex Eccleſiæ Hiſpalenſis narratione unum pro certo habemus, ideſt, nullam extare eorum memoriam, quæ agitata in Concilio ſunt, ejuſque Acta interiiſſe; verumtamen toto Heladii tempore Synodum nullam eſſe habitam, non utique pro comperto eſt: Acta enim, ac peculiarem Synodi memoriam procul eſſe leve admodum argumentum videtur: eoque id magis, quod multa in jure Canonico Toletanorum decreta Conciliorum proferuntur, quæ neutiquam reperire eſt in iis, quæ eſtant Conciliis; quod ſatis apposite Garſias de Loayſa, & Aguirre Cardinalis monuerunt. Cæterum D. Iſidorus ſuis in literis teſtatur Synodum haberi tum temporis per ea verba: *Qui cum eo ſunt coadunati*. Eſt igitur cauſa ulla cur credamus D. Heladii tempore Toleti eſſe Synodum celebratam.

Garſ. de Loayſa Conc.Hiſp.pag.54. Aguir. tom. 2. pag. 144.

XXI. Poſtea refert id quod nonnulli affirmant; Cordubenſem nempe Præſulem non D. Heladio, ſed Adelphio „ Toletano Archiepiſcopo permiſſum eſſe anno 597. quo „ Toleti Concilium eſt habitum; cujus Archiepiſcopi ævo „ propter obitum D. Leandri Hiſpalenſis Eccleſia vacabat; „ Divumque Iſidorum utpote illius Eccleſiæ Archidiaconum, qui nondum in Archiepiſcopum fuerat electus, „ permiſiſſe hunc Epiſcopum Toletanæ Synodo, nam Toletana Provincia erat ei finitima, ut ibidem judicaretur „ juxta id quod partis primæ 136. numero docui, rem „ ſcilicet poſſe deferri ad Metropolitas pro reorum optione, „ ac provocatione, cujus rei mentionem facit Canon 12. „ Toletani Concilii XIII. Quod, ante Concili hujus decretum, Eccleſiarum Hiſpaniæ tanquam æqualium fuiſſe in more poſitum probabile eſt. Sic Eccleſia Hiſpalenſis, cujus ipſiſſima verba afferenda ſunt: *Dicen unos, que eſta remiſſion ſe hizo, no à San Heladio, ſino a Adelphio, Arzobiſpo de Toledo en el año de* 597. *en el qual ſe celebrò, Concilio en Toledo, y en cuyo tiempo, por muerte de San Leandro, eſtaba vacan-*

Mem. pag. 345.

cante la Igleſia de Sevilla; y San Iſidoro, como ſu Arcediano, que aun todavia no eſtaba electo en Arzobiſpo, remitiò eſte Obiſpo de Cordova al Synodo de Toledo, que era ſu Provincia confinante, para ſer juzcado en èl, ſegun lo que queda apuntado en el numero 136. de la primera parte, de poderſe acudir a los Metropolitanos a eleccion, y llamamiento de los reos, de que hace mencion el Canon 12. el de Concilio XIII. Toledano. Lo qual antes de mandarlo eſte Concilio, debia de ſer coſtumbre de las Igleſias de Eſpaña, como iguales. Eſte diſcurſo es probable.

XXII. Multa profecto argumentum hoc præſefert, quæ, quum nullo penitus fundamento inhæreant, improbabilia habentur. A Concilio Toletano tertio anno 589. celebrato nulla in Hiſtoriis mentio, aut levis ſaltem conjectura ſuppetit, unde Toletana ulla Synodus Provincialis ad annum uſque 610. eſſe celebrata dici poſſit, quum Rege Gundemaro Concilium eſt habitum, conjectura inquam ſaltem illius ſimilis, quam Divi Iſidori verba præbent, celebratæ nempe Synodi Heladii tempore. Jam tum Divus Iſidorus erat Archiepiſcopus Hiſpalenſis, &, quæ ipſius erat dignitas, Gundemari decretum obſignavit, uti ex ipſamet ſubſcriptione conſtat, quæ Principem in regio diplomate locum tenet: Itaque conjecturæ nulli eſt locus, qua prudens judicium ad probabile reddendum argumentum, neceſſarium, queat inniti. Quod namque potuit fieri qui factum eſſe autumat, ſcipione arundineo nititur.

XXIII. Concilium Toleti quin celebratum fuerit anno 597. dubitari non poteſt; id vero Nationale fuit, non Provinciale. Mauſona quippe Emeritenſis Metropolita, & Narbonenſis Migeſius advenere. Quam ad Synodum ſi Cordubenſis Epiſcopus miſſus fuit, ipſum permiſiſſe Toletano licuit omni procul dubio, aut Divo Leandro, ſi adhuc viveret, aut D. Iſidoro, quamtumvis libet de Archidiacono Archiepiſcopus factus eſſet. Quamobrem a præclara doctrina illa ſua ſibimet temperarit Eccleſia Hiſpalenſis (quam plane inobſervatam non præteribo) quum enim Nationale eſſet Concilium Provincialem Synodum Hiſpalenſem auctoritate præibat: faſque erat reo Provocare ad Primatem ejuſque Concilium, ſeu ad Concilium Nationale totius Diœceſis, prout numero undeviceſimo ejuſdem Memorialis verbis allatis demonſtratum eſt.

XXIV. Quod ſi argumentum ſuis licèt effatis contrarium Eccleſia Hiſpalenſis æqui bonique conſulit, en ſibi alterum multo firmiſſimum Eccleſiæ Toletanæ Primatum evincens. Ratio, ut mihi videtur, patet. Sic autem duco argumentum. Dubitari non poteſt, quin D. Iſidorus ad Concilium Toleti congregatum dans litteras, ejus nomen qui præerat in ipſarum titulo expreſſerit, id enim moris eſt, ſemperque fuit, quando ad conventum aliquem ſcribitur, ut nomen Capitis ſive a dignitate, ſive a perſona, quam gerit, enuncietur; cæterorum vero membrorum, quibus conſlatur id corpus, pro gravitate congreſſus generatim proferantur. Quare quum D. Iſidorus primo loco Adelphium (nomen quippe Heladii ſuppoſititium creditur, & Adelphii reſtituendum) proprio appellet nomine, cæteros autem Præſules voce illa generica, *Dominis meis*, comprehendat omnes, fatendum plane eſt, Adelphium, & præfuiſſe, & caput extitiſſe hujus Synodi. Legitima hæc videtur illatio, neque id quod hinc colligitur, legitimum minus, Adelphium nempe Toletanum Primatem fuiſſe.

XXV. Ratio id conſtantiſſime perſuadet, quæ ut effulgeat, hunc in modum eam profero. Præeſſe nationali Synodo ejuſque caput eſſe, cui antiquiores Metropolitæ adſunt, neceſſariò infert auctoritatem oppidò majorem, quam meri Metropolitæ. Atqui nationali Synodo Toleti habitæ anno 597. Adelphius præerat, ut probatum ſupra eſt pro certis habitis, quæ Hiſpalenſis Eccleſia tradit; quamvis antiquiores Metropolitæ duo Emeritenſis Mauſona, & Migeſius Narbonenſis advenerint. Ergo majori Adelphius auctoritate erat, quam merus Metropolita. Quæ porro auctoritas eſſe non potuit, niſi Primatialis, eo quod neque legatus erat Pontificis, neque gerebat vices, & auctoritatem D. Gregorii eo anno Pontificis Maximi, quæ propter Concilio præeſſet. Hac igitur occaſione Adelphius Primatis Hiſpaniarum poteſtate utebatur. Quod ſi hac in Synodo præſedit Adelphius, ad rationes alibi allatas robur accedit, id eſt in ſubſcribendo, plurimorum ſpatio annorum conſideratam magis vetuſtatem ordinationis, quam majorem Præſulum dignitatem. Cujus rei argumentum eſt non leve, quod tertio in Toletano Concilio, cui D. Leander præfuit, tanquam S. Gregorii Papæ Legatus, tertio loco ſubſcrìpſerit.

XXVI.

XXVI. Pollicitus ſum, me minime præteriturum ſilentio id, quod Eccleſia Hiſpalenſis, nullam ſui conſilii cauſam reddens, affirmat, ante annum 683., quo Concilium Toletanum XIII. eſt habitum, ab uno ad alium viciniorem Metropolitanum provocari conſueviſſe, huc referri autumans decimum ſecundum Concilii hujus Canonem, citra annos ſex, & octoginta celebrati, in quo ſancitum hoc fuit. Certum exploratumque eſt legitimo jure tum Canonico, tum Civili; quin etiam natura ipſa docet, auctoritatem nullam viro in virum eſſe, dum ambo ſint æquales. Itaque quotieſcumque alicui ſit poteſtas in alium, pari is minorive conditione ſit, ea porro in re, ſeu cauſa auctoritate alium excellit. At vero quum nulla doceant monumenta, ante annum illum 683. ab uno ad alium Metropolitanum eſſe appellatum, quam rem Eccleſia Hiſpalenſis firmatam habet, licet ratio manifeſta contrarium evincat, in ejus ſententiam deſcendere haud poſſum: ea quippe rem adeo cum legitimo, & naturali jure pugnantem, ratione, exemplo, auctoritate nulla inhærentem, proponit.

XXVII. A conceſſione hac Toletanæ Synodi XIII. appellare licuit reo ad viciniorem Metropolitanum; qui non pro conſueta juriſdictione ipſius propria, at pro poteſtate alia ſibimet a Concilio, facta ſuoque nomine, ſententiam Metropolitani finitimi cognoſcere quibat, ut Canone ipſo XII. cautum eſt. Quocirca jure quidem ac merito ipſe colligam, quod poteſtas in hoc facta Concilio, non uſitata Eccleſiarum Hiſpaniæ fuerit, tanquam æqualium: ipſa ſiquidem Eccleſiarum æqualitas id fieri neutiquam potuiſſe conſtanter probat: meque fateor id non aſſequi mente, cur æqualitas ipſa contrarium probabiliter evincat.

XXVIII. Jam vidimus, quemadmodum Eccleſia Hiſpalenſis rem contendit protendere ad annum uſque 597. videbimus modo annos quadraginta ab eadem contrahi: totidem quippe ſunt lapſi D. Iſidoro Archiepiſcopo Hiſpalenſe. Dicere pergit eâdem paginâ: *Otros dicen, que, San Iſidoro el año de 636. en que muriò, à quatro de Abril, aviendo antes en Synodo Provincial ſuyo, depueſto à eſte Obiſpo de Cordova por ſu delito; y eſtando convocado Concilio Nacional en Toledo en eſte año, que ſe celebrò en las Calendas de Julio yà muerto San Iſidoro, antes de morir le dexo, remitido, para que en ultima* *Mem. ibid.*

tima ſentencia ſe definieſſe ſu cauſa: y en eſte caſo la remiſſion ſeria à San Eugenio, que entre los Prelados de Toledo fue el ſegundo de eſte nombre. En la confuſion de la Hiſtoria antigua de Eſpaña eſta conjectura es mas veriſimil, y conforme à lo que queda dicho: de qualquiera ſuerte, que ello aya ſido, la remiſſion nunca fue al Prelado de Toledo, como à Primado, ſino al Synodo congregado en aquella Ciudad. Eadem latine reddenda „ Alii dicunt, D. Iſidorum anno 636. quo functus vita eſt, pridie nonas Aprileis, quum antea in ſuæ Provinciæ Synodo hunc Epiſcopum Cordubenſem depoſuiſſet ob perpetratum ab eo crimen; quumque eodem anno indictum eſſet Toleti Nationale Concilium, quod Calendis quintilibus celebratum fuit, Divo jam Iſidoro ad cælum revocato; antequam moritur, eidem Concilio permittere illum Præſulem, ut definitivâ ſententiâ illius cauſæ finis imponatur: quo caſu ea permiſſio D. Eugenio eſſet facta, hujus nominis ſecundo inter Toleti Præſules. In vetuſta, & perturbata Hiſpaniarum hiſtoria, conjecturam hanc veri magis ſimilem eſt reperire, magiſque conſentaneam rei noſtræ. Utcumque autem ſe res habeat, ea permiſſio Toletano nunquam Præſuli facta eſt, at Synodo ea in Urbe congregatæ.

XXIX. Relationem hanc Eccleſiæ Hiſpalenſi probabiliorem, at non minus, ut patebit, a veritate abſonam, quam ſuperior, argumento eodem poſſumus diſtringere, quod numero XXIV. confecimus. Et ſane, ſi nationale fuit id Concilium, Divuſque Iſidorus Cordubenſem illi permittens Epiſcopum, literis inſcripſit proprium Toletani Præſulis nomen, reliquum vero totum Concilium generale ea voce *Dominis meis* comprehendit: liquido conſtat D. Eugenium, & Præfectum, & Caput Concilii ejus Nationalis fuiſſe. Et quoniam non idcirco aliis præferebatur, quod Metropolitanus eſſet, (namque haud dubie omnium extimus ipſe erat utpote recèns electus, quod patet ex Concilio quod vocant quartum, anno 633. celebrato, ubi Præſul Toletanus erat Juſtus Heladii Succeſſor, & tanquam recentior reliquis Metropolitanis, poſtremo omnium loco ſubſcribit) neceſſe eſt fateri omnibus ideo ipſum dignitate præiviſſe, quia Toletanus erat Præſul, ac proinde Hiſpaniarum Primas. Quocirca ex iiſdem, quæ Eccleſiæ Hiſpalen-

lenſi veris propiora videntur, legitima ſit illatio, quod potiſſima cauſa, cur Epiſcopus Cordubenſis, a Divo Iſidoro permitteretur Toletani Præſulis judicio, Primatialis eſt dignitas, qua Toletanus ipſe erat præditus.

XXX. Rationem plane firmiſſimam Eccleſiæ Hiſpalenſi concedo, qua Concilium Toleti habitum anno 636. fuiſſe Nationale aſſerit, quod ipſe probavi capite undecimo, numero ſexto. Verumtamen diffiteri non poſſum, quam immaniter iſta veritas pugnat cum ejuſdem doctrina alio in ſui Memorialis loco, ubi eamdem Synodum Provincialem affirmat fuiſſe. Sic ſe habet parte prima, ubi pag. 117. ſingillatim Toletana Concilia omnia numerando percenſet: quumque ad hoc venit: „ quintum ait fuiſſe Provinciale. *El quinto fue Provincial*; ac primo loco ſubſcripſiſſe Eugenium, tanquam Metropolitam Toletanum. Loco autem mox prolato tertiæ partis, indictum eſſe Toleti Concilium memorat, Nationale eo anno (nempe 636. quum quinta Synodus Toletana celebrata fuit,) quod celebrabatur Calendis Juliis: *eſtando convocado Concilio nacional en Toledo en eſte año, que ſe celebrò en las Calendas de Julio*. Fortaſſe hic attentius animadverterit Præſules ad hanc Synodum advenientes; ac varias Provincias, & Metropoles offendens a priori ſententia receſſerit, & Nationalem potius nuncupandam judicarit, quod minime voluerat parte prima, utpote abs re, quam ſibi demonſtrandam propoſuerat.

Mem. 1. p. 8. 10. nu. 111. pag. 117.

XXXI. Verumenimvero tametſi multum faceret cum cauſa noſtra, juxta id quod docuimus, Cordubenſem Epiſcopum permiſſum iri Concilio huic anno 636. celebrato; quum tamen aſſertio iſta pugnet cum Divi Iſidori epiſtola, neutiquam admitti debet. Ait Sanctus Doctor: Epiſcopum hunc depoſitionis cauſa permitto *Dominis meis, & Servis Dei Heladio, cæteriſque qui cum eo ſunt coadunati, Epiſcopis*. Genus hoc loquendi Synodum jam congregatam notat: *cum eo ſunt coadunati*. Dubitatio nulla eſt, quin S. Archiepiſcopus reum permittens Concilio, ſeu Provinciale, ſeu Nationale fuerit, ad Calendas Quintileis indicto, expreſſerit, *qui ſunt coadunandi* non contra, *qui ſunt coadunati*. Niſi forte fortuna Hiſpalenſis Eccleſia, quæ rem modo amplificat, modo coarctat, & modo Adelphium, modo Eugenium vult Præſulem eſſe eum, ad quem D. Iſidorus dedit literas,

epiſtolæ illius reliquum velit expungere, tempus præſens in præteritum, ſeu futurum mutans, ita ut *coadunati* in *coadunandi* pervertat. Quæ quum ita ſint, longe a veritate magis abhorret narratio iſta facti, quam altera; utut ſecus ſentiat Hiſpalenſis Eccleſia.

XXXII. Antequam ab iſta tabula manum amoveo, quanti factum hoc roboris ſit ad Toletanum Primatum aſſerendum, repetam. Epiſcopus hic Cordubenſis a Divo Iſidoro permittitur Divo Heladio, ejuſque Concilio; quam ob rem auctoritate, atque juriſdictione hunc Præſulem aliqua oportet fuiſſe ob deponendum Epiſcopum. Ea vero auctoritas quænam fuerit? Meri Metropolitæ? minime vero: Metropolitani quippe juriſdictio, præter limites, ac Subditos Dœceſis ſuæ, ut olim dicebatur, provinciæ ſuæ, ut modo dicitur, non extendebatur: Cordubenſis autem Præſul id temporis non ad Carthaginenſem, verum ad Hiſpalenſem provinciam ſpectabat; & ſane hac in provincia prima cauſæ inſtantia, jure optimo facta eſt. Altera vero inſtantia cur ad Toletanum Præſulem delata eſt? Næ auctoritate niſi is præſtitiſſet, ſententiam Præſulis Hiſpalenſis exauctorare, aut confirmare non potuiſſet, horum ſiquidem alterutrum præſtandi gratia juriſdictione oportet Judicem anteire, a quo reus permittitur. Quocirca ſi Metropolitanus Hiſpalenſis, doctrinæ, & Sanctimoniæ laude præſtantiſſimus, Divus nempe Iſidorus, permittit reum ſibi ſubditum Toletano Archiepiſcopo, poſteaquam ſententiam in eum tulit, quò ipſum judicet, atque plectat, auctoritate hic profecto Metropolitam Hiſpalenſem anteibat. Quæ auctoritas, præter Primatialem, quum alia nulla eſſe queat, liquido conſtat, quod Divi Iſidori ævo, Primatus dignitas Hiſpanienſis omni procul dubio in Eccleſia, & Præſule Toletano conſtituta erat, atque firmata.

CA-

CAPUT XIV.

Ad Superiorum Capitum doctrinam robur accedit ab Januarii, & Stephani Epiſcoporum eventu.

SUMMA CAPITIS.

I. *Depoſitio Januarii, & Stephani Hiſpanorum Præſulum probat, Toletanam Eccleſiam D. Gregorii tempore Primatialem extitiſſe.*

II. *Hiſtoria eorumdem depoſitionis, & Joannis Defenſoris in Hiſpaniam miſſi a D. Gregorio.*

III. Uſque ad IX. *Depoſitio Januarii falſo tribuitur SS. Leandro aut Iſidoro in Memoriali, qui falſo inſimulati oſtenduntur auctoritate, & ratione.*

IX. *Comiciolum virum nequam, & avarum dictæ depoſitionis auctorem fuiſſe tempore interregni antequam S. Iſidorus in D. Leandri locum ſufficeretur, demonſtratur: quem credibile eſt etiam Stephanum depoſuiſſe.*

X. *Stephanus incertæ Sedis Præſul, multi enim eodem tempore cognomines in Hiſpania.*

XI. *Probabile eſt, hunc Stephanum fuiſſe ſuffraganeum Tarraconenſis, quæ Sedes, perinde ac Toletana, vacabat.*

XII. *Eodem tempore vacabant Sedes Toletana, & Hiſpalenſis.*

XIII. *Comicioli Synodus, Suffraganeorum Hiſpalenſium, ſeu latrocinium, & perverſe in eadem facta depoſitio Epiſcoporum Januarii, & Stephani.*

XIV. *Epiſtola S. Gregorii ad Joannem Defenſorem videtur idem evincere.*

XV. *Idem alia ex Epiſtola D. Gregorii de Stephano ab alieno Judice damnato comprobatur.*

XVI. *Firmiſſima ex dictis illatio ducitur adſtruens argumenta ſuperiora.*

XVII. XVIII. XIX. *Argumento valde probabili ex prædictis demonſtratur, id temporis & fuiſſe Primatialem Eccleſiam Toletanam, & ſuo caruiſſe Paſtore.*

XX. XXI. XXII. *Ex iiſdem Gregorii literis invictiſſime probatur Primatia Hiſpanienſis ea tempeſtate; & eluditur Eccleſiæ Hiſpalenſis ratiocinandi genus.*

XXIII. *Exemplo idem confirmatur.*

XXIV. *Validatur Joannis Defenſoris expeditione a D. Gregorio facta in Hiſpaniam.*

I. PErſuaſum eſt Eccleſiæ Hiſpalenſi, argumentum ſibi firmiſſimum adverſus Primatum Eccleſiæ, Præſuliſque Toletani ſuppeditari ab eventu Hiſtoriis teſtato, quem referunt Hiſtorici Hiſpanienſes Divi Gregorii Magni ævo contigiſſe: depoſitionem puta, & proſcriptionem Epiſco-

 po-

porum Januarii, & Stephani, quorum primus Malacitanam rexit Eccleſiam, alter vero dubium eſt, quam rexerit, utcumque Hiſpalenſis Eccleſia vix ullo, immo ne vix quidem ullo fundamento hærens præter id, quod ſibi ea res videatur Primatui Toletano contraria, Oreti Epiſcopum autumet; quod ſane neque eſt certum, neque contrarium Primatus Toletani veritati, Stephanum videlicet fuiſſe Oretanum Epiſcopum. Cæterum ſive iſtæc, ſive alia ipſi Eccleſia commiſſa fuerit, ut videbimus, utcumque ſit, non mediocre inde argumentum elicio Toletanæ Eccleſiæ Primatus, ac præ reliquis Hiſpaniarum Eccleſiis maximæ auctoritatis: ea eſt conditio, id diſcrimen humani ingenii. Quod ut præclare oſtendam, operæ pretium erit rem totam narrare, quemadmodum Hiſtoriæ tradunt, Divuſque idem Gregorius in Epiſtolis, ac monitis ad Legatum ſuum, refert, quum in Hiſpaniam miſit ad Epiſcopi utriuſque cauſam diſcutiendam, pleniſſima eidem auctoritate facta innoxium abſolvendi, plectendique eos, qui noxii deprehenderentur. Res autem ſic ſe habet.

II. Januarius Malacitanus Epiſcopus, & Stephanus alicubi Antiſtes, Diœceſis enim ſuæ nomen non occurrit, arceſſuntur, in eos fertur ſententia depoſitionis, a propriis ipſorum Sedibus detruduntur aliique Præſules in iiſdem collocantur. Uterque horum accepta in Hiſpania hac inſigni injuria, confugiunt ad Summum Pontificem Romanum. Ea tempeſtate Catholicam Eccleſiam gubernabat D. Gregorius cognomento Magnus. Hic Epiſcoporum queſtus accipiens, eoſque auſcultandos, cauſamque ipſorum denuo cognoſcendam ratus, vices ſuas Joanni Presbytero in mandatis dat, quem ratione officii, ac muneris, quo Romæ fungitur, Defenſorem appellant. Itaque is vulgo dicitur *Joannes Defenſor*. Presbyter iſte vices, auctoritatemque Pontificis gerens in Hiſpaniam venit, cauſam Epiſcoporum cognoſcit, quo pacto eam Judices tranſegerint videt, itur ad acta, quæ extabant tum cauſæ, tum lati judicii; res mature, ac ſedulo conſideratur; deinde Joannes irritam, atque nullam declarat ſententiam eſſe, qua revocata utrumque Præſulem Januarium, & Stephanum in proprias Sedes, unde injurià fuerant deturbati, reſtituit. De Januario quidem conſtat, exſtante ipſius ſententia; de altero vero ſecus eſt, attamen certum

tum retur Eccleſia Hiſpalenſis, mihique cum ejus opinione convenit, utpote quam ſatis æquam intelligo.

III. Hucuſque nos inter nullum diſcrimen verſatur: quod vero eadem ait hac de re parte prima num. 134. mihi quidem haud probatur. Ibi Canones aliquot Conciliorum, quæ Toleti habita ſunt, memorans, de Epiſcoporum depoſitione agentia, hæc autumat: *Por eſtos Canones San Leandro Obiſpo de Sevilla, ò como otros quieren mas conformemente à la Cronologìa, ſu hermano San Iſidoro en Synodo Provincial de Sevilla depuſo à Januario Obiſpo de Malaga, y à ſu Presbytero: y Adelphio Obiſpo de Toledo en Synodo de ſu Provincia depuſo à Eſtevan: y todos tres por via de apelacion acudieron à San Gregorio Magno.* Quæ latine converſa, ſonant: „ Per hos Canones Divus Leander Hiſpalenſis Epiſcopus, „ ſive ut malunt nonnulli Chronologiæ propius accedentes, Divus Iſidorus ejus frater in Provinciali Synodo Hiſpalenſi Januarium depoſuit Malacitanum Epiſcopum, „ ejuſque Presbyterum: & Adelphius Toletanus Epiſcopus „ in ſuæ Provinciæ Synodo depoſuit Stephanum: treſque „ iſti depoſiti per viam Appellationis ad Sanctum Gregorium Magnum confugerunt. Ab hujuſmodi narratione ſumma mihi eſt difficultas; quam ne leviter quidem perſuadere mihi poſſum, ut credam: quin etiam miror, mirorque oppidò, quod Eccleſia Hiſpalenſis rem effutiat nulla injuriæ grandis ratione habita, quam alterutrius fratris Præſuliſque Hiſpalenſis Divi Leandri, & Divi Iſidori æquitati, & Sanctimoniæ infert. Quod, minime veritus, ut meam ſententiam ullus hominum damnet, affirmo; quum res iſta componi cum Chronologia, & hiſtorica veritate non nequeat, nullum fratrum ſane immerentum contumelia illa turpiſſima inſectando, næ Eccleſia Hiſpalenſis ab jure omni diſceſſit, quando viros eos Sanctitatis laude præſtantiſſimos cenſuræ ſubjecit, pro eo ut vehementiſſime vindicaret.

Mem. p. 1. §. 12. n. 134. pag. 142.

IV. Ac primo: incredibile dictu eſt, Sanctiſſimorum Doctorum alterutrum in cauſa tanti momenti, cujuſmodi eſt Epiſcopi depoſitio, ac proſcriptio, tam levi ratione tamque infirmis teſtificationibus inquiſiviſſe; ut D. Gregorius quæſtione ad ſe delata, ſuſpicatus adeo fuerit de judicii rectitudine, & Judicem in Hiſpaniam miſerit, qui cognoſceret cauſam. Divus autem Gregorius ita Joanni Defenſori. *De*

S. Greg. lib. 11. ep. 55.

Epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, ut ſi nulla contra eum criminalis cauſa, quæ exilio, vel depoſitione digna eſt, mota, ſive probata eſt &c. Genus id Legatum alloquendi, quo D. Gregorius utitur, quod ad examen cauſæ, Sanctiſſimum Pontificem oſtendit non æqui bonique ducere, quæ in Januarium lata erat ſententia: quod valde eſt abſonum ab æſtimatione illa magna quam ſibi collegerant Divus Leander, & Iſidorus apud Pontificem, & quam uterque Præſul ſibi meritis comparaverat.

V. Deinde: Suffraganea Sede vacante, Metropolitæ erat novum Præſulem conſecrare, aut ſaltem uti conſecraretur annuere, quod conſtat ex Canone undeviceſimo Concilii Toletani quarti; Quum vero Malacitana Eccleſia Suffraganea eſſet Hiſpalenſis, profecto eum Præſulem qui eſt ſuffectus, aut intruſus in Januarii locum, aut conſecratum oportet fuiſſe, aut conſecrandi poteſtatem alii eſſe factam ab alterutro horum Præſulum. Unde neceſſariò infertur alterutrum ſemeſtri receſſu ad Cœnobium damnatum eſſe, ubi pœnitentiam ageret, toto illo tempore ſacræ Communionis expers. Ejuſmodi quippe pœnâ Divus Gregorius mandat in eos animadverti, qui ſeu ordinarint, ſeu ordinari conſenſerint in Malacitanam Sedem intruſum. *Epiſcopi vero*, inquit, *qui eum ordinaverunt, vel ordinationi ejus conſentientes interfuerunt, ſex menſibus Dominici Corporis, & Sanguinis Communione privati agere pœnitentiam decernantur in Monaſterio*. Comperta igitur iniqua ſententia, proindeque revocata, atque irrita declarata per Apoſtolicum Judicem, iis, qui ordinaverunt Epiſcopum pœna fuit inflicta, & in Monaſterium conjectis pœnitentia iiſdem ſemeſtris agenda fuit, ad Sanctiſſimam Euchariſtiam eo tempore non accedentibus.

Conc. Tolet. IV. can. 19.

S. Greg. ibid.

Sententia Joan. Defenſ.

VI. Tertio demum longe eſt, ut Sancti duo Fratres hoc probro ſint afficiendi, quia excuſationem præoccupat S. Pontifex, quam Epiſcopi ſententiæ depoſitionis, ac proſcriptionis Januarii latores adducerent, quæ tametſi pœnam minuere poſſe videretur, culpam tamen haud dubie auget. Audienda Gregorianæ præoccupationis verba: *Si autem*, inquit, *Epiſcopi in præjudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi, ſe metu Judicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte, faſſi fuerint, & tempus eis abbreviandum eſt, & modus pœnitentiæ temperandus*. Quam procul formidinis cauſæ ex

S. Greg. ibid.

ex alio Judice præter Chriſtum Jeſum, a Sanctis Fratribus Epiſcopis forent, ſatis aperte ipſorum Sanctimonia teſtatur, necnon vita frequenter commiſſa periculis pro juſtitia, & Fide. Sed nec Judicis nomen eorum alterutrum poteſt innuere, erat quippe ab utriuſque ſapientia perquam alieniſſimum ulli Epiſcoporum metum incutere, quò eos in ſuam ſententiam pertraherent.

VII. Tribus his de cauſis perſuaſiſſimum mihi eſt, quod neque D. Leander, neque D. Iſidorus Malacitanum hunc Præſulem ejuſque Presbyterum depoſuerint: liquido enim conſtat ex Joannis Defenſoris actis tum de innocentia Januarii, tum de Epiſcoporum improbitate, qui eum depoſuerunt. *Veritatem*, ait Joannes Defenſor ſua in ſententia, *diligenti inveſtigatione perquirens nullam in antedicto Januario culpam, quæ exilio, vel depoſitione digna eſſet puniri; ſed magis ipſum ejectum de Eccleſia violenter inveni... ſæpe dictum autem Sanctiſſimum Januarium Epiſcopum abſolutum, loco ſuo in Epiſcopatus gradu, Deo auctore conſtituo.* *Sententia Joan. Defenſ.*

VIII. Sic de innocentia Januarii per ſummam injuriam damnati, perque vim ab Eccleſia depulſi. De iis autem, qui eum, condemnarunt Epiſcopis: *Illos*, inquit, *& illos Epiſcopos, qui poſtpoſita conſideratione Sacerdotali, in Fratris ſui præjudicium, atque condemnationem injuſte, & contra Dei timorem verſati ſunt, condemnans, in Monaſterium recipiendos, ad agendam in tempus pœnitentiam, ſtatuo, atque decerno.* Hæc Joannes Defenſor a Pontifice delegatus, de Epiſcopis, qui Januarium depoſuere; quæ recte, ac prudenter judicabit Eccleſia Hiſpalenſis longe eſſe, ut SS. Doctorum alterutrum accuſent. Itaque certum, minimeque dubium eſt, Malacitanum Præſulem neque a Divo Leandro, neque a D. Iſidoro fuiſſe depoſitum. *S. Greg. ibid.*

IX. Sanctis Eccleſiæ Hiſpalenſis Archiepiſcopis ab nota illa vindicatis, quam alterutri eorum contra æquum omne Eccleſia ipſa Hiſpalenſis, cæteroqui veneranda, inuſſerat, Januarium Epiſcopum Malacitanum affirmans ab alterutro eſſe depoſitum: reſtat nunc, ut quo tempore id contigerit indagemus, planum faciendi gratia, eorumdem neutrum iis Epiſcopis accenſeri, qui conventui, ſeu Concilio adfuere, in quo Januarii cauſa agitata fuit. Hæc ſane cauſa pertractata eſſe videtur per id interregnum ab D. Leandri exceſſu

ad

ad novum Archiepiſcopum electum D. Iſidorum: ſiquidem vacante Sede Hiſpalenſi, Comiciolus Provinciæ Præfectus, vir avaritiæ, atque iracundiæ mancipatus, opportunitatem nactus tum obitus D. Leandri, tum *conditionis Suffraganeorum*, quos, qua ob neceſſitudinem, qua ob metum potentiæ ſuæ morem ſibi omnibus in rebus geſturos intelligebat, Provincialem Synodum juſſit congregari, ibique ſententiam contra Januarium pronunciari, & contra Stephanum, ut nitemur oſtendere. Cujuſnam Eccleſiæ regimen foret Stephano, ut ſupra dictum eſt, non liquet; attamen conſtat vi adactum a Comiciolo eſſe, ut ſeſe ſiſteret, ejuſque cauſa judicaretur in Synodo Præſulum alienæ Metropoleos, queis auctoritas nulla, nullaque juriſdictio erat in illum. Equidem, ut dicam quod ſentio, Synodum hanc ipſiſſimam puto, quam Suffraganei Hiſpalenſes celebrarunt.

X. Operoſum eſt magis conjicere, cuinam Eccleſiæ præforet Stephanus: namque id temporis eodem nomine erant Epiſcopi plures in Hiſpania. Illyberitanus Præſul Stephanus vocabatur, teſtante id Hiſpalenſi Concilio anno 599. celebrato. Hic vero ut irritam, nulliuſque roboris demonſtraret ſententiam Epiſcoporum, qui Januarium condemnarunt, nequibat objicere Sedem ſuam illi Metropoli non eſſe ſubjectam; nam perinde Illyberitana, atque Malacitana erant Suffraganeæ Hiſpalenſis. In Tarraconenſi etiam Metropoli erat Præſul Stephanus nuncupatus, quanquam Eccleſiæ nomen præteritur, quod patet ex Concilio Cæſarauguſtano altero, anno 592. celebrato, cui ſubſcribit tertio loco Stephanus quidam Epiſcopus, omiſſo nomine Sedis ſuæ. Tertius recenſetur Stephanus Oreti Antiſtes (Oretum perinde eſſe, ac Calatravam vult Hiſpalenſis Eccleſia, quîcum lubentiſſime mihi conſtat, utut non ſim neſcius, aliud alios ſentire) qui florebat annis 597., & 610. comprobantibus id Toletanis Conciliis, quæ iiſdem annis ſunt habita: Primum ſcilicet anno XIV. Reccaredi Regis, alterum Catholici Regis Gundemari primo. Hunc eſſe autumat Eccleſia Hiſpalenſis, qui fuit depoſitus per Adelphium Toletanum Archiepiſcopum, ejuſque Synodum a Suffraganeis celebratam, atque ipſum eumdemque eſſe, qui Romam ad D. Gregorium Pontificem confugit. Sed ratione annorum habita, id temporis Adelphius Toletanus Archiepiſcopus vi-

Conc. 1. Hiſpal.

Conc. 2. Cæſarauguſtan.

Conc. Tolet. an. 597., & 610.

vita erat defunctus, uti etiam Tarraconenſis Metropolitanus Artemius, cujus in locum Aſiaticus erat ſuffectus anno ante ſexcenteſimum.

XI. Affirmare non auſim Tarraconenſis Eccleſiæ Suffraganeum eſſe hunc Stephanum, cui autem id probabile videretur, is a veritate non aberraret tota via: in ipſum quippe ratio convenit, quam præ ſe illius æmuli ferebant, cur nempe ad Hiſpalenſem Synodum vi traheretur. Enimvero vacantibus uno, eodemque tempore Sedibus Tarraconenſi, & Toletana, id quod æmuli prætexuerant, non eſſe ſcilicet Primatem, aut Metropolitam, ad quos deferri poſſet Stephanus, congruebat; *Si dictum fuerit*, D. Gregorius teſtatur, *quia nec Metropolitam habuit, nec Patriarcham*: ſpecie hac defectus legitimi Judicis vim excuſantes, qua Stephanum ad minime æquum tribunal pertraxerunt. Propterea ipſe meum induco animum, ut credam non Oreti Præſulem fuiſſe hunc Stephanum, ſed alius Diœceſis, ſeu fuerit e Tarraconenſi Metropoli, nam Metropolitana Sedes ob Artemii exceſſum vacabat, paulo ante memoratum; ſeu alius fuerit alius Metropolis Præſul. Quid vero immoror ſimplici conjectura hærentibus rebus? Eſto: ſit Oreti, ſitve alius Metropolis Epiſcopus hic Stephanus, parum mea refert: quæ meum ad inſtitutum pertinent, ea pergam docere. *S. Greg. lib. 11. ep. 56.*

XII. Adelphius Toletanus Metropolita ſupremum diem obiit annum circiter 599. parvo diſcrimine: cui ſucceſſit Tonantius Abas Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani, quod non procul abeſt Burgis. Præſul iſte poſtquam eſt electus, dies aliquot præterierunt, antequam veniret Toletum. Hunc, quoniam Juliani Perez, Hauberti, & Maximi, aliorumque id genus auctoritates procul habere neceſſe eſt, affirmare non poſſum latenti quadam de cauſa in Pannoniam migraſſe, ubi brevî conſumtus Martyrio fuerit. Certe ſi hac de re liqueret, firmiori uterer argumento. In ſumma Tonantius brevî exceſſit e vita, adeo ut dubium ſit, utrum Cathedram is Toletanam unquam conſcenderit. Hinc eſt quod D. Ildephonſus nulla facta mentione Tonantii, Auraſium Adelphii Succeſſorem recenſet. Eodem tempore ob Divi Leandri obitum, qui graviſſimorum ſententia Scriptorum, quos Papebrochius profert tomo primo ad diem decimam ſeptimam menſis Martii, item exceſſerat *S. Ildeph. lib. de Vir. ill.* *Pap. to. 1. Martii die 17.*

anno circiter 598., vacabat Eccleſia Hiſpalenſis. Tarraconenſem quoque vacare oſtendimus numero decimo. Denique Toletanam ſive propter obitum, ſive propter abſentiam Tonantii, cujus procraſtinatio Sedis vacationem ampliavit, moxque ſequuta mors tempus produxit, quo Toletana Eccleſia ſuo viduata Paſtore permanſit. Harum rerum ſeriem conſideremus, redituri poſtmodo ad rem noſtram.

XIII. Id vero ſic ſe habet. Comiciolus, qui uti ab inſtructione D. Gregorii ad Legatum ſuum Joannem, quando eum in Hiſpaniam miſit, intelligimus, erat vir potens, magnæque auctoritatis in Regno, & duobus Præſulibus haud dubie infenſiſſimus, necnon auri ſacra fame ſtimulante, perquam cupidus invadendi eorum bona, occaſionem ſibi præbitam vacationis Sedium amplexus, congregari Concilium Suffraganeorum Hiſpalenſium curavit, eoque in Concilio ſententiam contra Januarium pronunciari. Et quoniam Toletanæ Sedis Præſul deerat, hoc uſus prætextu eòdem Stephanum per vim trahi mandavit, ut ibi ejus cauſa cognoſceretur. Profecto qui Præſules celebrabant Synodum, Comicioli arbitrio ſtudebant; idemque ſibi pollicebatur futurum, ſeu neceſſitudine, ſeu metu cogerentur, ut ſibi omnibus in rebus morem gererent. Id enimvero ex voto accidit; nam Congregati illi Præſules, Divinis, humaniſque legibus reclamantibus, ſententiam pronunciarunt, ſententiam ſane iniquiſſimam depoſitionis, proſcriptioniſque adverſus Epiſcopos Januarium, & Stephanum. Comiciolus invaſit eorum prædia, nonnulla etiam ſibi arrogans e bonis Malacitanæ Eccleſiæ, manuſque ſacrilegas innocenti huic Epiſcopo injecit, ac Stephano vim faciens, eum pertraxit ad conventum Præſulum, queis nullum jus, nullaque in ipſum erat poteſtas, latamque ſententiam voluit executioni mandari, non ſecus atque cognoviſſet cauſam legitimus Judex, & judicium adverſus reum tuliſſet.

XIV. Si ſedulo animadvertantur D. Gregorii epiſtolæ, ſic ſe habere duorum depoſitionem Præſulum palam erit. Primum quia vis omnis adhibita, & circumventio Præſulum ab uno Comiciolo vel ſuadente, vel metum incutiente, profecta ſunt. Teſtatur hoc Divus Gregorius prima in epiſtola ad Joannem Defenſorem, ubi eum admonet, quem ſe oporteat gerere hac in re, inquiens: *Si Epiſcopi in* *S.Gr.ſup.pag.55.*

præ-

præjudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi (nempe Januarii) *metu judicis conſenſiſſe... non ſua ſponte ſaſſi fuerint*. Deinde, quia paulo poſt ad Cauſam Stephani ſe vertit querentis iniquo judicio ſecum eſſe actum criminatione falſa conflata, datiſque teſtibus non legitimis, nullamque vel minimam partem in Acta eſſe relatam, quin manifeſte vana, & irrita habenda eſſet; mandatque Sanctus Pontifex, ut quicumque ſententiæ huic adſuere Præſules, in eos animadvertatur; iterans ea omnia quæ de Januario loquens, monuerat. Poſtremo, quia reddi jubet Epiſcopis, eorumque Eccleſiis quidquid Comiciolus per vim abſtulerat. Patet igitur ab ipſis, eiſdemque Præſulibus Januarium, & Stephanum damnatos eſſe; unus quippe, idemque fuit, qui gratia plurimum valens utriuſque damnationi dedit operam ac tantam utrique vim intulit; uno demum, eodemque tempore id omne actum eſt: quibus ex circumſtantiis magnum argumento robur accedit.

XV. Hæ ſuccurrunt rationes, ut videntur, æquiſſimæ, cur mihi perſuadeam ab Hiſpalenſis Diœceſis Præſulibus utramque cauſam eſſe agitatam, ſimilitudo cauſarum, ſimilitudo ſententiarum, & ſimilitudo judicii, vel ut melius dicam ſingularitas perſonæ, aut Præfecti, qui contra utrumque Præſulem uno, eodemque tempore inſurgens, regulas omnes Civilis juris (neque enim ſacras, & Canonicas leges, honoris gratia, nomino) pervertit, atque protrivit. Januarium quidem vi de ſua Eccleſia dejecit, poſthabitis legibus *Cod. lib. 1. tit. 6. conſtitut.* 1. Quare factus eſt reus mortis, uti D. Gregorius altera in epiſtola ad Joannem Defenſorem his verbis locupletiſſime teſtatur: *De perſona Januarii Epiſcopi ſciendum eſt, graviter omnino, & contra leges eſſe actum, ut violenter de Eccleſia traheretur, quum ſi quamlibet aliam injuriam quicumque Epiſcopus paſſus fuerit in Eccleſia Lex capitali pœna percutiat*. Stephanum vero invitum maxime per inſidias traxit ad Epiſcoporum judicium alienæ Metropolis: *De perſona Stephani Epiſcopi hoc attendendum eſt, quia nec invitus ad judicium trahi, nec ab Epiſcopis alieni Concilii debuit judicari*. Qua ſane excuſatione Januarius non utitur; quamobrem videtur pro certo haberi poſſe, reque habet Eccleſia Hiſpalenſis, quod Januarium condemnaverint ſuæ Metropoleos Suffraganei. Quum autem certæ Metropolis

Juſtinian. C. lib. 1. tit. 6.

S. Gre. l. 11. ep. 56.

Digitized by Google

ea calamitas fuit, ut Præſules haberet tam improbos, ejuſdem notæ cenſeri non debent alii multi alienæ Metropolis.

XVI. Ex dictis manifeſtum eſt, quod meum argumentum a veritate non diſcrepat; at Eccleſiæ Hiſpalenſis argumentum maximo ab eadem diſtat intervallo. Quin alienæ Metropolis Epiſcopi Stephanum condemnarint, dubitari non poteſt; itemque ipſum reluctantem, atque invitum vi, & injurià pertractum in judicium alienum, ſeu is fuerit Tarraconenſis, ſeu Carthaginenſis Metropoleos, clam nemine jam eſſe nequit: Toletanus quippe Metropolita hujus proprius erat Judex; & conſtat ſeditioſos tantummodo, paciſque temeratores aliquot Præſules uſos eſſe prætextu illo leviſſimo ſubſcriptionis Euphemii tertia in Toletana Synodo, novi Schiſmatis ſuſcitandi gratia, duoſque Metropolitas Provinciæ uni adſcribendi, Provinciâ unâ in duas diviſâ, contra decretum Concilii Chalcedonenſis Canone 17. quod ita ſe habet: *Pervenit ad nos, quod quidam... unam Provinciam* Conc.Chalc.Cap. 17. *in duas diviſerunt, ut ex eo duo eſſent Metropolitani in eadem Provincia. Statuit ergo Sacra Synodus, ne Epiſcopus deinceps tale quid audeat.* Quapropter quum certum minimeque dubium ſit, Toletanum Præſulem eſſe Metropolitam, quînam eſſet paſſus Summus Pontifex, Stephanum e ſua ſe juriſdictione eximere, adeoque dividere Carthaginenſem Metropolim, ita ut Metropolitæ alii præberet, alii negaret obſequium? Non eſt ſane, non eſt cur Stephanum Oretanum Præſulem ſuperbis iis atque arrogantibus (ita eos appellat Concilium, & Rex Gundemarus, ut vidimus in ejus decreto) accenſeamus Epiſcopis, qui leviſſima de cauſa tranquillitatis oſores concire turbas, ordirique Schiſma illud conati ſunt, quod totam commoveret Hiſpaniam. At enim quando conſtat D. Gregorio, Stephanum eſſe perductum ad judicium, apud quos experiri jure non poterat; rationi admodum conſentaneum videtur, hoſce Judices ipſiſſimos eſſe, qui ſententiam contra Januarium pronunciarunt, Epiſcopos nempe Metropolis Hiſpalenſis, quippe quibus nulla erat juriſdictio in Suffraganeum Toletanum, ſive Tarraconenſem.

XVII. Attendere nunc Primatus comprobationem operæ pretium erit, qui ſpectabat eo tempore ad Toletanam Eccleſiam. S. Greg. Sup. Præ rebus cæteris, quibus Delegatum ſuum Pon-

Pontifex Magnus inſtruxit, excuſatio eſt, quam præmeditati illi fuerant, qui Stephanum per vim ad judicium traxerunt Epiſcoporum, e quibus nullus ad Stephani ejuſdem Metropolim pertinebat; ex legibus quippe etiam Civilibus a proprio Metropolita fuerat primum judicandus, deinde a Primate, quem vocat Juſtinianus Imperator Archiepiſcopum, & Patriarcham Diœceſis; prout habetur ex Novella 113. cujus verba ſunt: *Si a Clerico, aut Laico quocumque aditio contra Epiſcopum fiat... apud Sanctiſſimum ejus Metropolitam... cauſa judicetur, & ſi quis judicatis contradixerit, ad Beatiſſimum Archiepiſcopum, & Patriarcham Diœceſeos illius cauſa referatur*. Ab ejuſmodi Legis regulis receſſerat Comiciolus Stephanum Epiſcopum ad Tribunal deferens Concilii, cui nulla in eumdem erat poteſtas. *Juſtinian. novel. 113.*

XVIII. Ad memoratam vero illorum excuſationem, en quomodo ſui Delegati animum paravit D. Gregorius, ſi ea forte uterentur in tam aperta injuria: *Contra hæc ſi dictum fuerit, quia nec Metropolitam habuit, nec Patriarcham, dicendum eſt, quia a Sede Apoſtolica, quæ omnium Eccleſiarum Caput eſt, cauſa hæc audienda erat: ſicut & prædictus Epiſcopus petiiſſe dignoſcitur, qui Epiſcopos alieni Concilii ſuſpectos habuit*. Ex his illatio duplex colligitur. Prima: Divum Gregorium ſupremi Eccleſiæ Capitis auctoritate ſe unum eſſe præditum affirmare, qua Stephani cauſam cognoſceret. Itaque; *A Sede*, ait, *Apoſtolica, quæ omnium Eccleſiarum Caput eſt, cauſa dirimenda erat*. Et ſane conſtat, quod, niſi in Hiſpania foret ea tempeſtate Primas, qui auctoritate Metropolitas excelleret, cauſa deferenda ad D. Gregorium erat, utpote Occidentis Patriarcham, totiuſque ſui Patriarchatus Primatem unum, præ ſuprema Catholicæ Eccleſiæ poteſtate. *S. Greg. ibid.*

XIX. Miſſum facere nec poſſum, nec debeo argumentum, quod verba ipſius Gregorii mox allata exhibent aptiſſimum revera ad comprobanda deliramenta, queis cauſa Epiſcopi Stephani conflata fuit: præ cæteris verò inſigne deliramentum illud eluditur Comicioli, quod nempe, quia deerant illius Metropolita, Primaſque Hiſpanienſis, qui procurarent ejus cauſam, & innocentem judicio defenderent, ipſe omnibus æqui, & juris ſanctiſſimis legibus conculcatis, Epiſcopali dignitate poſthabita ejus cauſam detulit coegitque Præſulem ipſum coram Synodo comparere im-

propria ſane tum ex ſe, tum propter Epiſcopos congregatos, qui omnes ſuſpecti admodum habebantur. Iis porro aliiſque de cauſis, quæ patent ex laudata Gregorii Epiſtola, Stephanus Epiſcopus ad Apoſtolicam Sedem provocavit, ut ibi experiretur ſummo jure cauſam ſuam, & audiret ſententiam. Quæ quum ita ſint, quæro: nonne, ſi forte Epiſcopus eo potiſſimum circumventum ſe arbitraretur, quod Toletanus Archiepiſcopus judicium de ſe tuliſſet, cui ipſe tanquam Metropolitæ non ſubderetur, Carthaginenſi enim Præſuli, quod autumat Eccleſia Hiſpalenſis, parebat, nonne inquam id ſua in expoſtulatione exprimeret? Nonne hunc apprime articulum Apoſtolicus Judex expenderet, quod maxime conſentaneum rationi erat? Nonne Comiciolus ipſe hanc ſibi percommodam rationem uſurparet, cur cauſam minime alieno judicio eſſe agitatam doceret, quippe Toletano Metropolitæ damnatus Epiſcopus ſubderetur? Horum profecto nullus, ne obiter quidem id Metropolitarum diſcrimen memorat. Comiciolus enim inde bellum ciet, inde pro illata a ſe iniuria pugnat, quia nempe Metropolita, & Primas deerant. Oretanus autem Epiſcopus ad Pontificem Summum appellat, qui haud dubie proprius eſt Judex. Conſtat igitur ex Divi Gregorii ad Joannem Defenſorem inſtructione, quod eo tempore Toletana Sedes carebat Præſule; ob quam vacationem Stephano innocenti propius confugium non adſuit, & Comiciolus iniquus vir perpetratum ſcelus occulere nitebatur.

XX. Quam fieri alteram illationem dixi ex iiſdem verbis, eſt: Primatem tum extitiſſe in Hiſpania, qui auctoritate Metropolitas anteibat, & ab Juſtiniano Archiepiſcopus, & Patriarcha Diœceſeos appellatur; tametſi ejus Sedes interea vacabat. Ratio patet: duplici enim ſubterfugio ſeſe Comiciolus tutabatur, quia alienæ Synodo commiſerit Stephanum. Primum, quod ei Metropolita deerat. Deinde, quod Primas non erat. Primum haud dubium erat, vacante Eccleſia Tarraconenſi, cujus fortaſſe Suffraganeus erat Stephanus; quin vel Toletana vacante, ſi forte Oreti erat Epiſcopus. Alterum verò confirmabat ſeu vacatio ejuſdem Toletanæ Sedis, ſeu Præſulis abſentia: His itaque Sedium vacationibus vim obtegere Comiciolus nitebatur, quam intulit Stephano. Verum enimvero ſi, quod ja-

ctat Eccleſia Hiſpalenſis, Primatialis dignitas novum inauditumque erat tum temporis in Hiſpania, quid igitur Divus Gregorius monuit Legatum ſuum, fieri poſſe ajens, ut Stephano invidentes eam rem obtenderent.

XXI. Rationem hanc ita exponamus, ut nemini ejus veritas non ſit perſpecta. Sancti Pontificis verba denotant, Comiciolum, ejuſque Fautores obtendere fortuitum Metropolitæ ac Primatis defectum, ob vim Stephano factam excuſandam, quum eum ſe ſiſtere coram Judicibus coegerunt, quibus nullum jus erat in accuſatum: is enim eſt ſenſus verborum D. Gregorii, dum æque exprimitur Metropolitam, & Primatem defuiſſe quo coram cauſa tranſigeretur. *Si dictum fuerit, quia nec Metropolitam habuit, nec Patriarcham.* Quocirca prout caſu evenit, ut Metropolita deforet, cui Epiſcopus Stephanus ſubderetur: caſu ita obtigit, ut Primate careret Hiſpania, qui auctoritate Metropolitam præiret. Si autem fortuitus defectus is fuit, evidens igitur argumentum eſt Primatem tunc exiſtere, ac permanere ulla in Hiſpaniarum Eccleſia, ejuſque auctoritatem, juriſdictionem, dignitatem præ aliis Metropolitis non ſolum patere, ſed vigere etiam memoriâ illâ; eamque apud Toletanam Eccleſiam; cujus Sedes vacans longiuſcule aut obitus aut abſentiæ Præſulis gratia, Primate vere Hiſpaniam carere comprobabat.

XXII. Et ſane iſtæc Primatis defectus excuſatio per Comiciolum allata aliquantulum ſpecioſa erat; nam juxta Eccleſiæ Hiſpalenſis eruditionem in prima parte ſæpe ſæpius memoratam in cauſa illa graviſſima depoſitionis Epiſcoporum, *ſe apelaba al Primado con ſu Concilio.* „ Ad Primatem „ ejuſque Synodum provocari conſuevit. Quumque in Hiſpania Primas ea occaſione non eſſet, modo ipſomet abſente, modo Sede vacante; ad Primatem ejuſque Concilium provocari non poterat. Verumtamen Stephanus omnem excuſationis ſpem præcidit, teſte Gregorio in eadem epiſtola, ad Apoſtolicam Sedem appellans, quò aditus nunquam fuit occluſus; ſiquidem in Hiſpania poteſtas ſemper eſt facta in gravioribus cauſis ad Apoſtolicam Sedem confugiendi per viam appellationis, uti ſupra eſt demonſtratum, atque hoc recenti comprobatur exemplo. Nec præterire poſſum ſilentio quam præbet cauſam Eccleſia Hiſpalenſis, cur Stephanum hunc

Mem. p. 1. pag. 142.

Ore-

Oretanum Epiſcopum probet fuiſſe; ad Synodum Toletanam eum eſſe perductum affirmans, cui Adelphius præfuit, quem Metropolitam detrectabat; quocirca dictum de eodem a Divo Gregorio eſſe: *invitus ad alienum Concilium trahebatur*: firmiori nullo hærens fundamento, quam ſuo ipſius arbitrio. Nam, præterquamquod aperte hac de re decimo ſexto numero diſputavimus, conſtat eo tempore Stephanum nulli paruiſſe Metropolitæ, nec poſtulaſſe ut ſua cauſa cognoſceretur in ejus Curia. Si autem Carthaginenſem Præſulem Metropolitæ loco habuiſſet, coram quo agenda fuiſſet cauſa, vim eam quereretur, neque pateretur, ut Metropolitæ defectum æmuli obtenderent, ſe ut ad alienum judicium perducerent. Porro Eccleſia Hiſpalenſis tota in expendendo quî ea priora verba Toletano adverſarentur Primatui, poſteriora minime conſideravit.

XXIII. Rationem hanc exemplo luculentiorem facere mihi eſt in animo. Si forte haberetur ſermo difficillimis Europæ temporibus, quum calamitatum pars maxima Hiſpaniam invaſit; adeout Regna hæc noſtra Legati a latere auctoritatem amiſerint, quo munere Pontificii Oratores, vulgo Nuncii, celerius expediendi gratia cauſas Eccleſiaſticas, funguntur; ac penes hiſtoricorum aliquem poſteri offenderent: *Por eſte tiempo, como no avia Nuncio en Eſpaña ſe llevò eſta, ù la otra cauſa al Tribunal Real.* id eſt: „ Ea memo„ ria ſicuti Orator in Hiſpania non erat, ita hæc, ſeu illa „ cauſa ad Regiam curiam delata fuit: ecquiſnam inde colligeret certum, atque conſtans & eſſe, & fuiſſe, quod in Hiſpania Nunciaturæ Curia deſideratur? Ita me Deus adjuvet, nemo. Hoc legitime inferri inde poteſt; quod turbulentiſſimis iis temporibus fortuito, & per accidens auctoritas atque juriſdictio Nuncii defuit; at eâdem hac de cauſa, quod fortuito, & per accidens Pontificius Orator defuit, inferri poteſt ejuſmodi dignitatem hiſce in Hiſpaniæ Regnis ab antiquiſſima memoria permanere, atque exiſtere. Id ni fallor aliquis colliget, noſque ipſi ex Divi Gregorii verbis colligimus: *Si dictum fuerit, quia nec Metropolitam habuit, nec Patriarcham.* Utriuſque igitur defectus caſu obtigit, caſu autem deeſſe Primatem, evidenter oſtendit certam exiſtentiam, ac permanentiam dignitatis hujus in Hiſpania.

XXIV.

XXIV. Præterea D. Gregorius Legatum ſuum Joannem Defenſorem inſtituens ad eludendam Stephani æmulorum excuſationem, quam prætexerent, inanem ludebat aleam, niſi Primas in Hiſpania erat tum temporis, auctoritate, & juriſdictione Metropolitis præcellens; immo ejuſmodi auctoritas, & juriſdictio audita nondum fuerat, uti contendit Eccleſia Hiſpalenſis. Enimvero ſi hoc in Hiſpaniam Judice adveniente, de auctoritate, ac dignitate Primatis inauditum prorſus foret, ecquis prætextu illo uteretur? Certe obtendendi ergo Primatis defectum inuſitato cauſæ generi, neceſſum erat noſſe nomen, juriſdictionem, auctoritatemque illius, cujus defectus tanquam ratio eſſet, cur aliâ viâ itum foret in judicium adverſus Epiſcopum Stephanum; neque enim alia mihi videtur D. Gregorii mens fuiſſe Denſenſorem alloquentis, perinde atque dixerit: Eos qui Stephanum ad Epiſcopos traxerunt alieni Concilii, roges oportet, cur Metropolitam, Primatemve ſuum non adierint; *Contra quæ ſi dictum fuerit: quia nec Metropolitam habuit, nec Patriarcham &c.* Dum in Hiſpania eſſet ignotum de Primatis dignitate, juriſdictione, atque aüctoritate ſupra Metropolitas, nec objici quibat Judicibus agendi error, nec metui ab eiſdem poterat, ut illa fieret excuſatio; quamobrem D. Gregorius nequiequam monuiſſet Defenſorem. Efficax ergo argumentum Toletani Primatus, ac poteſtatis, qua Primas erat præditus ea tempeſtate in Metropolitas, Stephani, & Januarii iniqua damnatio eſt; etenim juxta id, quod ſibi Eccleſia Hiſpalenſis propoſuit, firmiſſimum contra Toletanum Primatum argumentum eſt, Primatem in Hiſpania non extitiſſe Gothorum tempore, ac Metropolitas nullo juriſdictionis diſcrimine æquali omnes poteſtate uſos eſſe.

Digitized by Google

CAPUT XV.

Comprobatur aliis argumentis poteſtas, qua Toletana ſemper præivit Eccleſias reliquas Hiſpanienſes.

SUMMA CAPITIS.

I. *Innumera ſummæ vetuſtatis Monumenta exhibent Archiepiſcopos Toletanos* Primates *Hiſpaniarum mancupatos.*

II. *Donatio Regis* Ghindaſuintis.

III. Alphonſi VI. *qui Toletanam urbem e poteſtate Maurorum eripuit documenta omnia.*

IV. V. Urracæ *Reginæ nonnulla.*

VI. VII. VIII. Alphonſi VII. *alia documenta, & obiter de bello ejuſdem Alphonſi cum Mauris juxta Cordubæ civitatem.*

IX. Raymundo *Toletano* Primati *ſubrogatur* Joannes, *qui perinde, ac Prædeceſſores primum ſemper locum in monumentis antiquis occupat.*

X. *Documenta* Sanctii Deſiderati.

XI. XII. XIII. XIV. Alphonſi VIII. *monumenta alia pro aliis Archiepiſcopis Toletanæ Sedis.*

XV. Henrici *Primi documentum.*

XVI. XVII. S. Regis Ferdinandi *monumenta.*

XVIII. *Urbs Hiſpalenſis e Maurorum poteſtate vindicata a S. Rege decoratur.*

XIX. *Philippum Infantem eligit ejuſdem Urbis Archiepiſcopum, qui tamen ſubſcribit documento Regis Patris poſt Eccleſiam Toletanam vacantem id temporis.*

XX. Alphonſus X. *dat monumentum cui ſubſcribit primo* Sanctius *Infans Electus Toletanus Præſul, licet minor natu; deinde Philippus Infans Præſul Hiſpalenſis.*

XXI. XXII. *Alia ejuſdem Regis Documenta, quorum alteri Præſul Hiſpalenſis ſubſcribit tertio loco.*

XXIII. XXIV. Sanctii IV. & Ferdinandi IV. *Documenta.*

XXV. Alphonſi XI. *Documenta.*

XXVI. Petri Regis *Documenta.*

XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. Henrici III. *Documenta.*

XXXI. *uſque ad* XXXVIII. *Monumenta plura Regum Catholicorum ex Aloyſio de Salazar excerpta.*

XXXVIII. *Concluſio Capitis.*

To-

Digitized by Google

I. Toletanam Eccleſiam poteſtate, ac præeminentia cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis præſtitiſſe argumentum eſt non leve, principem ab ipſa locum omnibus in monumentis occupari, quæ a Gothorum tempore ante calamitates Hiſpaniæ, illius nomen præſeferunt. Eorum ſane temporum perquam pauca, mihi licuit aucupari per mei exiguitatem ingenii, eaque ex Conciliis Hiſpaniarum, quæ utpote jam antea recenſita, non eſt cur iterum hîc producam. Quæ vero ſuppetunt poſt Toletanam urbem in priſtinum reſtitutam, eorum vis eſt tam ingens, ut ſingula ſi velim numerando percenſere, perinde ſim facturus, quaſi Archiva Hiſpaniæ omnia transferrem, opuſque immane adeo aggrederer, quod ne multorum quidem annorum ſpatio ad umbilicum perducerem. Archiva enim omnia tot, tamque honorificis veritatis hujus teſtimoniis referta ſunt, quot monumentis veterum vetuſta ejus Eccleſiæ privilegia ſunt commendata. Eorum temporum, quæ Mauris ereptam Hiſpalim præceſſere, nonnulla exempla proferam; ubi vero ad ipſam in noſtrorum poteſtatem Regum redactam venero, copia erit exemplorum major, quæ propoſuero; adeoque auctoritatem, ac poteſtatem Eccleſiæ Toletanæ præ Hiſpalenſi tam multa roborabunt exempla, ut innumeris evidentiæ radiis ne minimum quid abſconditum relinquatur. Tum profecto erit demonſtratum, quod Hiſpalenſis Eccleſia præpoſitam ſibi Toletanam habuerit, colueritque tanquam ſui cæterarumque omnium Hiſpaniæ primam, juxta Nicolai Antonii traditionem, neque in id unquam diſcrimen venerit, in quo 474. poſt annos, nulla prorſus legitima impellente ratione, verſari cœpit. *Sup. cap. 2.*

II. Neminem latet, quam operoſum ſit a Gothorum tempore monumenta repetere; quare unicum Regis Chindaſuinthis afferre mihi erit ſatis. (Factumne id divino arbitrer beneficio, ut documentum hujuſmodi exiſtat, quia curaverit Rex hic Apoſtolico iterum Diplomate Toletanum Primatum roborari?) Rex iſte privilegium largitus fuit Monaſterio de Compludo (ſic appellatur vicus, ubi ſitum eſt) cujus Abbatia poſtea conjuncta eſt cum Cathedrali Eccleſia Aſturicenſi, inque ipſius Archivo id privilegium ſervatur, Datum eſt decimo quinto Calendas Novembres anno Æræ noſtræ 684. Redemtionis autem 646. Subſcriptionum ordo

ſic ſe habet. Rex Chindaſuinthes primo loco ſubſcribit, dein Regina Reciberga, proxime autem Toletanus Archiepiſcopus: *Ego Eugenius Toletanæ Eccleſiæ Metropolitanus*. Quod documentum videre eſt apud Reverendiſſimum P. Fr. Antonium de Yepes generalem Chronographum Ordinis Sancti Benedicti to. 2. Chronicon, pag. 10. Appendicis, ordine decimum tertium.

Fr. Ant. de Yep. Chron. S. Ben. to. 2. append. pag. 10.

III. Quumprimum Rex Alphonſus Hiſpaniæ VI. non ſine immortali, ſingularique Dei Optimi Maximi beneficio Toletanam urbem ſuam in ditionem redegit, anno ut plerique ſentiunt 1088. Bernardum Fani S. Facundi Abbatem in Toletanum Archiepiſcopum elegit; qui Præſul, quum ſumma uteretur Alphonſi gratia, quo etiam efflagitante, ab Urbano ſecundo Hiſpaniarum Primas fuit electus, mirum videri non debet, ſi ſubſcriptione aliis anteivit, quod omnibus in Regis hujus Diplomatibus Bernardi nomen exhibentibus, obvium fit: quare duo tantum referam ex eodem Chronographo. Ejuſdem hiſtoriæ to. 4. pag. 486. documentum occurrit quadrageſimum tertium, donationem comprehendens ab Alphonſo Rege factam Monaſterio Sancti Servandi. Cui documento poſt Regem, ac Reginam, Bernardus ſubſcribit. Pag. item 491. aliud legitur documentum duodequinquageſimum ordine, ubi poſt regias ſubſcriptiones illico fit ob oculos: *Bernardus Archiepiſcopus Toletanus.*

Idem to. 4. pag. 486. docum. 43.

Idem ſup. pag. 491. B.

IV. Poſt Regis Alphonſi VI. obitum, filia ejus Urraca Regnum excepit: (nam Alphonſum VII. Aragoniæ Regem, cui ſecundò hæc nupſit, Hiſpaniæ Regibus accenſere hiſtoriæ ordinem turbare eſt, Regumque ſeriem, qui Alphonſi nomine memorantur, quum conſtet, quod majus eſt, ſeſe Reginam ab eo ſejunxiſſe, ipſumque Aragoniam petiiſſe.) Regina hæc tanquam unica, hæreſque legitima, & Domina Regnorum Patris donationes fecit non paucas. In donatione Cathedrali Eccleſiæ Segovienſi facta, V. Id. Nov. Æræ noſtræ 1161. communis 1123. quæ ipſius in Eccleſiæ Archivo ſervatur, proxime poſt Reginæ nomen Archiepiſcopi Bernardi ſubſcriptio iſtæc viſitur: *Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatus*. Ita refert Didacus de Colmenares ſua in Hiſtoria Segovienſi pag. 112.

Didac. de Colm. hiſt. Seg. cap. 14. §. 4. pag. 112.

V. Ejuſdem Reginæ aliud monumentum eſt penes Antonium Suarez de Alarcon filium natu majorem Marchionis

dc Trociſal in libro quem edidit de præſtantiſſimo ſui Proavorum genere. Datum eſt monumentum iſtud tertio Calendas Julias anno Æræ noſtræ 1157. vulgaris vero 1119. Mercurii die. Videre ipſum eſt Valliſoleti in Eccleſiæ Archivo, theca ſecunda, lacuna item ſecunda, faſciculo quinto, numero undecimo; quod unicum is documentum ſuo profert in libro, pagina 118. ibi autem Bernardi ſubſcriptio iſtæc habetur: *Bernardus Archiepiſcopus in Toleto.*

Ant. Suar. de Alarc. March. de Trocif. pag. 118.

VI. Urracæ in Hiſpaniæ Regno ſucceſſit filius Alphonſus VII. cognomento Imperator, qui more Imperatorum Germaniæ ſemel, atque iterum coronari voluit, Legione primum ſeptimo Calendas Junias primo Pentecoſtes die anni 1131., ut refert eruditiſſimus Aloyſius de Salazar; deinde Toleti, utrobique Archiepiſcopi manu. Hunc quidem Regem non ſugiebat, tum a Gothis, tum horum exemplo ab aliis Toletum fuiſſe Romæ nomine nuncupatum. De hoc ſane quamplurima & donationum, & privilegiorum monumenta poſſent afferri, quibus Bernardus primus omnium Regni Præſulum ſubſcribit, quæ videſis apud Didacum de Colmenares. Hujus equidem ſubſcriptiones prætermittam, ſucceſſorumque Præſulum in medium proferam. In donatione quam fecit Monaſterio S. Payi de *Ante Altares*, quinto Idus Julias Æræ noſtræ 1185. communis vero 1147. ſtatim ſub Regias ſubſcriptiones Toletani Archiepiſcopi ſubſcriptio eſt in hæc verba: *Raymundus Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas.* Sic refert laudatus auctor in Chronico S. Benedicti. Subſcriptio eadem paulo amplior occurrit in Privilegio, quod Monaſterio cuidam S. Martini *de Caſtañeda* conceſſit decimo tertio Calendas Majas anno Æræ noſtræ 1168. communis autem 1130. hoc pacto: *Dominus Raymundus, Toletanus Archiepiſcopus, & totius Hiſpaniæ Primas.*

Aloyſ. de Salaz. de Lara. to. 1. lib. 3. cap. 1. pag. 110.

Yepes to. 4. docum. 8. pag. 434.

Idem to. 5. doc. 56. pag. 438.

VII. Documentum aliud donationis Clero Diœceſis, urbiſque Segoviæ datum Arevali menſe Decembri Dominico die Adventus ſecundo Æræ noſtræ 1184. communis 1146. quo anno in ſuam ditionem redegit Cordubam, ſubſcriptionem ſuperioris omnino ſimilem exhibet: *Raymundus Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas.* Documentum hoc in ejuſdem Eccleſiæ ſervatum Archivo laudatus Didacus de Colmenares ſua refert in hiſtoria Segovienſi.

Idem auctor aliam eidem Eccleſiæ Donationem a Rege iſto factam profert, Idibus Decembribus Æræ noſtræ 1180. communis 1142. Segovienſi in urbe, quo ipſo anno Corduba obſidione cingitur, ac Muzmites a Rege ſuperatur. Huic documento Præſulum omnium primus Archiepiſcopus idem ſubſcribit hoc pacto: *Raymundus Toletanus Archiepiſcopus, & Primas*.

Didac. de Colm. hiſt. Seg. cap. 14. §. 4. pag. 112.

VIII. Operæ pretium fecerim, ſi id obiter lectorem monuero, quod Hiſpanienſes Mauri Cordubæ regno periclitantes, cujus potiri Africani Mauri nitebantur, vinctiſque jugum imponere, Regem hunc Alphonſum VII. in auxilium evocarunt; qui cum inſtructo milite adveniens teterrimum geſſit bellum cum Afris pro Cordubæ Mœnibus, eorumque copias omnes profligavit. Mox Cordubam ingreſſus, quum aliquandiu eam ſuſtinuiſſet, tutarique diutius rem arduam, ac perdifficilem eſſe videret, Mauro Regi reſtituit, qui ſuam olim in poteſtatem redegerat. Secus id quidem refert Mariana. Eidem tamen de hoc convenit nobiſcum, quod nempe hoc anno Imperator Cordubæ ſit potitus, urbemque ſtatim amiſerit, quia Maurus promiſſis non ſteterat. Quibus conſideratis id diſcriminis tollitur, quod eſſe poteſt huic factæ donationi cum hiſtorica veritate; Hiſtorici enim omnes paſſim affirmant, (quod minime dubium eſt) Sanctum Regem Ferdinandum tertium Cordubenſis civitatis eſſe potitum; ita ut Maurorum juris facta ea nunquam fuerit, quippe quæ a tertio Calendas Quintileis anni 1236. quo die Divus Ferdinandus eam eſt adeptus, perpetuo inde paruit Chriſtianorum imperio. Maurus quidem Rex Cordubæ, qui 1146. anno in poteſtatem venerat Alphonſi, quarto inde anno Afrorum opibus fretus, qui ſibi ſuppetias ierant, Alphonſo denegabat obſequium. Quare anno 1150. Alphonſus rediit infenſis armis, agmenque Saracenorum, quod deducebat Muzmites, delevit: utriuſque autem rei in documentis mox allatis fit mentio.

Marian. lib. 10. c. 18.

IX. Sub Regis hujus Alphonſi ſeptimi finem obiit ſupremum diem Raymundus Toleti Archiepiſcopus; ejuſque in locum ſuffectus Joannes primus hujus nominis, Prædeceſſorum ſemper veſtigiis inhæſit, quod patet ex Privilegiis a Rege conceſſis, dum ille viveret. Et revera privilegium conceſſit Vincentio Segovienſi Epiſcopo, ejuſque Canonicis, da-

datum Abulæ quinto Calendas Februarias anno Æræ noſtræ 1188. vulgaris autem 1150. quod Segovienſis in Eccleſiæ Archivo ſervatur. Eidem præ omnibus Epiſcopis, Archiepiſcopus Toletanus ita ſubſcribit: *Joannes Toletanus Archiepiſcopus, & Hiſpaniarum Primas.* *Colmen. ſup. cap. 14.*

X. Alphonſus hic ſeptimus cognomento Imperator, antequam vita defungitur, inter filios Sanctium, & Ferdinandum Regnum partitur: majorem natu Sanctium Caſtellæ rerumque ad eam pertinentium Regem conſtituit; Ferdinando autem Legionis, & Gallæciæ Regnum demandat. Sanctius præclariſſimis erat dotibus inſtructus; præmaturus vero ipſius obitus deſiderium magis virtutum ejus, quam experimentum reliquit. Quamobrem Deſiderati nomen adeptus eſt; quidquid alii ſentiant idcirco Deſiderati cognomentum ei eſſe præbitum, quia multum diuque Hiſpania Principem horum legitimum Regnorum heredem, Sanctii ſimilem deſideravit. Rex iſte brevi ſui Regni tempore Eccleſiam & Epiſcopum Segovienſem Guillelmum donavit Villa *Narès* nuncupata hodie *de las Cuebas*; deditque hanc donationem Segoviæ Idibus Juniis Æræ noſtræ anno 1186. vulgaris autem 1148. qui primus, & ſupremus ejus Regni fuit. Monumentum hoc eadem Eccleſia ſuo ſervat in Archivo, pariterque aliud ibidem documentum quo Rex donationem confirmavit caſtri, quod vulgo dicitur *Alchazaren* poſtridie illius diei, quam donationem Valliſoleti olim fecerat eidem Eccleſiæ Sanctia Patris ejus ſoror XI. Calendas Februarias anno Æræ noſtræ 1158. communis 1120. utrumque id monumentum Toletani Præſulis hanc exhibet ſubſcriptionem: *Joannes Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas.*

XI. Demortui Sanctii Regnum filius adoleſcentulus triennis Alphonſus VIII. excepit; qui poſtea præclaram ſibi apud omnes æſtimationem, & gloriam comparavit ob celeberrimam illam victoriam, quam de Mauris in ea Marianorum Montium parte, quam vulgo *las Navas* dicimus, reportavit. Rege iſto Archiepiſcopi quinque Toletanam gurbernarunt Eccleſiam: Joannes nempe, qui ejus in Regni primordiis florebat, Cerebrunus, Gundiſalvus, Martinus, & Rodericus. Horum omnium documenta proferam, quæ ipſos cæteris Hiſpaniæ Preſulibus præiviſſe teſtentur. Segovienſis in Eccleſiæ ſæpius laudato Archivo donatio viſitur Villæ

Ol-

Olmos per Alphonſum Octavum facta Maquedæ Sextili menſe anno Æræ noſtræ 1204. vulgaris 1166, cui primus omnium qui ſubſcripſere, Joannes legitur in hanc ſententiam: *Joannes Dei gratia Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, licet indignus, Hiſpaniarum Primas.*

Idem §. 12. pag. 146.

XII. Cerebrunus Joannis Cathedram excipiens, ſubſcribendi etiam ſecutus eſt morem. ſubſcriptio ejus occurrit in Diplomate, quo Alphonſus VIII. donationem confirmat ab Avia Sanctia factam Epiſcopis Segoviæ, quod datum eſt Burgis X. Calendas Martias anno Æræ noſtræ 1208. communis 1170. Ea vero ſic ſe habet: *D. Cerebrunus Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas.* Aliam hujus omnino ſimilem ſubſcriptionem videſis donationi, quam eidem Eccleſiæ fecerunt, dederuntque in Segovienſi urbe Gutierre Michael, & Anderaſum ipſius uxor Calendis Martiis anno Æræ noſtræ 1212. Communis 1174. Eamdem donationem, qua ii Segovienſem donarunt Eccleſiam, Rex Alphonſus firmavit in Gormatio Caſtro ad tertium Idus Majas anno Æræ noſtræ 1225. communis 1187. Huic autem ſubſcribit Gundiſalvus qui Toletanæ jam Eccleſiæ præerat, his verbis: *Gundiſalvus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas.* Iſtæc documenta ſervantur in Eccleſiæ Segovienſis Archivo.

Idem §. 12. pag. 149.

Idem §. 12. pag. 1.

XIII. In urbis ejuſdem Archivo monumentum aliud viſitur donationis variorum locorum quæ Urbi largitus fuit Alphonſus VIII. datum Palantiæ octavo Calendas Apriles anno Æræ noſtræ 1228. communis 1190. quibus ſingulis Archiepiſcopus primo loco ſubſcribit per eadem verba: *Gundiſalvus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas.* Rex idem Diplomate confirmavit varia Monaſterii S. Clementis Toletanæ urbis Privilegia, quod dedit ipſa ex Toletana Civitate decimo quarto Calendas Februarias anno Æræ noſtræ 1213. communis 1175. cui Cerebrunus per eadem ferme verba ſubſcribit: *Ego Cerebrunus Toletanus Archiepiſcopus Hiſpaniarum Primas.* Documentum id ordine eſt vigeſimum ſeptimum in Chronico S. Benedicti pagina appendicis 21.

Yepes to. 2. in append. docum. 27. pag. 21.

XIV. Rex idem confirmat Segoviæ decimo Calendas Junias anno Æræ noſtræ 1238. communis 1200. donationem Epiſcopo, & Canonicis Segovienſibus olim factam ab Alphonſo VII. ejus Avo: ſubſcribitque Martinus Toletanæ tum Præſul Eccleſiæ, quemadmodum Prædeceſſores ſui conſueve-

Digitized by Google

verunt: *Martinus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas*. Alphonſus ipſe VIII. tres inde annos multa conceſſit incolis Fontis Rapidi. Palantiæ hoc monumentum eſt datum decimo quarto Calendas Majas anno Æræ noſtræ 1241. communis 1203. eique Martinus idem ſubſcribit, ut ſupra: *Martinus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas*. Servatur hoc documentum in Archivo Fontis Rapidi, cujus exemplum profert Maximus Theologus, Salmanticenſis olim Academiæ Oraculum, P. Gabriel de Henao Societatis Jeſu, Biſcajæ antiquitatum tomo primo. Idem Alphonſus Equeſtri Ordini Sancti Jacobi, vectigalia Ucleſii conceſſit; aitque id muneris ſe largiri: *Quarto die poſt Natale Domini, Menſe Decembri*, anno Æræ noſtræ 1254. communis 1216. ad quartum Calendas Januarias: ac deſuper legitur: *D. R. Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Primas*.

Didac. de Colm. ſup.§.15.pag.164.

Gabr. Henao. to. 1. Antiq. Biſc. pag. 265.

XV. Poſtquam e vita migravit Rex Alphonſus VIII. Regni heres fuit Henricus primus undecim duntaxat annos natus: quamobrem Rex ante obitum rerum procuratricem conſtituerat Eleonoram Adoleſcentuli matrem, quæ, quum annum integrum ſuperſtes non fuerit, e vita demigrans Regnorum Caſtellæ Habenas reliquit moderandas Berengariæ parvuli Regis ſorori natu majori, prout referunt diligentiores Hiſpaniæ rerum Scriptores, quos inter Mariana; idque intelliget quicumque ſeptimum duodecimi libri caput ad finem uſque perlegerit. Dum Henricus in ſororis tutela fuit, commutationem firmavit, quam Gerardus Segoviæ Præſul, & Canonici villæ Fraxini cum viginti jugeris fecerant. Documentum id Burgis eſt datum decimo quinto Calendas Januarias anno Æræ noſtræ 1252. communis 1214. cui qui ſubſcribunt Præſules, eis præit Archiepiſcopus Rhodericus his verbis: *Rhodericus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus Hiſpaniarum Primas*. Poſtridie illius diei Rex idem conventum firmavit iterum coram Procuratrice ſorore, iterumque Archiepiſcopus uti pridie ſubſcripſit.

Mariana lib. 12. cap. 7.

Didac. Colm. ſup. cap. 20. pag. 179.

XVI. Henrico infeliciter e vivis ablato antequam Regnum cœperit moderari, ſororem Berengariam ſuccedere oportebat. Ea vero de ſuo jure concedente Ferdinando tertio ſuo ipſius filio ſanctitatis laude celeberrimo, hic tanquam Rex, ac legitimus Dominus, Regni onus ſuſcepit. Idem

Digitized by Google

Gerardo laudato Segovienſi Epiſcopo privilegium aliud conceſſit eadem in urbe quarto Nonas Junias anno Æræ noſtræ 1259. communis 1221. eique ſubſcripſit Archiepiſcopus memoratus per eadem verba: *Rhodericus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus Hiſpaniarum Primas*. Sanctus idem Rex controverſia compoſita Madritum inter & Segoviam, confecti, & expediti negotii monumentum dedit, obſignavitque in Caſtro Gormatio a. d. decimum ſecundum Calendas Quintileis anno Æræ noſtræ 1277. communis 1239. ubi Archiepiſcopi Rhoderici ſubſcriptionem perinde videre eſt, atque ſuperiores. *Rhodericus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas*.

Didac. Colm. ſup. cap. 20. pag. 179.

Idem pag. 193.

XVII. Eſt cur ſedulo animadvertamus in hoc monumento, quod Princeps, fraterque Sancti Regis Alphonſus poſt Archiepiſcopum ſubſcribit: *Infans Alphonſus frater Regis*. Neque huic tantum ita ſubſcriptum credi debet: alia enim ſuppetunt ejuſmodi monumenta. Quin etiam idem Ferdinandus confirmavit donationem ab Avo Alphonſo VIII. factam Monaſterio Beatiſſimæ Virginis de Valvanera, deditque id documentum Burgis a. d. quintum Idus Januarias anno Æræ noſtræ 1275. communis 1237., idemque ſubſcriptionum ordo ſervatur. Primum: *Rhodericus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas*. Dein: *Infans Dominus Alphonſus frater Regis*. Sic Fr. Antonius de Yepes in Chronico D. Benedicti. Aliud pariter Ill. de Caſtejon profert ipſiſſimam habens ſubſcribendi rationem, quod idcirco miſſum facimus.

Yep. to. 1. Append. pag. 36. docum 27.

Caſtejon. tom. 1. pag. 32. B.

XVIII. Eò jam uſque pervenimus, quum Civitas Hiſpalenſis virtute Sancti Regis Ferdinandi Tertii priſtinam in libertatem vindicata Maurorum jugum excuſſit. Quumque æquum videretur vetuſtam adeo, tantæque æſtimationis urbem condecorare, perquam opportune id præſtitum iri Ferdinandus eſt ratus, ſi antiquus Eccleſiæ nitor, æſtimatio, nobilitas, quibus Gothorum tempore fuit prædita, redderentur. Itaque illam Sanctus Rex dotavit, atque conſtabilivit, Canonicos in eadem conſtituens, ac pro Eccleſiæ dignitate ampliſſimum Præſulem, nempe filium ſuum Infantem Philippum. Ab eo tempore quotieſcumque aut privilegio, aut Regio Diplomati ſubſcriptum Toletanus, & Hiſpalenſis Archiepiſcopi coiere, ſemper Toletanus primum, Hiſpalenſis alterum, quandoque etiam tertium locum

cum occuparunt. Duo tantum exempla proferam, quæ erunt plurimorum inſtar; unde enim ea petentur, vis inde magna ad argumentum accedet, ita ut manifeſtum, atque evidens ſit futurum.

XIX. Quem primum Eccleſiæ Hiſpalenſis Archiepiſcopum Rex deſignavit, urbe jam ſuæ ditionis facta, ſuus ipſius filius Philippus Infans fuit: hic modo Procuratorem Eccleſiæ Hiſpalenſis modo Electum Hiſpalenſem, ſe vocat. Rerum ſatagens urbis hujus Ferdinandus omnia in eam contulit privilegia, quibus Toletana Civitas utebatur. Diploma hujuſmodi dedit Hiſpali decimo ſeptimo Calendas Julias anno Æræ noſtræ 1288. communis vero 1250. Vacabat id temporis Toletana Sedes; nihilo tamen ſecius Eccleſia Toletana ſuo viduata Paſtore præit loco Infantem Philippum hoc pacto: *Eccleſia Toletana vaca confirmat. Infans Philippus Procurator Eccleſiæ Hiſpalenſis confirmat.* Hoc iterum proferemus exemplum capite inſequenti numero decimo ſeptimo, ubi videre erit Auctorem Hiſpalenſem, cui acceptum id refertur. *Cap. ſeq. nu. 17.*

XX. Magnæ quidem auctoritatis primum hoc exemplum eſt; haud minoris tamen, arbitror, erit alterum. S. Ferdinandi Parentis optimi excepit Regnum Alphonſus X. cognomento Sapiens, iſque Regio Diplomate privilegia multa, quæ Segoviæ Antiſtiti Raymundo D. Ferdinandus conceſſerat, firmavit rataque habuit. Privilegium hoc, ſeu veterum confirmationem dedit Hiſpali decimo Calendas Julias, anno Æræ noſtræ 1291. communis 1253. Ea occaſione Toletanam, & Hiſpalenſem Eccleſias duo Electi Præſules Infantes Regii fratres gubernabant, quorum Sanctius natu minor Toletanæ præerat, major natu Philippus Hiſpalenſi, qui multo jam antea electus fuerat. Quæ quum ita ſint, tametſi non eſſet mirum ſi Fratrum natu major primo loco ſubſcriberet, (quod exemplum minime contra nos faceret, ratione habita præcedentiæ) haud tamen eſt factum ita; Sanctius quippe primus, dein Philippus ſubſcripſere, ut patet: *D. Sancho Electo de Toledo. Don Phelipe Electo de Sevilla.* Sanctius Electus Toleti. Philippus Electus Hiſpalis. *Didac. Colm. ſup. c. 22. pag. 211.* Quorſum vero ita? nempe, ut dicam quod æquius ſentio, huic Diplomati ſubſcripſerunt Infantes, non tanquam Infantes, at unuſquiſque tanquam ſuæ Caput Eccleſiæ; quum-

que prout Præſules ii ſubſcriberent, Toletanæ ſuperior dignitas, & poteſtas attendi magis debuit, quam Principum conditionis haberi ratio. Documentum hoc vide apud Didacum de Colmenares ſua in hiſtoria Segovienſi.

XXI. Placentiæ oppido Rex idem Alphonſus X. privilegium conceſſit datum Segoviæ decimo quarto Calendas Julias anno Æræ noſtræ 1311. communis 1273. cui ſubſcribunt pari modo Toletanus, & Hiſpalenſis Archiepiſcopi. *Don Sancho Arzobiſpo de Toledo*; deinde: *Don Raymundo Arzobiſpo de Sevilla*. „ Sanctius Toletanus Archiepiſcopus. „ Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Documentum hoc reperitur penes Reverendiſſimum P. Fr. Alphonſum Fernandez Ordinis Prædicatorum ſua in hiſtoria Civitatis, ac Diœceſis Placentinæ. Aliud itidem conceſſit privilegium Segovienſi civitati, quod ejus in Archivo ſervatur, datum in eadem urbe a. d. quintum Calendas Octobres anno Æræ noſtræ 1316. communis autem 1278., quod Præſules hoc pacto firmant: *Don Fernando Electo de Toledo. Don Gonzalo Arzobiſpo de Santiago. Don Remon Arzobiſpo de Sevilla*: id eſt. „ Ferdinandus Electus Toleti. Gundiſalvus Archiepiſcopus Compoſtellæ. Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Ubi perſpicuum eſt Hiſpalenſem loco cedere Compoſtellano Præſuli.

Fr. Alph. Fern. hiſt. Plac. pag. 10.

Colm. ſup. pag. 230.

XXII. Aliquot ante annis Rex idem privilegium conceſſerat triginta Equitibus fundatoribus Arcis Biatiæ, quod Toleti dederat V. Calen. Octobres anno Æræ noſtræ 1307. communis 1269. quod ſervatur archetypum in Archivo Eccleſiæ Collegiatæ ejuſdem Arcis. Id privilegium primo firmatur ab Infantibus, deinde ſubſcribit Toletanus Archiepiſcopus hiſce verbis: *Don Sancho Arzobiſpo de Toledo, y Canciller mayor de Caſtilla*. Sanctius Toletanus Archiepiſcopus, magnus Cancellarius Caſtellæ. Poſtea: *Don Ramon Arzobiſpo de Sevilla*. Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Hæc videſis apud Martinum Ximena licentiatum, in ſuis annalibus Jennæ.

Martin. Ximen. Annal. Jen. pag. 123.

XXIII. Alphonſo Sapienti ſucceſſit Sanctius IV. filius, vulgo Strenuus. Præ cæteris ab eo conceſſis privilegiis, illud extat quo privilegia omnia per Patrem ſuum Alphonſum, Avumque Divum Ferdinandum inclytæ Hiſpalenſi urbi conceſſa fuerant confirmat, datumque eſt in eadem urbe die Jovis

Digitized by Google

vis quarto Idus Sextileis anno Æræ noſtræ 1327. communis
1289. Huic primus omnium Præſulum ſubſcribit Sanctius
Toletanus Archiepiſcopus: *D. Sancho Arzobiſpo de Toledo.* Deinde
Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. *D. Ramon Arzobiſ-
po de Sevilla.* Quod monumentum eſt penes Didacum Or- *Didac. Ortiz An.*
tiz de Zuñiga ſuis in annalibus Hiſpalenſibus. Ferdinan- *Hiſpal. lib. 3. pag.*
dus IV. cognomento Hiſpanis *el Emplazado* quum Vallisoleti *136.*
adeſſet Conventui Civitatem Placentiæ multis cumulavit pri-
vilegiis Redemtionis anno 1305.: Præſules hoc firmarunt
documentum hoc ordine: *Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo,
Primado de las Eſpañas, y Cancillèr mayor de el Rey &c.* „ Gun-
„ diſalvus Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas,
„ & Magnus Cancellarius Regis &c. Ita refert laudatus Re- *Fernan. hiſt. Plac.*
verendiſſimus P. F. Alphonſus Fernandez in hiſtoria Pla- *pag. 51.*
centiæ.

XXIV. Rex idem Ferdinandus IV. privilegia firma-
vit, quibus Murciæ urbs ab Avo ejus Alphonſo Sapiente,
ac Patre Sanctio Strenuo cohoneſtata fuerat. Factumque
id fuit Valliſoleti ſeptimo Idus Auguſti anno Æræ noſtræ
1371. communis autem 1333. cui qui ſubſcripſerunt Epiſcopi
ſervarunt hunc ordinem. *Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo,
Primado de las Eſpañas. Don, Fray Domingo Arzobiſpo de
Santiago. D. Sancho Electo de Sevilla.* „ Gundiſalvus Archie-
„ piſcopus Toletanus, Primas Hiſpaniarum. Fr. Dominicus
„ Archiepiſcopus Compoſtellæ. Sanctius Electus Hiſpalis. *Franc. Caſc. hiſt.*
Documentum hoc videſis apud Franciſcum Caſcales in ſua *Murc. pag. 49. B.*
hiſtoria Murciæ. Privilegium aliud Monaſterio D. Antonii
de Eſpinareda ordinis S. Benedicti ab eodem Rege conceſſum,
ejuſdem ordinis hiſtoriographus Fr. Antonius Yepes exhibet
to. ſexto pag. 456. quod documentum eſt duodecimum. Huic *Yepes hist. D. Be-*
vero, quod in Segovienſi ſuburbio, *Cuellar* vulgo, datum *ned to. 6. pag. 456.*
fuit Calendis Aprilibus Æræ noſtræ anno 1343. communis *docum. 12.*
1305. primi ſubſcripſere Infantes; poſtea Præſules uti ſequi-
tur. *Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo Primado de las Eſpañas.
La Igleſia de Santiago vaca. D. Fernando Arzobiſpo de Sevilla.*
„ Gundiſalvus Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Pri-
„ mas. Eccleſia Compoſtellana vacans. Ferdinandus Archie-
„ piſcopus Hiſpalenſis. Semel jam atque iterum vidimus Hi-
ſpalenſem Eccleſiam Compoſtellanæ poſthabitam; Primum
ejus Præſule, poſtea ipſamet Vacante Archiepiſcopum Hi-

ſpalenſem præeunte. Attendendæ autem ſubſcriptiones ſunt, quas num. 20. attulimus, namque omnium prima eſt Ferdinandi duntaxat electi Toletani, qui Archiepiſcopis cæteris præcedit.

XXV. Poſt Ferdinandi IV. obitum, hereditariis Caſtellæ, & Legionis Regnis potitur filius Alphonſus hujus nominis undecimus virtute Hiſpaniæ Regibus facile omnibus præſtans. Hic privilegia confirmavit, quibus Eccleſia Cathedralis Segoviæ honeſtabatur, deditque id confirmationis Monumentum eadem in Civitate Segovienſi Nonis Octobribus anno Æræ noſtræ 1369. communis 1331. quod in Eccleſiæ ipſius Archivo ſervatur. Præſules huic ſubſcribunt, ut ſequitur: *Don Ximeno Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Cancillèr mayor de Caſtilla.* dein: *Don Juan Arzobiſpo de Sevilla.* „ Ximenus Archiepiſcopus Toletanus, „ Hiſpaniarum Primas, Magnus Caſtellæ Cancellarius. Joan- „ nes Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Aliud item extat privilegia confirmans a Patre collata in Securium veteris Caſtellæ oppldulum vulgo Frias appellatum, quod Valliſoleti datum fuit ſexto Calendas Januarias, anno Æræ noſtræ 1371. communis 1333. ubi viſitur in ſuperiori parte tabulæ: *Don Ximeno Arzobiſpo de Toledo, y Primado de las Eſpañas, y Cancillèr Mayor de Caſtilla Conf.* „ Ximenus Toletanus Archiepi- „ ſcopus, Hiſpaniarum Primas, Magnuſque Cancellarius Ca- „ ſtellæ, Conf. Poſtea ipſo in exordio primæ columnæ. *Don Juan Arzobiſpo de Sevilla.* „ Joannes Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Aliud præterea documentum ſuppetit ejuſdem Regis, privilegii Calaguritano Præſuli conceſſi, datum in Methina Campeſtri quinto Calendas Sextileis anno Æræ noſtræ 1364. communis 1326. Præſulum ſubſcriptiones huic privilegio ſunt hujuſmodi: *Don Juan Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Cancillèr de Caſtilla. Conf. Don Fray Berengel Arzobiſpo de Santiago, Capellan Mayor de el Rey Chanciller, y Notario Mayor de el Reyno de Leon, Conf. D. Juan Arzobiſpo de Sevilla Conf.* „ Joannes Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpania- „ rum Primas, Cancellarius Caſtellæ, Conf. Fr. Berengarius „ Archiepiſcopus Compoſtellæ, Magnus Regis Cappellanus, „ magnus Cancellarius, ac Notarius Regni Legionis, Conf. „ Joannes Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Conf.

XXVI. Rex Petrus in Conventu Valliſoleti celebrato ſe-

ſexto Idus Decembres anno Æræ noſtræ 1389. communis 1351 privilegia confirmavit Ægidio *Bocanegra* Claſſis Præfecto, quæ a prædeceſſoribus Regibus obtinuerat in Palmæ oppido. Primuſque inter Præſules Toletanus Diplomati ſubſcripſit *D. G. Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas.* „ Ægidius Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Pri- „ mas. Rex idem fecit donationem, jure prioris ortus ſervato, Ferdinando Perez *de Andrade*, rerum pertinentium ad Parœclam S. Mariæ *de Nitrayo*, in oppido Sagunti Calendis Majis anno Æræ noſtræ 1402. communis 1364. Hoc in documento eſt Archiepiſcopi Toletani ſubſcriptio præ aliis omnibus, etiam Principum & Infantium. Eæ vero ſic ſe habent: *D. Gomez Manrique Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Notario Mayor de Caſtilla, Conf. D. Sancho Señor de Villena, fijo de el muy noble Rey Don Pedro, Conf. Don Fernado Alonſo, Maeſtro en Thelogia Arzobiſpo de Sevilla, Conf. Don Suer Gomez Arzobiſpo de Santiago, Capellan Mayor de el Rey, Conf. Don Mahomad Rey de Granda vaſſallo de el Rey, Conf.* „ Gomezius Manrique Archiepiſcopus Toletanus, Hiſ- „ paniarum Primas, & Magnus Caſtellæ Notarius, Conf. „ Sanctius Bigerræ Dominus, Præſtantiſſimi Regis Petri fi- „ lius, Conf. Ferdinandus Alphonſus ſac. Thelogiæ Doctor, „ Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Conf. Suer Gomez Archiepi- „ ſcopus Compoſtellæ, Magnus Cappellanus Regis, Conf. „ Mahomad Rex Granatæ, Regi ſubditus, Conf.

XXVII. E vivorum numero infeliciter ſublato Petro Rege legitimo Alphonſi Patris ſucceſſore, populus unanimis acclamavit, renunciavitque Regem Henricum ſecundum, Alphonſi filium ex Eleonora Guzmana ſuſceptum (non enim deſunt, qui legitimam hanc fuiſſe Regis uxorem dicant, quod eam ſibi occulte, ſeu clandeſtine junxerit, antequam contraheret Matrimonium cum Maria Alponſi IV. Regis Portugalliæ filia.) Hic Burgis in inclyta urbe, quum ibidem congreſſus celebraretur, quatuor Cappellanias fundavit in Segovienſi Eccleſia Petro filio Infanti: deditque hujuſmodi documentum Burgis anno Æræ noſtræ 1405. communis 1367. cui æque ac ſuperiori, eodemque ordine ſervato, Præſules Toletanus, & Hiſpalenſis ſubſcripſere. *Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpanas, y Canciller mayor de el Rey, Conf. Don Fray Alonſo Arzobiſpo de Sevil-*

vuilla Conſ. „ Gundiſalvus Toletanus Archiepiſcopus Hi-„ ſpaniarum Primas, magnuſque Regis Cancellarius, Conſ. „ Fr. Alphonſus Archiepiſcopus Hiſpalenſis Conſ. Monumentum hoc ſervari in Segovienſis Eccleſiæ Archivo teſtatur Didacus de Colmenares, ubi ſupra.

Didac. de Colm. ubi ſup.

XXVIII. Aliud inſuper rei noſtræ percommodum extat monumentum ejuſdem Regis, datum Senticæ, Nonis Novembribus, anno Æræ noſtræ 1410. communis 1372. pro Ambroſio *Bocanegra* altero Palmæ Domino, Claſſiſque Caſtellæ Architalaſſo: in quo ipſi tanquam optime de ſe merito caſtrum *Linares* dictum conceſſit, ut ſuæ ditionis foret. Huic ducumento præ iis omnibus, qui ſubſcripſere Toletanus eſt Archiepiſcopus. *D. Gomez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y Cancillèr de el Rey.* „ Gomezius „ Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas, Cancel-„ larius Regis. Deinde linea prima *Don Fernando Arzobiſpo de Sevilla*: „ Ferdinandus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Documentum iſtud videre eſt apud multæ eruditionis virum Aloyſium de Salazar, de cujus præclaris virtutibus alibi aliquantulum ſumus locuti. Qui utinam documenta omnia quæ in familia de Silva commemorat, perinde ob oculos poneret, atque illud a nobis jam productum in familia Comitis Ferdinandi Nonnii.

Aloyſ. de Salaz. in fam. Com. Ferd. Nonnii pag. 44.

XXIX. Antequam eruditiſſimi hujus Auctoris exempla profero, Toletani Archiepiſcopi Petri duo præmittere conſtitui monumenta Henrico tertio Rege. Joannes Martinez de Roxas jam defunctus, & Maria Fernandez, quæ ipſius uxor fuerat, beneficio Regum Henrici Tertii prædeceſſorum villam *de Conſurita* poſſidebant. Rexque Henricus Tertius donationem hanc confirmavit Burgis nono Calendas Martias, anno ſalutis noſtræ 1392. tum eiſdem Joanni Martinez de Roxas, & Mariæ Fernandez Viduæ, tum filiis ipſorum omnibus, atque heredibus. Huic autem Documento ſubſcripſit Archiepiſcopus Toletanus omnium primus hoc pacto: *Don Pedro Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Conſ.* „ Petrus Archiepiſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas, Conſ. Hujuſmodi alia ipſius Præſulis confirmatio occurrit alio in Henrici ejuſdem monumento, quo Donationem ab Joanne I. patre factam Petro Fernandez de Velaſco a Regiis Cubiculis confirmavit prædiorum aliquot Hiſpali, *Guillenæ*, aliiſque in oppidis.

XXX.

Digitized by Google

XXX. Sed eò revertor, unde paulo ante profectus ſum. Pro ea, quam graviſſimo illi Auctori fidem adhibeo, volumina inſpexi, quæ ipſe confecit Familiæ de Lara; atque ubi cognovi duntaxat in quarto eorum copioſe abundanterque documenta exhiberi ſuis cum Subſcriptionibus, tria cætera miſſa feci ad breve tempus, quum opus ad umbilicum perducendi tanta non foret neceſſitas. Quumque documenta ſeparatim edita eſſent, ſeptem ea numero eſſe facile intellexi, quæ ſingula ſi huc afferrem, operæ me pretium facturum ſum ratus, gratias ſedulitati ejus habens maximas, quod ſeriem hanc exemplorum ſit nobis elargitus, unde perpetua Toletanorum Archiepiſcoporum præ cæteris Hiſpaniæ Præſulibus, ac potiſſimum præ Hiſpalenſi Archiepiſcopo præſtantia comprobatur. Ea ſingula numerando percenſeam pro vetuſtate Regum, a quibus conceſſa ſunt.

XXXI. Quod primum eſt obvium, commutatio eſt a Rege Alphonſo Decimo facta Villæ *de Caztalla* cum alia *de Cerraja*, quæ juris erat Oretani conventus. Data ea fuit Hiſpali decimo octavo Calendas Januarias anno Æræ noſtræ 1317. communis 1279., cui ſubſcribunt: *D. Fernando Electo de Toledo*. „ Ferdinandus Toleti electus, & dein: *Don Remondo Arzobiſpo de Sevilla*. „ Raymundus Archiepi- „ ſcopus Hiſpalenſis. Extat hoc documentum in Archivo Sacri Oretani conventus. *Idem Fam. de Lara to. 4. pag. 4.*

XXXII. Alterum eſt privilegium Regis Ferdinandi quarti, quem Hiſpani dicunt *el Emplazado*, quo Trevennii oppido privilegia omnia, quibus antea utebatur, confirmavit. Datum id eſt Burgis a.d. ſextum Calendas Sextileis anno Æræ noſtræ 1340. communis 1302., ac ſubſcriptiones ſequenti ordine, ac modo videre eſt: *Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y Canciller mayor de el Rey. Don Frey Rodrigo Arzobiſpo de Santiago. Don Almoravid Arzobiſpo de Sevilla*. „ Gundiſalvus Archiepiſcopus „ Toletanus, Hiſpaniarum Primas, magnuſque Cancella- „ rius Regis. Fr. Rodericus Archiepiſcopus Compoſtel- „ læ. Almoravitus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Monumentum hoc archetypum in Archivo eſt Ducum *de Naxera*. *Idem ibid. pag. 42.*

XXXIII. Tertium eſt monumentum conceſſionis per Henricum ſecundum factæ Duci Petro Manrique oppidorum *Villoslada, Lumbreras, & Ortigoſa*. Datum eſt Burgis

a. d. ſextum Idus Aprileis anno Æræ noſtræ 1404. communis autem 1366. Archiepiſcopi Toletani ſubſcriptionem videre eſt in capite omnium, ut ſequitur. *Don Gomez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de el Rey.* „ Gomezius Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum „ Primas, magnus Cancellarius Regis. Dextrà: *D. Alonſo Arzobiſpo de Santiago Capellan mayor de el Rey.* „ Alphon„ ſus Archiepiſcopus Compoſtellæ magnus Cappellanus Regis. Siniſtrà vero: *La Igleſia de Sevilla vaca.* „ Eccleſia „ Hiſpalenſis vacans. Archetypum hoc documentum aſſervatur in memorati Ducis Archivo.

Idem ibi.pag.55.

XXXIV. Quartum conceſſio eſt ab Joanne primo facta oppidi Navaretæ Didaco Gomezio Manrique. Valliſoleti datum id fuit quarto nonas Februarias anno Æræ noſtræ 1418. communis 1380. ſubſcribentium nomina columnis quatuor cenſita viſuntur, quorum medium in capite legitur illud Archiepiſcopi Toletani: *Don Pedro Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas.* „ Petrus Archiepiſcopus „ Toletanus Hiſpaniarum Primas. Dextrà autem verſu primo: *Don Fernando Arzobiſpo de Sevilla.* „ Ferdinandus „ Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Eodem in Archivo monumentum ſervatur.

Idem ibid. pag. 232.

XXXV. Quintum eſt conceſſio altera Duci eidem Petro Manrique facta ab Joanne ſecundo oppidi ſcilicet *Paredes*, rerumque, & juris ad id ſpectantium. Documentum eſt datum Valliſoleti, tertio nonas Junias anno ab ortu Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti 1430. (Rege enim iſto & volente, & jubente numerum annorum per Æram recenſere deſitum eſt, cœptumque a Chriſti Nativitate id fieri, prout Chriſtianorum omnium in more erat poſitum.) Toletanus Archiepiſcopus documento huic perinde, ac ſuperiori ſubſcribit: ſiquidem præ omnibus in medio tabulæ legitur: *Don Juan de Contreras Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de Caſtilla.* „ Joannes *de Contreras* Ar„ chiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas, Caſtellæ „ magnus Cancellarius. Dextrà: *Don Lope de Mendoza Arzobiſpo de Santiago Capellan mayor de el Rey.* „ Lupus de „ Mendoza Compoſtellanus Archiepiſcopus, magnuſque „ Cappellanus Regis. Siniſtrà: *Don Diego Arzobiſpo de Sevilla.* „ Didacus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Servatur in Archivo Marchionis *de los Velez*.

Idem ibid. pag. 299.

XXXVI. Sextum largitio eſt variorum locorum primo Comiti oppidi *Paredes* ab Rege eodem Joanne ſecundo facta: datumque eſt in oppido Roæ octavo Idus Aprileis Redemtionis anno 1437. Documentum hoc præſefert trium Præſulum ſubſcriptiones æque, ac ſuperius: Medius ſiquidem in tabulæ ſummo eſt: *Don Juan Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas Cancillèr mayor de Caſtilla*. „ Joannes „ Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas, magnus „ Cancellarius Caſtellæ. Dextrà: *Don Lope de Mendoza Arzobiſpo de Santiago, Capellan mayor de el Rey*. „ Lupus „ de Mendoza Archiepiſcopus Compoſtellæ, magnus Cappellanus Regis. Siniſtrà: *Don Diego Arzobiſpo de Sevilla*. „ Didacus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Servatur in Comitis oppidi *Paredes* Archivo. *Idem ibid. pag. 382.*

XXXVII. Septimum denique eſt monumentum ex perquam paucis iis, quæ extant Ferdinandi V., ac Iſabellæ Catholicorum Regum, quo Ægabræ Comitiſſis Caliculæ, ſeu, ut Hiſpani dicunt, *de Cabra*: id genus, quod *Brial* vocant Hiſpani, veſtemque exteriorem permittunt, quas Hiſpaniarum Reginæ induere primo Paſchatis Reſurrectionis die conſueverunt. Privilegium hoc Reges dederunt Hiſpali decimo ſecundo Calendas Majas, Redemtionis anno 1478. firmaruntque Præſules, ac Regni Proceres, uti omnia veterum monumenta. In medio tabulæ ſummæ prope Regium ſigillum Archiepiſcopus Toletanus conſpicitur: *Don Alphonſo Carrillo Arzobiſpo de Toledo Primado de las Eſpañas, gran Canciller de Caſtilla*. „ Alphonſus Carrillus Archie„ piſcopus Toletanus, Hiſpaniarum Primas, magnus Can„ cellarius Caſtellæ. Poſtea prima incipit columna, dextrà: *Don Pedro Gonzalez de Mendoza, Cardenal de Eſpaña Arzobiſpo de Sevilla, y Obiſpo de Siguenza*. „ Petrus Gonzalez de „ Mendoza Cardinalis Hiſpaniæ, Archiepiſcopus Hiſpalen„ ſis, & Epiſcopus Seguntinus. Documentum hoc ſervatur in Archivo Marchionis *Manceræ*. Hic vero conſiderandum cenſeo, quod, quanquam Hiſpalenſis Archiepiſcopus tunc foret, qui ob præclariſſimas, multiplicesque animi dotes magnus Hiſpaniarum Cardinalis appellabatur, quam ob dignitatem ampliſſimam, toto quam late patet orbe, in ore omnium verſatur Petrus Gonzalez de Mendoza; tamen Archiepiſcopo Toletano conceſſerit loco. At Præſulem *Idem ibid. pag. 411.* *Infr. cap. 20.*

hunc Eminentiſſimum non latuit Archiepiſcopi Toletani dignitas Primatialis, uti capite vigeſimo fiet palam: itaque cui jure debuit, loco ceſſit, Primati ſcilicet Hiſpaniarum.

XXXVIII. Octo iſti Auctores graviſſimi documenta nobis exhibuerunt, cum Toleti Præſulum ſubſcriptionibus, ut harum jus adverſus Hiſpalenſium Archiepiſcoporum alias experiremur. Omnia ea præſeferunt Archiepiſcopi Toletani ſubſcriptionem præ aliis omnibus, necnon ut plurimum Primatis Hiſpaniarum cognomentum. Quamobrem, mihi ut videtur, liquido inde conſtat, quod ab iis temporibus quæ Hiſpaniæ calamitates præivere ſumendo initium, mille annos & ſupra, quemadmodum ajebat Cardinalis Aguirre, Toletanus Archiepiſcopus principem ſemper locum Hiſpaniarum inter Præſules omnes occupavit, ac præſertim Archiepiſcopo Hiſpalenſi antecelluit. Idque etiam nonnullis in occaſionibus, quum Toletanus Præſul dignitati Primatus ne minimum quidem derogans, necnon ſedes ipſius vacans concedere loco potuiſſet, uti numero vigeſimo conſideratum eſt. Nunc vero, quoniam tot argumentis, exemplis, rationibuſque firmiſſimis demonſtravimus convenire in Toletanam Eccleſiam partem alteram definitionis Primatus, nempe auctoritatem, & poteſtatem in cunctas Hiſpaniarum Eccleſias, opus eſt ut quæ ſunt reliquæ partes duas in eamdem convenire doceamus, tum quippe abunde pleneque comprobatum erit Eccleſiæ Toletanæ congruere totam Primatus eſſentiam.

Card. Aguir ſup. cap. 10. num. 2.

CA-

CAPUT XVI.

Tertia pars definitionis Primatus perinde, ac altera, & prima tum Archiepiſcopo, tum Eccleſiæ Toletanæ convenit.

SUMMA CAPITIS.

I. *Legati a Latere, qui vices agunt Pontificis non ſunt vere* Primates, *licet Metropolitis auctoritate præſtent, perſonæ enim non Sedi annexa eſt ea dignitas.*

II. *Primatialis dignitas fixa eſt atque heret Sedi Toletanæ ante Gothorum tempora.*

III. *Hæc dignitas Toletanæ Sedi annexa centum annos, & amplius fuit cognita in Hiſpania Gothorum ævo.*

IV. *Viguit ea dignitas vel Saracenis occupantibus Regiam urbem; dum licuit Catholicam Diſciplinam ſervare.*

V. VI. *Exemplo Elipandi Toletani Præſulis, qui doctrinam erroneam omnibus amplectendam propoſuerat pro ſua auctoritate, qua omnibus anteibat, adſtruitur.*

VII. *Hinc evincitur, quod* Primatia *herebat Eccleſiæ Toletanæ ante Barbarorum invaſionem.*

VIII. IX. *Argumentum validiſſimum ex epiſtolis Præſulum coævorum ad Elipandum Toletanum Archiepiſcopum, & ultro hujus ad alios Præſules, magnateſque Hiſpaniæ, Barbarorum tempore.*

X. XI. XII. *Toletana urbe Mauris erepta Toletanus Præſul iterum præeſſe cœpit Conciliis, quorum aliqua recenſentur.*

XIII. *Paſchalis junior ſalutat per literas Bernardum,* Primatem *appellans.*

XIV. XV. *Alia exhibentur Concilia, quibus Toletani* Primates *præfuerunt.*

XVI. *Indicia certa* Primatus *in Toletana Sede ſtabilis, ſunt: Ejuſdem Sedis Præſulem ſemper ſubſcripſiſſe Regiis Diplomatibus ante Præſules Hiſpalenſem, & Compoſtellanum: & Procuratorem Toletani omnibus in Actibus præſtitiſſe cæteris quibuſcumque Præſulibus.*

XVII. uſque ad XX. *Variis proferuntur Acta, in quibus & conſeſſu, & ſubſcriptione, Toletana Sedes vacans per ſuos Canonicos anteivit Archiepiſcopo Hiſpalenſi, & cæteris Hiſpaniæ Præſulibus.*

XX XXI. *Verum & per Procuratorem eamdem habuit preeminentiam: Exemplum electione Sobrini facta per Petrum de Luna Antipapam, quem Canonici nolunt admittere in Toletana Sede.*

XXII. *In congreſſibus Madriti habitis hoc vertente ſeculo uſque ad annum* 1718. *ſemper præceſſit Eccleſiæ Toletanæ* Procurator.

XXIII. *Si ulla unquam diſcrepantia his in congreſſibus fuit, ideo fuit, quia Toletana duos Canonicos mittit, dum aliæ ſingulos.*

XXIV. *Mille ſupra annos hæc præeminentia uti Toletanam Eccleſiam probatum eſt.*

XXV. XXVI. *Primatiæ dignitas adeo affixa eſt Sedi Toletanæ, ut ejus Præſules non, niſi in eadem Cathedra conſiſtentes, ſint* Primates, *neque enim ſi ad aliam Cathedram tranſeunt*, Primatum *ſecum ferunt, ex auctoritate Martini V.*

I. JAm docui Toletanum in Archiepiſcopum, & ejus Eccleſiam convenire primas definitionis Primatus partes, quas Eccleſia Hiſpalenſis propoſuit; ſedem ſcilicet Metropolitanam eſſe, cæteriſque Hiſpaniarum Metropolitis anteire: Quæ primum occurit pars tertia ſignificat; Ejuſmodi auctoritas oportere ut Sedi certæ affixa ſit: *Ha da eſtàr afixa à la Igleſia*. Recte Hiſpalenſis Eccleſia, non diffiteor, hanc particulam addidit; ſi enim ſummus Pontifex vices, & auctoritatem ſuam concederet alicui Præſuli, haud dubie hic auctoritate Metropolitis anteiret; nihilo tamen ſecius is minime eſſet Primas, quantumvis libet auctoritate perquam ſimili Primatialis, valdeque cum eadem Primatiali auctoritate coæquanda. Qua de re licet Zeno, & Salluſtius Archiepiſcopi Hiſpalenſes vices, auctoritatemque Pontificiam obtinuerint, quarum hic ab Divo Hormiſda, ille a Divo Simplicio compotes facti erant (fortaſſe etiam Divus Leander ab Sancto eaſdem Gregorio impetrarat, uti ſentiunt nonnulli) non tamen idcirco trium horum ullus Primatis Hiſpaniarum dignitatem eſt conſequutus; ac proinde Hiſpalenſis Eccleſia nunquam extitit Primatialis: ea ſiquidem auctoritas Pontificia neutiquam in Sedem, ſed in Archiepiſcopum fuit collata, quo e vivis excedente, Succeſſor Archiepiſcopus neceſſe habuit, ut idem in ſe denuo beneficium conferretur, quo auctoritatem, & Apoſtolicas vices exerceret, Prædeceſſoris inſtar Præſulis, quam beneficii novam collationem, qui minus impetraret, ejuſmodi dignitatis expers erat: uti re contingit laudatorum Præſulum Hiſpalenſium Succeſſoribus.

II. Reliquum mihi eſt igitur, ut planum faciam, auctoritatem, qua utitur Toletanus Præſul, Eccleſiæ Sedique Toletanæ perpetuo hæſiſſe, atque hærere. Probatur id jugi poſſeſſione, variis in muneribus Primatis propriis, atque exprimentibus poteſtatem, qua ab Gothorum tempore Metropolitis omnibus Hiſpaniarum præſtitit, nunquam inter-

terruptæ. Auctoritatem hanc vidimus Divo Iſidoro innotuiſſe, quum Divo Heladio Cordubenſem permiſit Epiſcopum, in quem animadverteret, licèt Suffraganeus foret Hiſpalenſis. Quumque in eum depoſitionis ſententia ob perpetratum crimen proferenda eſſet, Divo Heladio ait, ad eum, eoſque, qui ſecum coadunati erant Suffraganei Præſules Hiſpanienſes, pertinere divina cenſura, ut in ejuſmodi delinquentes inquireret, ut late probatum fuit capitibus ſecundo, & tertio decimo, rationeſque Hiſpalenſis Eccleſiæ confutatæ, quibus præpoſtere rem exponere, ſuumque inſtitutum probare contendit. Itaque jam tenemus, Divi Heladii tempore hanc dignitatem, atque auctoritatem in Toletana Sede penitus hærere.

III. Auctoritatem hanc utique cognovere Metropolitæ omnes, tumquum unanimi conſenſu probarunt Archiepiſcopum Toletanum, ordinatione licèt recentiorem Nationum præeſſe Conciliis, ac primo loco ſubſcribere Actis Concilii, quemadmodum capite decimo eſt demonſtratum, ubi Felix recèns electus ſubſcriptione cæteris præſtat, Synodoque præeſt decimæ ſextæ: ſicuti in Synodo decima ſecunda Julianus Toleti Metropolita Hiſpalenſi Metropolita Juliano dignitate poſterior, præſedit tamen, atque præ aliis omnibus Metropolitanis ſubſcripſit, quod capite undecimo, contra quam tradit Eccleſia Hiſpalenſis, eſt declaratum. Neque antiquius nobis exemplum deforet, juxta id quod Eccleſia Hiſpalenſis tanquam probabilius admittit, noſque docuimus capite decimo tertio, numero 25. Siquidem ut ibi obſervavimus ab Hiſpalenſi Eccleſia edocti, Metropolita Toletanus Adelphius Toletanæ Synodo Nationali præfuit, anno 597. celebratæ: tametſi liquido conſtat eo antiquiores fuiſſe Metropolitas Mauſonam Emeritenſem, ac Migetium Narbonenſem, qui huic Synodo adfuerunt, necnon adfuerant tertiæ, Toletano Archiepiſcopo Euphemio: ac proinde officia, & munera Primatus ab anno iſto ad uſque difficilia Hiſpaniæ tempora centum, & ſupra annos viguere. Quocirca vel ubi ab memoria magis vetuſta minime datum eſſet argumenta Toletani Primatus repetere, tenemus jam, Toletanam Eccleſiam centum ſupra annos, Gothorum ævo, Primatus muneribus, atque officiis functam eſſe jugiter, proindeque auctoritatem hujuſmodi cum Sede illius fuiſſe conjunctam. IV.

IV. Iiſdem præterea muneribus, atque officiis Primatialis dignitatis propriis fungi non deſiit Archiepiſcopus Toletanus, vel Saracenis occupantibus civitatem, uſquedum Chriſtianis per eoſdem non licuit juxta Eccleſiæ leges ſeſe gerere. Id moris annos aliquot viguit, nec dubium eſt, quin Redemtionis anno 783. Elipando Archiepiſcopo Toletano, hujuſmodi libertate uterentur Catholici; nam Elipandus paulo ante Concilium Præſulum Hiſpanienſium convocaverat in Hiſpalenſi urbe, damnandi cauſa, ut re damnavit, Migetianorum hæreſim de Paſchatis celebratione: eodemque anno 783. datis literis ad Fidelem Abbatem (ita cum appellat) ad Beatum Presbyterum Aſturicæ Auguſtæ, & ad Heterium Uxamæ Antiſtitem, qui ſuæ de Chriſti adoptione doctrinæ adverſabantur, ſententiam ipſorum damnatum iri, ſe ita volente, atque jubente, minatur, ſicuti paulo ante Migetiana a ſe fuerat condemnata. Putaſis congregaturum eum eſſe Concilium, decreturumque, ut congregati Patres damnationis ſententiam proferrent: ſibi enim pollicebatur fore, ut pleriſque Regni Præſulibus ea de re ſecum conveniret, ſuaque ipſius ſententia tanquam capitis probaretur; quam tamen Sanctus Presbyter Beatus, recte Catholicæ Fidei Dogmatibus adverſari ſentiebat, uti poſtea Synodi Francofurti ad Mœnum habitæ Patres, & Adrianus Primus declararunt.

V. Ut perſpicua magis, majoriſque auctoritatis ſint quæ diximus, verba ipſa proferre optimum duco, per quæ graviſſimus, doctiſſimuſque Theologus P. Gabriel Vaſquez inter maximos, eorumque primos, viros facile recenſendus, qui venerabilem Societatem Jeſu ſuis virtutibus cohoneſtarunt, factum iſtud exponit. Sapientiſſimus hic Doctor, poſtquam docuit, quod vitium latebat in Elipaudi doctrina, tomi primi partis tertiæ diſputatione 99., cap. 1. n. 2. *Elipandus*, ita proſequitur, *pro ea auctoritate, quam in alias Eccleſias obtinebat maximam, indigne ferens a Beato, & Heterio ſuam doctrinam, quam ipſe Catholicam putabat, erroris inſimulari, ad Fidelem Abbatem literas dat... Hæc epiſtola habetur in principio libri, quem contra ipſum Elipandum Beatus, & Heterius conſcripſerunt.* Verba hæc Patris Vaſquez conſiderentur, ubi ait Elipandum eo tempore maximam in omnes Hiſpaniarum Eccleſias auctoritatem obtinuiſſe: certe auctoritas ea nonniſi Primatialis habenda eſt.

P. Vaſquez to. 1. par. 3. diſp. 99. cap. 1. num. 2.

VI.

VI. Quid autem iis literis comprehenderetur, graviſſimus idem auctor monſtrat, rem narrare pergens his verbis: *In ea autem conqueritur Elipandus, quod ipſe Archiepiſcopus Toletanus quum eſſet, quem cæteri in Hiſpania, utpote ſupremum Præſulem de Fide conſulere deberent, a Presbytero Beato, & Heterio Epiſcopo erroris argueretur. Scripſit etiam ſe eo animo eſſe, ut ſperaret hæreſim Beatianam (ſic enim vocat ſententiam Beati) brevi ab ipſo extinguendam, quemadmodum ante paucos annos hæreſim Migetianorum de celebratione Paſchatis Hiſpali convocato Concilio ipſe damnaverat.* Id Elipandi epiſtola continebat.

VII. Quibus ex literis conſtat primùm: Toletanum Archiepiſcopum, id quod oſtendere hoc præſertim capite conſtituimus, functum perpetuo eſſe muneribus Primatis propriis vel ante difficilia Hiſpaniæ tempora, unde Primatum Toletanæ Sedi affixum fuiſſe comprobatur: nam primo eo ſeculo, dum per Mauros licitum erat Chriſtianis Catholicæ Religionis munia obire, Toletanus Archiepiſcopus convocabat Synodos, quum ſibi expedire videbatur ad bonum Hiſpanienſis Eccleſiæ regimen, componendaſque controverſias, quæ in Fidei Dogmatibus orirentur: & juxta Concilii ſanctiones mandabat, quæ ab aliis ſervarentur Eccleſiis. Deinde conſtat, univerſo Hiſpaniarum Clero perſuaſum fuiſſe, quod ſuprema in res ad Hiſpanam Eccleſiam ſpectantes auctoritas erat penes Toletanum Archiepiſcopum, ut ſuis in literis Elipandus affirmat. Et ſane niſi Epiſcopi omnes, Cleruſque omnis Hiſpaniæ ſupremam hanc auctoritatem noſſent, minime dubium eſt, quin Uxamæ Præſul, atque Aſturicæ Auguſtæ Presbyter Elipando negaſſent obſequium: idque in tempore evenit, quum Archiepiſcopus ob ſuam ipſius maximam auctoritatem in cæteros Hiſpaniæ Præſules, ſuam omnes doctrinam volebat amplecti, quam duo illi erroneam eſſe intelligebant. Certe occaſio ea fuit aptiſſima ad arrogantiam illius proterendam, viaque maxime compendiaria; ei nempe Primatialem dignitatem negare: dum omni procul dubio eadem dignitas Præſulibus Hiſpaniæ omnibus non fuiſſet perſpecta.

VIII. Denique conſtat liquido, maximos veritatis vindices, aſſertoreſque Beatum, atque Heterium ſuprema ejuſmodi dignitate Toletanum Præſulem eſſe prædıtum cogno-

viſſe; iis enim literis, quibus expoſtulationi, quam Fidelis Abbas ſibi ſignificaverat reſpondent, eo ipſum officio proſequuntur, ut vel inde ſit conjicere, quantæ Archiepiſcopum dignitatis eſſe cognoſcerent. Epiſtola ſic inſcribitur: *Eminentiſſimo, nobis, & Deo amabili, Elipando Toletanæ Sedis Archiepiſcopo*. Titulum hunc ſupra attulimus ad rem aliam parte prima. Videſis eruditum Nicolaum Antonium loco ibidem citato, ex eo enim conſtat epiſtolam Elipandi productam non poſſe in dubium revocari: quæ quum certa ſit, quumque Toletanum Archiepiſcopum vocet Primatem Hiſpaniæ (id nobis Hiſpanienſibus eæ voces, *Supremum Præſulem*, ſonant) quem omnes conſulere in rebus ad Fidem ſpectantibus debebant, evidentiſſime inde colligit Toletanæ Eccleſiæ Primatus vetuſtatem, dignitatemque hanc Primatus neutiquam ab Urbano ſecundo, at longe altius repetendam; quum ab antiquiſſima memoria Hiſpaniarum Primatus Eccleſiæ Toletanæ eſſet affixus.

Par. 1. c. 2. Nic. Ant. ibid. cit.

IX. Neque id ſilentio præteriri poteſt, aut debet, quod tam iſtæc epiſtola, quam generis ejuſdem aliæ ab Elipando mittebantur ad Præſules, viroſque non vulgares, qui extra Maurorum poteſtatem degebant; etenim vel ipſi Reginæ Aldoſindæ Syli Regis uxori prudentiſſimæ,maximeque Chriſtianæ mulieri, Elipandi literæ ſunt redditæ. Quæ ideo præſtitit Præſul, quia perſuaſum illi erat, id ſui muneris eſſe ſuamque ad auctoritatem magnam, dignitatemque pertinere, neque inter Hiſpaniæ Præſules omnino ullum de auctoritate ſecum certaturum. Hac de re conſulendus Mariana, qui ſuæ hiſtoriæ vernaculo idiomate conſcriptæ libro ſeptimo fuſe narrat hoc factum, ut magis, magiſque pateat veritas. Verum enim vero ipſamet ejus verba proferam. *Elipando*, inquit, *por la autoridad muy grande, que tenia ſobre las demàs Igleſias, eſcriviò à los Obiſpos de Aſturias, y Galicia.* Et paulo infra: *Elipando ſe partiò de Toledo para las Aſturias, y Galicia*. Latine eadem: „ Elipandus ratione auctoritatis „ ejus valde magnæ, qua Eccleſias cæteras anteibat, dedit „ literas ad Aſturiarum, & Gallœciæ Præſules: *Infra*. Eli„ pandus Toleto Aſturias, & Gallœciam proficiſcitur. Quocirca Toletanus Archiepiſcopus auctoritatem habuit in Hiſpaniarum Eccleſias propter Sedem ſuam, tametſi ejus Civitas a Saracenis occuparetur: eædemque Eccleſiæ Elipandum

Mariana lib. 7. cap. 8.

dum ſibi præfectum, utut diſſitæ, Regumque Catholicorum ditionis, adeoque liberæ, non detrectabant. Argumentum ſane firmiſſimum, quod Toletanus Archiepiſcopus auctoritate aliis Hiſpaniæ Præſulibus anteibat, necnon eadem utebatur, quanquam ipſius Civitas Maurorum ſervitio addicta eſſet.

X. Toletana urbe in Chriſtianorum poteſtatem vindicata invicti Regis Alphonſi ſexti virtute, Eccleſia ipſa Toletana, quantocyus ad priſtinam Primatus dignitatem regreditur, uti conſtat ex Diplomatibus per nos allatis, atque enucleatis capite partis hujus tertio, comprobandi cauſa ejuſdem Primatum. Qua dignitate reſtituta Toletanus Archiepiſcopus præeſſe iterum cœpit Conciliis Nationum, quæ deinceps celebrata ſunt. Adeoque primus Archiepiſcopus Bernardus Concilio Legione habito Redemtionis anno 1091. præſuit, licet una cum Renerio Cardinali (qui pòſt ad Pontificatus faſtigium evectus, Paſchalis junior eſt dictus) Legato Apoſtolico. En verba ipſa Cardinalis Aguirre id teſtantia. *Concilium Legionenſe, Præſide Renerio S. R. E. Cardinali, & per Hiſpanias Legato una cum Bernardo Toletano Primate, anno Aldephonſi Regis* 28. *Æra* 1129. *Chriſti* 1091. Ubi obſervo, quod Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus noluit, ſeu non potuit unice præeſſe, verum ſibi ſocium adjunxit Toletanum Archiepiſcopum: Qua de re ſic ego ſentio, quod ſicuti unum e præcipuis Primatis officiis eſt præſidere Conciliis; ita, quanquam Legati Apoſtolici auctoritas major ſit, tamen expedire neutiquam viſum eſt, ut primo in Concilio id Primatis officium Bernardo penitus negaretur; ac proinde Legatus, ſimulque una ſecum Archiepiſcopus præſederunt.

Sup. cap. 3.

Card. Aguir. to. 3. pag. 298.

XI. Paucis abhinc annis, nempe Redemtionis anno 1097. Idibus Decembribus Bernardus idem Concilium aliud Gerundam convocavit, quo Archiepiſcopus Tarraconenſis advenit. Concilio huic Aguirre Cardinalis titulum appoſuit: *Concilium Gerundenſe, Præſide Bernardo Sedis Toletanæ Primate, ac Legato Apoſtolico.* At verba ipſa oculis ſubjicimus, per quæ Concilium hoc referre orditur Stephanus Balutius. *Anno M. XCVII. Idibus Decembris congregatum eſt Concilium in Civitate Gerundenſi ad corroborandam Eccleſiaſticæ libertatis dignitatem. Ei conventui præſuit Bernardus Sedis Toletanæ Primas, &* Se-

Idem pag. 307. & ap. ipſum.

Steph. Bal. lib. 4. Marc. Hiſp. ad an. 1097.

Sedis Apoſtolicæ Legatus. Interfuerant vero Berengarius Archiepiſcopus Tarraconenſis &c.

XII. Idem Archiepiſcopus Bernardus alii præfuit Concilio Carrione Comitum habito ſub anni 1111. initium, ſeu præcedentis finem. Ubi cauſa cognita fuit Gundiſalvi Epiſcopi Mindonenſis, qui terminos ſibi aliquot uſurpaverat ad Eccleſiam Compoſtellanam pertinentes: anno item 1114.

Id. pag. 318. Nationali Concilio præfuit Palantiæ habito, quod negari non poteſt, quippe ipſo ex Concilii Prooemio aperte patet. Dicitur ibi Bernardum, quum eſſet Burgis, adiiſſe Compoſtellanus Archiepiſcopus orans, atque obteſtans, uti de-

Id. pag. 319. cerneret, quodnam tantis remedium incommodis poſſet afferri, queis ſua vexabatur Eccleſia. Tametſi autem Burgis verſarentur multi Epiſcopi, qui una cum laudatis Præſulibus congregati erant, nihilo tamen minus differri remedium libuit, uſquedum Synodus haberetur Nationum, in qua Eccleſiæ omnes Hiſpanæ diſcuterent, quæ iis declinandis incommodis medicina inveniretur. Itaque fertur, quod re cum Epiſcopis congregatis communicata: *Placuit eis tantæ rei definitionem producere, & in futuro generaliter Concilium celebrare*: prout reapſe factum eſſe idem Auctor tradit.

XIII. Concilium id eſſe habitum videtur, ſeu petito per Bernardum conſilio a Paſchali Juniore Pontifice, ſeu ipſomet annuente, quippe qui calamitates edoctus, queis Eccleſia Hiſpanienſis affligtabatur, a temporum conditione miſerrima, Arabumque illuvie invectas, Bullam tradidit ad Concilium, qua Bernardum Primatem appellat, unumque ipſum proprio ſalutat nomine. *Paſchalis Epiſcopus* (ita

Id. ſup. orditur Bulla) *Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Bernardo Primati, & cæteris Epiſcopis, & Principibus Hiſpaniæ ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem*. Quo anno Bulla hæc data fuerit, quum non ſit appoſitus, ignoratur: dies tantum legitur duodeviceſimus Calendas Majas. Conjicitur tamen datam fuiſſe anno 1114., quippe eodem anno a. d. octavum Calendas Novembres inchoatum id eſſe Concilium Cardinalis Aguirre ibidem refert.

XIV. Huic Synodo, quanquam per Bernardum convocatæ Archiepiſcopi Compoſtellani efflagitatu, hic tamen graviſſimis negotiis impeditus, quin Palantiam ſe conferret, adeſſe non potuit. Iiſdem vero negotiis jam vacuus alii Con-

Concilio adfuit ſimiliter Nationali, quod Oreti Bernardus idem congregavit anno proximo 1115., cui, tanquam præſidens, principe loco ſubſcripſit hoc pacto: *Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatus*. Proxime autem Compoſtellanus Archiepiſcopus Didacus Gelmirez, deinde alii tredecim Præſules. Poſt annos quatuordecim convocatur, habeturque Concilium aliud Nationale Palantiæ, cui præſidet Raymundus Toletanus Archiepiſcopus Bernardi Succeſſor in Sede, ac Primatu Hiſpaniarum. De utroque diſputabimus partis tertiæ capite altero, ubi luculentiſſime oſtendetur, in hoc Palantiæ Concilio Raymundum nulla alia de cauſa, quam quod eſſet Primas, præſediſſe. *Idem pag. 327.*

XV. Exemplum aliud affert Eminentiſſimus Aguirre multo recentius, anno enim contigit circiter 1399. quum Petrus Tenorius Concilio præfuit Nationali. Occaſione ſiquidem diri ejus Schiſmatis, quo diutiſſime vexabatur Eccleſia, multæ Sinodi aliæ aliis in Provinciis congregatæ fuerunt, e quibus Hiſpanienſes nonnullas Cardinalis Aguirre percenſet. Cæterum vixdum percrebreſcente illo Schiſmate, Compluti celebratum eſt Nationale Concilium, quod Eminentiſſimus Auctor memorans: *Anno*, inquit, *Domini circiter M.CCCXCIX. Compluti Concilium Nationale celebratum eſt, Præſide D. Petro Tenorio Archiepiſcopo Toletano ad deliberandum, cuinam parendum eſſet tanquam vero Pontifici an Urbano ſexto, an potius Clementi ſeptimo*. Quæ quum ita ſint, liquido igitur conſtat Toletanum Archiepiſcopum & ante Maurorum illuviem, & difficillimis eorum ditionis temporibus, & poſt aſſertas in priſtinam libertatem Hiſpanias, Nationum Conciliis præfuiſſe. *Card. Aguir. to. 3. pag. 618.*

XVI. Argumentum aliud, Hiſpaniarum Primatum Toletanæ ſemper Eccleſiæ affixum fuiſſe, illud eſt, quod nempe a primo Archiepiſcopo Bernardo, uſquedum ſubſcribere Diplomatibus Regiis Præſules, ac Proceres Regni Catholicorum Regum tempore deſtiterunt, perpetuo Toletanus Archiepiſcopus ſubſcriptione præſtitit Hiſpalenſi, & Compoſtellano, qui, ut ſuperiori capite demonſtratum eſt, Emeritenſem Eccleſiam repræſentat, regitque. Quod ut planius pateat, Primatus nempe auctoritatem Toletanæ ſemper Eccleſiæ adhæſiſſe, authentica nonnulla proferam docu-

Digitized by Google

menta, ex quibus conſtat Toletanam Eccleſiam, Sede vacante, ſeu per ſe, ſeu per Procuratorem ſuum, quando adfuit, ipſum, eumdemque locum, ſedendo, ſubſcribendo, agendo occupaſſe, quem Archiepiſcopus, ſi afforet, tenuiſſet, omnibus omnium Eccleſiarum Epiſcopis convenientibus, Hiſpalenſi minime excepto, & ſubſcriptione, & cæteris quibuſcumque actis præeundo.

XVII. Ab exemplo omnium maximo, atque omni exceptione majori tum propter majeſtatem viri, unde petitur, tum propter amorem illum eximium, quo Hiſpalenſem Eccleſiam jure fuit proſequutus, exordiar. Id ſcilicet Ferdinandi Regis ſanctitatis laude immortalis monumentum erit, qui Civitate Hiſpalenſi potitus, ſummeque appetens inclytæ illius urbis cohoneſtandæ (quæ tam pro eo quod fuerat Gothorum tempore, quam pro eo quod eſſe tum cœperat, quodque deinceps futura erat, ut experientia docuit, digna ſane fuit, quam Sanctus is Rex ſummopere amplecteretur, maximiſque beneficiis proſequeretur) deliberavit ſimilem ipſam reddere & privilegiis, & exemtionibus, Toletanæ hujus Regiæ urbis; cujus amplitudo, inquit Hiſpanienſis Auctor valde eruditus, ſolum exemplar dignum eſſe poteſt: *Cuya grandeza ſolo pudo ſer exemplar digno*. Quare duodeviceſimo Calendas Sextileis anno Æræ noſtræ 1288. communis autem 1250. Diploma edidit, quo Hiſpalenſi Civitati concedit, ut iiſdem, atque Toletum immunitatibus, liberationibus, exemtionibus, ac privilegiis uteretur. Vacabat id temporis Toletana Sedes Guthierre Archiepiſcopo defuncto, Hiſpalenſis autem ſuum habebat Præſulem, Procuratoris nomine, ipſum Ferdinandi Regis filium Philippum Infantem. Diplomati huic & Infans, & Eccleſia Toletana ſubſcripſere.

Didacus Ortiz de Zuniga annal. Hiſ. A. 1250.

XVIII. Videamus igitur, quem ipſi ordinem ſervent. *Eccleſia Toletana vaca confirmat. Infans Philippus Procurator Eccleſiæ Hiſpalenſis confirmat.* Quæ prima ſubſcribit Eccleſia Toletana eſt Sede vacante, deinde Philippus Infans Eccleſiæ Hiſpalenſis Procurator. Clarum, & authenticum eſt hujuſmodi documentum. Neque id viſum Hiſpalim proficiſci neceſſe eſt, ubi in Archivo ſervatur; namque integræ fidei, magnæque æſtimationis teſtis, Hiſpalenſis genere inclytæ hujus Civitatis gloriæ aſſertor Didacus Ortiz de Zuñiga

Idem pag. 25.

ñiga ſuis in Annalibus Hiſpalenſibus idem refert pagina 25. quò remitto de teſtimonii hujus veritate ſuſpicantem. Quamobrem peto ab Hiſpalenſi Eccleſia: quorſum Eccleſiæ Toletanæ auctoritas, atque præſtantia ita ſingularis permittitur, ut Hiſpalenſem Præſulem vel Infantem, idque ſub Sancti Regis Patris ejus aſpectum, præeat? Qui præter allatam, firmiorem rationem afferat, libenter audiam. Toletana ſcilicet Eccleſia ſubſcribit, auctoritatis, dignitatiſque Primatus cauſa, quæ propter obitum Præſulis ad Canonicos devenerat; quocirca primum ab ipſa occupari locum neceſſe erat, omnes inter Eccleſiæ Primores, quanquam ii forent Regia Soboles.

XIX. Anno Æræ noſtræ 1304. communis vero 1266. Toletana vacavit Eccleſia menſes aliquot. Hoc autem vacationis tempore occurrunt ejuſdem ſubſcriptiones æque, ac ſuperior, præ Archiepiſcopo Hiſpalenſi. Anno eodem Rex Alphonſus X. Privilegium dedit Hiſpali pro urbe Murcia pridie Idus Majas, eorum Civium alios aliis ornans privilegiis. Huic vero, quod ſervatur in Civitatis Archivo, primo loco ſubſcripſit Toletana Eccleſia vacans, deinde Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Sic refert Licentiatus Franciſcus Caſcales in Annalibus Murciæ. Perinde *Franc. Caſc. An. Murc. pag. 44. B.* factum alio in privilegio Hiſpali pariter dato, quarto Idus Auguſti eodem anno, pro laudata urbe Murciæ, quod reperitur in ejus Archivo, idemque Auctor refert. In hoc ſubſcriptiones eædem viſuntur eodem ordine ſervato. Primum. *Eccleſia Toletana vaca.* Deinde: *Raymundus Archiepiſcopus Hiſpalenſis.* *Idem pag. 45. B.* Hinc patet ſupremam hanc auctoritatem Toletanæ Sedi annexam fuiſſe: namque eadem vacante ad Canonicos devolvebatur, qui Præſulis locum jure occupantes, cunctis Regni Sedibus præibant, omnibus concedentibus loco, præ cæteris autem Hiſpalenſe, ut planum factum eſt.

XX. At enimvero non Canonici ſolum vacante Sede præeminentiam habuerunt, ſervaruntque; ſed Procurator Apoſtolicus, quem non ſemel Diœceſis habuit, auctoritatem eamdem, atque præſtantiam retinuit, quæ Præſuli eſſet debita, ſi vero, ac legitimo ea Sedes Archiepiſcopo non careret. Quod ſicuti eſt, ut ajunt, *de facto*; duobus comprobabo teſtimoniis ejus temporis, quo Petrus de Luna Ar-

Archiepiſcopus deſignatus in Sedis ſuæ poſſeſſionem non venit, quæ refero accepta Garſiæ de Loayſa. Res autem ſic ſe habet: Petro Tenorio Toletano olim Archiepiſcopo mortuo, dum interim Catholica Eccleſia diutiſſimo illo Schiſmate, quod tradunt hiſtoriæ, vexaretur, Antipapa Petrus de Luna, qui in Caſtellæ Regno habebatur pro legitimo Pontifice cognomento Benedictus XIII. Toleti Archiepiſcopum creavit Sobrinum ſuum vel ipſum nomine Petrum de Luna: adverſante autem Eccleſia Toletana, fieri omnino non potuit, ut Regis Joannis ſecundi animus ad permittendum induceretur, ut Sedem Electus conſcenderet, quin prius a Canonicis eligeretur.

Garſ. de Loayſ. tr. de Prim. Tol. tom. Conc. Hiſp. pag. 299.

XXI. Quæſtio illa viguit octo annorum ſpatio, quo tempore Joannes Epiſcopus Segontinus auctoritate Apoſtolica Procurator, atque Adminiſtrator Toletanæ Diœceſeos, occaſione Generalis Conventus Toleti habiti, in cœtu Præſulum duobus e Regnis Legionis, & Caſtellæ evocatorum, qui eorumdem Regnorum Eccleſiaſticam poteſtatem præſeferebant, primus omnium ſedit, primuſque eſt locutus, quum præſentium omnium, atque abſentium Epiſcoporum inſtar ipſe unus loqueretur, Archiepiſcopatus Procurator, non ſecus atque Archiepiſcopus idem adfuiſſet. Singulare id quidem, atque efficax argumentum ad inſtitutum comprobandum: niſi enim Primatialis dignitas Toletanæ Sedi eſſet annexa, quî fieri unquam poterat, ut Segontinus Præſul Diœceſis Procurator, atque Adminiſtrator, & ſuffragio, & loco Epiſcopos omnes, atque Archiepiſcopos Regnorum Legionis, & Caſtellæ anteiret? Alio inſuper æquæ auctoritatis officio ea tempeſtate is Præſul eſt functus. Ut Regis Henrici teſtamentum auctoritate confirmaretur, annulo Segontini Præſulis ſignari voluit, quatenus Hiſpaniarum Primatis agebat partes. Quod ſi ea dignitas minime juncta foret Toletanæ Eccleſiæ, ſane Diœceſis Procurator neutiquam Hiſpaniarum Primatis vices gereret.

D. Garſ. de Loayſ. ibid.

XXII. Exemplum aliud recentiſſimum addam, quod omnium oculis haud ita multo ante ſubjectum fuit, atque id quidem ſæpe numero, dum Hiſpanienſes Eccleſiæ lapſis retro annis Madriti frequenter congregabantur. Noviſſimus earum conventus fuit habitus Redemtionis anno 1718. Hiſce in Conventibus tanquam venerabilis ejus, ſacrique con-

congreſſus caput, is præſedit, (quandoque etiam plures numero) qui Toletanæ Eccleſiæ partes agebat; neque in controverſiam, aut diſcrimen venit unquam. Curatores omnes Eccleſiarum, cumque iis Hiſpalenſis, Toletanum non detrectarunt Præſidem. Quidnam ita factum? Quidnam loco cæteri omnes Toletano concedunt? Nonne quia Primatialem Sedem Toletanam eſſe non ignorant?

XXIII. Ejuſmodi Conventibus, inficias ire non auſim, ſuæ difficultates ſunt, ſuæque conteſtatæ denunciationes. Hæ vero nunquam eouſque progrediuntur, ut Canonico illi, qui Toletanæ Eccleſiæ vices gerit, locum principem non deberi contendant. Idcirco diſcrimen quandoque oritur, quia quum unicum reliquæ Eccleſiæ Canonicum mittant, qui omnium inſtar ſit Canonicorum, Toletana duos ſolet mittere: qui quum ambo, pro iis quas agunt partes, primos occupent locos, ſunt in cauſa, cur diſceptationes illæ oriantur graviſſimos inter Eccleſiarum Curatores: quas tamen iidem conteſtata denunciatione prudenter componunt, ne minimum quidem propriæ derogantes auctoritati. Hoc & liquido conſtat, & anno 1718. Madriti omnibus palam fuit. Et ſicuti frequenter ii Conventus antea fuerunt habiti, ita frequenter Toletana Eccleſia Primatus officiis functa eſt. Hinc profecto contigit, ut Hiſpalenſis Curator pudore ſuffunderetur, qui contentionibus ejuſmodi inter Canonicos, ad ſuum commodum abutens, turbare congreſſum, ac vetuſtam, fraternamque coniunctionem Eccleſiarum diſcindere moliebatur; etenim Dei Optimi Maximi providentia zizania hæc nunquam adolevere.

XXIV. Quod ſi mille ſupra annos Toletana Eccleſia, ejuſque Præſul omnibus anteivit Metropolitis, quotieſcumque contigit, ut ſimul congrederentur, uti Aguirre Cardinalis auctoritate docuimus: quodnam argumentum firmius, quæve ratio efficacior deſideratur? Et ſane nonne tam diutinâ, tamque jugi poſſeſſione dignitatis, quam modo ipſi Præſules, modo eorum vices gerentes, ſiquando Eccleſiam per ſe Præſul non regeret, modo demum Canonici, Sede vacante, habuerunt, nonne inquam apertiſſime comprobatur, Primatum eſſe annexum Toletanæ Sedi? Equidem pro meo ingenio, quod ſentio quam ſit exiguum, quodnam validius argumentum ſuccurrat non video. Ecquid demum adjungi

Card. Aguir. cit. cap. 10. n. 2.

Ddd po-

poteſt, ut æqua de Toletano Primatu ſententia ferri poſſit?

XXV. Mihi quidem polliceor ſententiam hujuſmodi latum iri re adeo perſpicue demonſtrata: nihilo tamen minus pro cauſæ honeſtate facturum me reor, ſi, quum a *Poſteriori*, ut ajunt Logici, perſpicue, conſtanterque demonſtraverim Primatus auctoritatem Toletanæ Sedi adnexam eſſe, id oſtendam iterum, probemque argumento *a Priori*, quod ſententia eruditorum evidens dici poſſit. Illud autem ita conficio: Tota ea dignitas, & auctoritas, qua Excellentiſſimus Toletanus Archiepiſcopus ornatur propter Toletanam Sedem, quam tenet; certe affixa eſt eidem Sedi Toletanæ Eccleſiæ. De hac re nemo omnium dubitare poteſt; nam Præſul Toletanus ea ornatur dignitate, dum Toletana in Sede conſiſtit; ſi autem Præſul Toletanus eſſe deſierit, dignitatem eam prorſus amittit, idque ſatis patet ex Joannis Aragoniæ Infantis exemplo. Major igitur propoſitio conſtat. Perſequor partes alias: Excellentiſſimus Archiepiſcopus dignitate, atque auctoritate Primatis eſt præditus ratione, & intuitu Eccleſiæ Toletanæ. Dignitas igitur, & auctoritas ejuſmodi, Eccleſiæ iſti affixa eſt.

XXVI. Argumentum patet, utpote quod juxta logicæ artis regulas eſt confectum, quare optima illatio erit, ſi præmiſſæ veræ fuerint. Quarum majorem vidimus eſſe certam: de minori autem adeo liquet, ut niſi mendacii Martinum V. velimus arguere, de eadem dubitari non poſſit. Pontificis verba in Diplomate per nos allato cap. v. num. 27. hujuſmodi ſunt: *Venerabilem Eccleſiam Toletanam paternis, ut decet, complectentes affectibus, quodque illius conſideratione, & intuitu, Archiepiſcopus Toletanus pro tempore exiſtens Primas eſt.* Quid luculentius? Neceſſariò igitur fatendum eſt auctoritatem, ac dignitatem Primatus Eccleſiæ Toletanæ affixam eſſe. Videndum denique quomodo in eamdem Eccleſiam conveniat pars noviſſima definitionis Primatus.

Mar. V. cit. cap. 5. num. 27.

CA-

CAPUT XVII.

Poſtrema definitionis pars utique convenit Toletano Archiepiſcopo.

SUMMA CAPITIS.

I. *Patriarcha Coſtantinopolitanus tum eſſe cœpit legitimus Patriarcha, quum Romano Pontifice non abnuente, munia obiit Patriarchatus.*

II. *Archiepiſcopus Toletanus tempore ſaltem Gothorum* Primatis *munia obivit.*

III. *Oeconomia Eccleſiæ dignitatum ex Nicæna Synodo in Diœceſibus, Regnis ſcilicet,* Primates *conſtituit; quæ Synodus per Oſium Cordubenſem Epiſcopum evulgata eſt, atque adamuſſim obſervari juſſa (memoriali teſte) in Hiſpania.*

IV. *Patriarchæ, ſeu* Primati, *quod idem eſt, ex eadem Synodo cura incumbebat in Epiſcopos, & Archiepiſcopos Regni.*

V. *Oſius perſuaſit, ut quam poſſet frequentius cogerentur Synodi; actumque id in Hiſpania, quamprimum licuit.*

VI. *Concilia Oecumenica duo Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum conſtituerunt, ut Eccleſiaſtica Curia ſecularem ſequeretur, & una eademque in urbe ſita eſſet pro majori omnium commoditate.*

VII. *Verba ipſa Concilii Chalcedonenſis.*

VIII. *Ea propter eſt, qui Carthagine vult eſſe translatam Toletum Metropolitanam dignitatem.*

IX. *At ſecus eſſe evincit Ratio temporum.*

X. *Ea conſtitutio viguit 230. annos.*

XI. *Ex his colligitur Toletanam Eccleſiam eſſe* Primatialem *a Gothorum ævo, qui Regiam Toleti Sedem poſuerunt.*

XII. XIII. *Exemplo Apoſtolorum, qui poſt Hieroſolymorum excidium tranſtulerunt Metropoliticam Sedem ad urbem Cæſaream, probatur rite, & juxta Sacros Canones potuiſſe Toletum tranſvehi poſt excidium Carthaginis.*

XIV. XV. *Gothi nil cedentes Romanis Imperatoribus, ut hi Byzantium appellarunt novam Romam, ita illi Toletum Romæ nomine cohoneſtarunt: quod probatur monumentis.*

XVI. *Reges Gothorum ejurata Arianorum hæreſi, & Romanis Pontificibus reconciliati obtinuerunt* Primatum *inſtaurari in Toletana Sede.*

XVII. *Probatur auctoritate Morini; qui Chindaſuinthi Regi hujus rei gloriam adjudicat.*

XVIII. XIX. *Hinc deſiit Vicarii Apoſtolici in Hiſpania dignitas; unde quandoque interrupta fuit* Primatia *Toletana.*

XX. *Tunc obtinuerunt* Primates *facultatem eligendi, & ordinandi Præſules in Hiſpania.*

XXI. *Sic Pontificum auctoritate firmata* Primatia, *ut Patriarchatus Conſtantinopoleos, legitima, & canonica eſſe cœpit: & Concilia poſtea celebrata ibidem aperte teſtantur.*

XXII. *Ex hucuſque allatis firmiſſime conſtat*, Primati *Toletano penitus convenire definitionem* Primatus.

I. POſuimus jam in Primatus definitione per Hiſpalenſem Eccleſiam tradita, nobiſque non improbata, quod tota auctoritas illa, quam ſupra explanavimus, ex ejuſdem definitionis parte prima & altera, in Præſule eſſe debet, juxta ſacros Canones. Si enim Eccleſia, aut Præſul, vi, ſeu gratia dignitatem eam ſibi arrogaſſet, neque illa Primatialis, neque hic Primas recte dicerentur. Exemplum patet. Conſtantinopoleos Præſulem, refert Eccl. Hiſpal., poſthabita Eccleſiæ auctoritate, gratia utentem Imperatoria, reapſe Patriarchalem ſibimet auctoritatem uſurpaſſe, potentia, qua licuit per Imperatores, abuſum, ut ſibi Epiſcopos ſubderet, cogeretque Metropolitas majorem ſe dignitate, ac poteſtate cognoſcere. Quamdiu Romanis invitis Pontificibus Conſtantinopoleos Præſul Patriarcharum munia obiit; dignitatis haud dubie fuit expers: ſiquidem auctoritas in eo eſſe non poterat, quam ſibimet contra Sanctiones Canonum arrogabat. Quum vero, Eccleſia minime renuente, poteſtatem eſt conſequutus quocumque fungendi munere Patriarchæ proprio, quemadmodum auctoritas ea tota erat *juxta Sacros Canones*, ita is erat verus, atque legitimus Patriarcha.

Sup. cap. 5.

II. Quamobrem, tametſi Toletanum in Archiepiſcopum definitionis partes tres convenire Gothorum ævo conſtanter, ac luculenter docui; tamen reſtat, ut munia ea ſingula, & auctoritatem Primatis tum etiam temporis Archiepiſcopo Toletano, ex Sacrorum Canonum Sanctionibus convenire planum faciam. Hæc ſane hujus capitis ſumma eſt, quam fore confido, ut ratione & exemplis locupletiſſime oſtendam. Conſtabit liquido, eſſentiam dignitatis, ac poteſtatis Primatialis totam, tum impræſens convenire, tum Gothorum ſaltem memoria conveniſſe. Gothorum, inquam, memoria: etenim id, ut dicebam, inſtituti mei eſt, neque ſupra vetuſtatem aliam me in præſentia probaturum polliceor, quod Garſias de Loayſa, aliique co-

Digitized by Google

conantur, quanquam iiſdem profecto non adverſor, quin probabilis multo ſententia mihi eorumdem videtur: & niſi ab legitimis iis teſtimoniis abſtinendum, lege ultro impoſita, nobis foret, quæ a primorum Decretalibus ſeculorum, eque Auctoribus vetuſtiſſimis, qui tamen Eccleſiæ Hiſpalenſi criticiſque aliis habentur recentiores, ideoque minime attendendi, peti poſſent; pro comperto id habere non dubitarem.

III. Quid Sacri Canones hac de re ſancitum habeant, oportet expendere, ut palam fiat, utrum in Eccleſiam, & Archiepiſcopum Toletanum pars quoque ultima definitionis conveniat. In Nicæna, aliiſque poſtea Synodis œcumenicis agitatum fuit de œconomica Eccleſiæ Catholicæ adminiſtratione, præſcriptumque, atque ſancitum, ubi, & qui creandi ſint Epiſcopi, quibus Chriſti ovile concredi poſſet. Minoribus in locis conſtituti fuerunt Sacerdotes; in aliis aliquanto majoribus, majoris auctoritatis Presbyteri, cognomento Corepiſcopi: in iis vero locis, ubi populus erat frequentior, & quorum juris poteſtatiſque erant alii minores, Epiſcopi: in urbibus Matricibus, Præſules, quos Metropolitas, & Archiepiſcopos nuncuparunt: denique in Regnis quibuſcumque, Diœceſium nomine frequenter appellatis, Primas. Id autem negat Eccleſia Hiſpalenſis, neque tamen ſecum ipſa convenit, ſaltem quod ad Hiſpaniam pertinet, namque alibi affirmat Redemtionis anno 356. publicatos eſſe in Hiſpaniis Nicæni Concilii Canones ab Oſio Epiſcopo Cordubenſi, eiſdemque per Hiſpanos acceptis ad amuſſim obtemperatum. *Mem. p. 1. pag. 30.*

IV. Cujus rei comprobandæ cauſa, quod vel rudioris Minervæ hominibus clam non eſt, docemus perinde antiquis fuiſſe Patriarcham, ac Primatem, nullo juriſdictionis auctoritatiſve diſcrimine. Hoc poſito: pro bono Eccleſiaſticæ Hierarchiæ regimine, ac ſiſtemate, ſancitum in Synodo Nicæna eſt, ut Patriarchæ, ſeu Primati poteſtas, & ſollicitudo incumbat in Primatus ſui Epiſcopos, atque Archiepiſcopos, & quouſque auctoritas, & ſollicitudo iſtæc extenditur. Itaque undequadrageſimo capite agitur: *De cura, & poteſtate Patriarchæ in Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſui Patriarchatus.* Quadrageſimo autem capite conſtituitur, ut quotannis Archiepiſcopi congregentur apud Patriarcham, *Tom. 1. Concil. edit. reg. pag. 548.*

his verbis: *Statuimus, ut omnes Archiepiſcopi ſemel per annum apud Patriarcham ſuum conveniant.*

V. Dubitatio nulla eſt, quin Oſius in Hiſpaniam veniens, & tanquam Apoſtolicæ Sedis Vicarius Cordubæ Concilium habens, Canoneſque, & decreta Nicæni in eodem evulgans, hunc quoque Canonem ediderit; atque ex eo ſaltem tempore haberi cæptus fuerit Præſul in Hiſpania cum auctoritate Primatis, penes quem, niſi quotannis ob difficilem conditionem temporum, ſaltem quo licuit frequentius, Concilia congregarentur. Mente aſſequi non poſſum quid ejuſmodi obtemperatio Hiſpanis negetur, quibus ſcilicet obſequentiorem nulla, nullamque Sanctionibus Eccleſiaſticis dicto magis audientem nationem extitiſſe perſpectum eſt: quippe quibus neque Tyrannorum Gentium immaniſſima perſecutio, neque obfirmata Hæreticorum pervicacia unquam impedimento fuerunt, quin ſeſe venerabundi ſubmitterent quibuſcumque Eccleſiæ decretis.

VI. Sacra etiam Concilia Chalcedonenſe Oecumenicum quartum a Divo Leone comprobatum, & Conſtantinopolitanum Oecumenicum ſextum probatum a Divo Leone II. decreverunt, ut dignitatum Eccleſiæ ordo ad civilem Laicorum ordinem conformaretur, magna quippe commoditas hinc proveniebat fidelibus, ſi una, eandemque eſſet Civitas, quô jus ſuum experiundi cauſa apud Judices, & Magiſtratus ſeculares, confluentes, una ſimul & Præſules, & Eccleſiaſticam Curiam ibidem reperirent. Præterea cautum prudentiſſime voluerunt, ut, ſi pro temporum conditione mutatio aliqua fieret, quo nil facilius; ſi nempe vel tunc temporis, vel deinceps a Principe commutaretur Curia aliqua in urbe, ex alia ad aliam tranſlato Præſide cum ſuo Tribunali, perinde Eccleſiaſtico in ordine fieret.

VII. Eorumdem verba Conciliorum tametſi attuli capite hujus partis primo, tamen ut arbitror, ſi eadem hîc proferam, minime redundabunt. Canone igitur 17. hæc habentur: *Siqua Civitas poteſtate Imperiali novata eſt, aut protinus innovetur, civiles Diſpoſitiones, & publicos Typos Eccleſiaſticarum quoque Parroquiarum ordines ſubſequantur.* Ipſiſſima iſtæc verba legere eſt apud Marchionem de Mondejar; quæ Joannes Morinus refert fide minus integra, ubi Canonem hunc memorat diſſertatione octavadecima. Hanc Synodi Chalcedo-

Conc. Chalc. Can. 17. t. 9. Conc. edit. Reg. col. 548.
March. de Mond. diſſ. 4. cap. 3. pag. 357.
Jo. Mor. lib. 5. diſſ. 18. pag. 125.

nenſis conſtitutionem Concilium Oecumenicum ſextum confirmavit, ab omnibus eam Patribus obſervari adjungens: *Canon*, inquit, *qui a Patribus factus eſt, nos quoque obſervamus, qui ſic dicit: Si qua Civitas ab Imperiali poteſtate innovata eſt, vel rurſus innovata fuerit, civiles, ac publicos Typos, Eccleſiarum quoque ordo ſequatur*.

VIII: Hac de cauſa Marchio de Mondejar vult eſſe factum, ut e Carthaginenſi provincia Toletum transferretur Metropolitæ auctoritas, Carthagine enim cenſet ad uſque Leovigildi tempora extitiſſe: & ipſe, niſi ratione contrarium evinceretur, in ejus ſententiam deſcenderem; at Carthagine nunquam fuiſſe Præſulem Carthaginenſis Provinciæ Metropolitam, hanc vero dignitatem perpetuo in Eccleſia Toletana, ut eſt demonſtratum, extitiſſe, multis de cauſis, iiſque omnibus præclariſſimis, perſuaſiſſimum mihi eſt. Eamdem cauſam, cur mutatio illa fieret Archiepiſcopus Pariſienſis affirmat, aliam licet ipſe adjungat, quæ pugnat cum prima. Audiamus, quæ hac de re idem affirmat ſuo in tractatu Primatus Lugdunenſis. *Excidium* ait, *illud Provinciæ Carthaginenſis Synodo occaſionem dedit transferendæ dignitatis Metropolitanæ in Civitatem Toletanam, ubi Gothorum Reges Solium Regni conſtituerant*. Sup. cap. 6. & 7. Marca in tract. de Primat. Lugdun.

IX. Rem profecto creditu perdifficilem: nam Carthago quinto ſeculo deleta fuit, anno nempe 413. juxta graviſſimos aliquot Scriptores, aliorum autem ſententia 417. At Leovigildus Toleti Solium non ante ſeculi ſexti dimidium circiter conſtituit, anno ſcilicet 568. verum Synodus ab Archiepiſcopo Marca memorata, principio ſeculi ſeptimi convocata eſt, nempe anno 610. Pugnat igitur, quod Carthaginis excidium cauſa fuerit, cur Metropolis Carthagine Toletum transferretur, & translatio iſtæc annos 150. poſt id excidium facta fuerit, ut Marchio de Mondejar in laudata diſſertatione obſervat. Quod nullo in diſcrimine verſaretur juxta Canones mox allatos; tametſi Carthago antiquum ſervaret ſplendorem, ſi Metropolita in eadem fuiſſet, poſteaquam Toletum urbs ditionis Gothorum caput eſt conſtituta, eò traduci Metropolitæ dignitas, & auctoritas debuiſſet.

X. Decretum id Concilii Chalcedonenſis, quod ab Eccleſia obſervatum eſſe tradunt Patres, ferme ducentos trigin- Bellarm. to. 2. lib. 1. Concil. cap. 5.

ta

ta annos, qui ad ſextam uſque Synodum œcumenicam Bellarmini ſententiâ ſunt lapſi, Zonaras antiquiſſimus Auctor explicat, dicens Imperatorum fuiſſe in more poſitum, ex horum Canonum decretis, locos inſignire Civitatum privilegiis, atque honore Præſulum, ac Metropolitarum. Ipſa ejus verba in medium profero, qualia penes Marchionem de Mondejar lego: *Illa & cætera Urbium privilegia, & Epiſcopatus quoque honorem, aut etiam Metropolitani forte tituli dignationem, Edictis promulgatis, quos etiam publicos Typos, pragmaticas, & Imperatorias literas vocabant, dilargiri ſoliti ſunt.* Quod præſtabant Imperatores, non propria laicali auctoritate, uti contendit Apoſtata Spalaten. Archiepiſcopus Marcus Antonius de Dominis, at ex Conciliorum decretis per ſummos Pontifices comprobatis.

Zonar. in Can. ſupradict.

March. de Mon. ib. n. 18. p. 358.

Marc. Anton. de Domin. lib. 6. Reip. Chriſt. cap. 5.

XI. Hæc Conciliorum decreta nos docent, quod Hiſpaniarum Primatia in Eccleſiam, & Præſulem Toletanum collata fuit, ſaltem Gothorum ævo, juxta Sanctiones Canonum; quum enim hæc civitas caput, Sedeſque Regia eſſet, ad Toletanam urbem profectio frequens neceſſaria erat, quô æque Principes, & Proceres Laici confluebant, atque Epiſcopi, & Archiepiſcopi totius Regni. Iſtæc, ait Excellentiſſimus Marchio de Mondejar, cauſa fuit, cur Toletana Eccleſia ad Hiſpaniarum Primatum eveheretur. Equidem affirmare videor poſſe, quod vera, ac legitima ratio, ſi dignitate iſta non antea uteretur Toletana Civitas, ea fuit, ut ſcilicet in urbe ad tantum dignitatis faſtigium evecta, Eccleſiaſtica etiam dignitas extolleretur, adeo ut illud Eccleſia in Hierarchico ordine incrementum acciperet juxta Sanctiones Canonum, quod æſtimationis augmentum Civitas conſequuta erat auctoritate Regum in politicis rebus: etenim mandabant Canones, ut quemadmodum urbes a Laicis Principibus augebantur, ita in Eccleſiaſtico ordine augeretur Eccleſia.

XII. Hieroſolymorum urbi omnino idem obtigit Apoſtolorum conſilio, quum ea urbs a Veſpaſiano, ac Tito filio adeo everſa fuit, ut ne rudera quidem ſuperfuerint, uti per Divum Lucam Chriſtus jam prædixerat: *Non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.* Ea ſiquidem occaſione Romani Imperatores Hieroſolymitanam rempublicam ad Cæſareæ urbem advexere, itemque Apoſtoli eò Metropolim tranſtulerunt.

Luc. cap. 14. 24.

Qua

Qua de re audiendum quid dixerit P. Joſeph Gibalinus e Societate Jeſu: *Licet illa*, ejus verba ſunt, *Apoſtolica eſſet Eccleſia, & cæterarum veluti Mater; ubi tamen Veſpaſianus, & Titus ejus filius Hieroſolymam deſtruxit, & Metropoleos dignitatem Cæſaream tranſtulit, ipſi quoque Apoſtoli Eccleſiaſticam Hierarchiam Romanæ Reipublicæ accommodantes, totius Paleſtinæ Metropolim duxere Cæſaream*. Exemplum hoc ita viſitur apud Marchionem de Mondejar.

P. Joſ. Gibal. to. 2. de ſcien. Can. lib. 5. q. 2. conſ. 1. n. 8.

Marc. de Mond. ſup. cit. pag. 373.

XIII. Hoc primum ab Apoſtolis petitum exemplum oſtendit, quam fuerit Sacrorum Canonum Sanctionibus conſentanea conſtitutio, atque innovatio illa Hiſpaniarum Primatus in Eccleſia, & Civitate Toletana, Gothorum tempore. Ad hanc Civitatem, quidquid honoris largiri poteſt Laici Principis ſuprema poteſtas, omne id Reges advexerant. Ordo autem dignitatum Eccleſiæ publicos Typos, & Imperatorias pragmaticas juxta decreta, & conſuetudinem Eccleſiæ ſequeretur neceſſe erat. Quare quum Gothi Reges decreverint, ut omnium Hiſpaniæ Regnorum ſuprema dignitas Toleti eſſet, quod ad rem publicam ſpectat; Eccleſiæ item rerum præcipua dignitas, nempe totius Hiſpaniæ Primatus Toleti conſtitueretur oportuit.

XIV. Ad meum argumentum robur inde majus accedit, quod tantum ſibi arrogaverant Gothi, ut Romanis, eorumque Imperatoribus ne minimum quidem concederent. Ii ſcilicet eorum teneri legibus recuſabant, attamen Romanarum ſimiles leges condere nitebantur, auctoritate, Reipublicæ adminiſtratione, rebuſque gerendis cæteris eoſdem penitus imitari contendentes. Itaque veſtigia Romanorum legentes, quemadmodum Romani Imperatores Byzantium (quæ urbs poſtea Conſtantinopolis dicta eſt) novam Romam nuncuparunt, ubi Solium Imperii poſuerunt; ita Gothi Toletum appellarunt Romam, cujus rei monumenta tria ſuppetunt antiquiſſima. Primum horum viſitur in Prooemii legum Gothorum codicis nobis *Fuerojuzgo*, lege altera, quod nonnullorum ſententia fuit editum Siſenandi tempore, aliique ut ſentiunt, Cinthilæ, juxta mentem Cardinalis Aguirre. Ea vero in lege hæc habentur: *Doncas eſtablecemos, que de aqui adelante los Reyes deben ſer esleidos en la Ciudad de Roma, con conſejo de los Obiſpos, y de los ricos homes de la Corte, y no deben ſer esleydos de fuera de la Ciudad, ni de*

Villanos, ni del Pueblo. Eadem latine: „ Conſtituimus ergo, ut Reges impoſterum in urbe Roma eligantur, Epiſcoporum, ac Regni Procerum conſilio, neque ex non civibus ullus, ulluſve agreſtis, aut plebejus creari poſſit. Sic Aloyſius de Molina in eruditionis, ac doctrinæ pleno volumine de Hiſpaniarum primogeniis.

Aloyſ. de Mol. de primog. Hiſp. l. 1. c. 2. n. 11.

XV. Alterum reperitur in codice legum Sobrarbiæ, in quo, Marchionis de Mondejar opinione, Sanctius major collegit leges conditas pro Pelagii Regis electione. In una ex primis ejus codicis legibus, dum adhuc tota fere Hiſpania Maurorum jugum ſuſtineret, laudata lex de Rege Toleti eligendo fit rata, ſiquando ea Civitas inſtauraretur: inter ea vero in præclariori eligendum eſſe urbe ſancitur; ubi autem Toleti nomen exprimitur, Roma nuncupatur. Ita enim legitur: *Que ſe levante Rey en Sedylla de Roma ù de Arzobiſpo, ù de Obiſpo*. Nempe: „ Rex creatus „ eſto in Romæ Sede; ſeu Archiepiſcopi, ſeu Epiſcopi ea „ fuerit. Verumtamen hoc etiam vetuſtius eſt Cixilæ teſtimonium, qui Sancti Ildephonſi vitam conſcribens, virtutibus clarum hunc affirmat fuiſſe cumprimis in urbe Roma, Toleti ſcilicet, uti liquido conſtat. Verba ejus a Didaco de Caſtejon allata, ſunt hujuſmodi: *Decedente Domino Eugenio in Sede ſua Epiſcopus præficitur, cujus ſtatim virtus enucleata elucens, in Sede Romulea refulſit*. Quum vero maxime ſit perſpectum, præter Toletanam, Eccleſiæ nulli Sanctum Ildephonſum præfuiſſe, omni procul dubio Cixila, ſignificatione utens, quæ jam invaluerat, voce illa *Sede Romulea* Toletum expreſſit.

Marc. de Mond. diſſ. 4. c. 3. nu. 60. pag. 392.

Cixil. in vita S. Ildeph. apud Did. de Caſt. to. 1. pa. 378.

XVI. Magnificentiſſima ejus nominis gloria Toletanæ urbi ab æmulis Romanorum Gothis comparata, Gothorum Reges dignitatem Primatus in Solii ſui Sede conſtituere voluerunt; (quæ ſane dignitas quanquam canonice, ut eſt demonſtratum, Toleti permaneret, fieri tamen potuit, ut ad tempus fuerit intermiſſa ob vices, ac Vicariatum Apoſtolicum, quæ Metropolitæ nonnulli Hiſpalenſes, & Tarraconenſes geſſerunt ſingularibus earumdem Sedium Præſulibus demandata.) Quumque iidem Gothi poſt ejuratam Arianam hæreſim cumprimis Catholici eſſent, ſummæque Religionis, ac reverentiæ erga Apoſtolicam Sedem, a Pontifice Summo, ut, quæ ipſius ſuprema eſt auctoritas, Tole-

ta-

tanæ Sedi Primatum Hiſpaniarum religioſe adjudicaret, efflagitarunt. Teſtem hujus rei Rhodericum Archiepiſcopum adhibeo in ſua hiſtoria, qui de Chindaſuinte Rege verba faciens ita fatur: *Hic a Romano Pontifice obtinuit privilegium, ut ſecundum beneplacitum Pontificum Hiſpanorum, Primatiæ dignitas eſſet Toleti, ſicut fuerat ab antiquo.* *D. Rhoder. lib. 2. c. 21.*

XVII. Non modica erit, arbitror, difficultas ab Hiſpalenſi Eccleſia, circa hoc Rhoderici teſtimonium; hunc ſiquidem ſtudioſum conſiderat, maximumque, & acerrimum Eccleſiæ ſuæ Primatus aſſertorem. Non ita eſt viſum multa, ſingularique eruditione viro Franciſco Joanni Morino, qui non modo ſuſque deque habendam Archiepiſcopi eam auctoritatem cenſuit, quin ipſa ejuſdem verba uſurpans, tanquam certæ fidei profert: *Chindaſuintes*, ajens, *Rex... privilegium iſtud a Pontifice impetraverat.* Neque vero Morinus unus id affirmat; graves profecto auctores multi privilegium id memorant, ac pro certo aſſerunt; tametſi aliud præterea adjungunt, quod neque Rhodericus refert, neque integra fide dignum videtur. Equidem, dicam quod ſentio, ab Archiepiſcopi Rhoderici gravitate, integritate, ſinceritate, demum virtute alieniſſimum reor, falſa documenta proferre: quare quum hoc prolatum ab eo fuerit, judicavit, opinor, fortaſſe etiam manibus tenuit, verum eſſe. Quamobrem quantavis monumenta veterum ſcrutetur Eccleſia Hiſpalenſis doctiſſima, falſum id eſſe nunquam evincet: neque vereor, ut documentis certis redactus ad incitas, aſpectum eruditorum fugere ſim coactus.

Jo. Mor. lib. 1. diſſ. 32. pag. 276.

Genebrard.

XVIII. Ejuſmodi e verborum ſententia id egomet conjicio: quod, ſicuti Romani Pontifices certis Peninſulæ Præſulibus Apoſtolicas vices ut gererent, ac Vicarium Pontificium in Hiſpania, qua porro auctoritate Primatus Toletani poteſtas intermiſſa, ac præpedita eſſet, conceſſerant; ita Præſules Hiſpanienſes incommutabilis dignitas illa impoſterum ut foret cupientes, ſeu quod expedire hoc cenſuerint, ſeu quod Chindaſuinti Regi minus gratam rem facere noluerint, ſummopere ſe dixerunt avere, ut perpetuo Primatialis dignitas, nullo intermiſſa tempore permaneret in Toletana Sede: Rex autem hoc Præſulum Hiſpanienſium deſiderium deferens ad Romanum Pontificem, ut perpetuo, citra intermiſſionem, imminutionemque omnem Primatus di-

dignitas Toletanæ adjudicaretur Eccleſiæ impetravit, uti fuerat ab antiquo: quo enim ſenſu Eccleſia Hiſpalenſis interpretatur ea verba: *Secundum beneplacitum Pontificum Hiſpanorum*: a vera eorum ſententia valde diſcrepat, quæ haud dubie ſe perinde habet, atque ipſi tradimus.

Mem. pag. 118.

XIX. Verus Rhoderici verborum ſenſus eſt: Primatialis poteſtas Toletani Archiepiſcopi præpedita quandoque erat, dum e Metropolitis aliquis Vicarii munus a Romano Pontifice ad tempus aſſequebatur. Quocirca Chindaſuintes Rex ad Pontificem retulit, Præſules Hiſpaniarum optare, ut ea dignitas nullo unquam tempore interrupta in Toletana Eccleſia jugiter conſiſteret. Pontifex vero pro Regis efflagitatu ſancivit, ut dignitas, & officium Primatus Toleti eſſet, uti fuerat ab antiquo. Sic perquam facile percipitur *ly iterum reſtituit* Garſiæ de Loayſa, quod tantam verborum ſegetem propoſuit Eccleſiæ Hiſpalenſi, ac liquido conſtat citra neceſſitatem aſſerendi, ut exprimatur veritas, quod Primatus dignitas ab Eccleſia Toletana fuerit aliquando amota; ſatis enim ſuperque id evincitur ex eo, quod intermiſſa ad tempus fuerit.

Mem. p. I. n. 112. pag. 118.

XX. Simplex profecto, & aperta hæc notio eſt, cumque eo congruit quod experientia docet. Id ſummopere appetebant Gothorum Reges, ut Toletanam urbem ubi proprium Solium conſtituerant, ad ſummum gloriæ faſtigium eveherent. Cognomento Regiam urbem nuncuparunt, prout ex ipſius Præſulum ſubſcriptione Synodis Toletanis habetur, quibus in omnibus a ſeptima, una duntaxat excepta, videre eſt Metropolitanos Regiæ urbis: ita leguntur Eugenii ſubſcriptiones octavo, nono, ac decimo Concilio; Quirici, undecimo; Juliani duodecimo, decimoquarto, & decimoquinto; denique Felicis decimoſexto. Romam novam appellarunt; petierunt ut in ſuam Epiſcopi ſententiam deſcenderent; ut nempe Toletano Præſuli facultas præclariſſimaque poteſtas fieret, (de qua fuſius alio loco) ordinandi, necnon eligendi Præſules in tota Hiſpaniarum Metropoli. Quæ quum ita ſint, cuinam mirum videbitur, eamdem per illos ad Primatus dignitatem evectam eſſe, ſive, quod mihi magis probatur, in priſtinam auctoritatem perpetuo eſſe reſtitutam; Præſuleſque, ut Regibus Catholicæ pietatis maximis cultoribus morem gere-

re-

Digitized by Google

rent, detuliſſe ad Pontificem ſua ipſorum vota, ſimulque una petitionem Regiam; ac Pontificem Summum ejuſmodi poſtulatis annuiſſe? Hic plane ſenſus eſt Archiepiſcopi Rhoderici. Hoc nos tanquam veriſſimum affirmamus.

XXI. Qua ex Pontificis ſummi confirmatione Primatus dignitas haud dubie Toletanæ Sedi adjudicata fuit juxta Sanctiones Canonum. Quando enim antiquius ea dignitas fuiſſet Toleti duntaxat *de facto*, Regumque ex voluntate, perque vim Præſulum; Privilegio poſtea obtento a Summis Pontificibus, canonice, ac legitime conſtitutus fuiſſet Primas Toletanus Archiepiſcopus, uti de Patriarcha Conſtantinopoleos dictum eſt. Conceſſu hoc Pontificio urbs Toletum ad alterius Romæ gloriam evecta per Gothorum Reges, caputque imperii Gothorum eorumdem conſtituta, (ita Rex Petrus Toleti urbem nuncupavit,) necnon Eccleſiæ Hiſpanienſis caput in perpetuum declarata, ſingularia illa privilegia jure quodam obtinuit, quibus Concilia annis inſequentibus celebrata præſtantiſſimam ipſius Eccleſiam nulla unquam vetuſtate delendis cohoneſtarunt. Argumenta quidem validiſſima ad comprobandum, quod Primatialis auctoritas juxta Canonicas, & Pontificias Sanctiones Eccleſiæ Toletanæ ſit affixa.

Rex Petr. in privilegio Tolet. urbi conceſſo Valliſoleti v. Id. Novembr. Æra an. 1388.

XXII. Itaque firmiſſime comprobatum eſt, eſſentiam totam Primatus in Archiepiſcopum Toletanum convenire a Gothorum ævo ante calamitates Hiſpaniæ: etenim ratione, & exemplis eſt demonſtratum, tam ab eo tempore, quam multo etiam antea Præſuli eidem congruere dignitatem Metropolitæ Carthaginenſis provinciæ majori cum poteſtate, quam cæterorum Hiſpaniæ Metropolitarum, Toletanæ Sedi adjudicata juxta Sacros Canones, atque ita ſatis eſt factum definitioni per Hiſpalenſem Eccleſiam propoſitæ, nobiſque ultro probatæ. Quoniam vero eſſentiam rerum plerumque conſectantur earumdem proprietates, certum mihi deliberatumque eſt in ſequenti capite, quæ ſequantur proprietates Primatum, & quæ Toletano Præſuli conveniant expendere. Sic ſuſceptam omnino provinciam curavero; tametſi aliquot adjungam capita ad rem magis magiſque firmandam, proponendamque omnium oculis victoriam, quam adeptus ero.

CAPUT XVIII.

Prima e quatuor Primatis proprietatibus convenit Archiepiſcopo Toletano.

SUMMA CAPITIS.

I. *Ubi eſt eſſentia rei, ſunt etiam proprietates rei ejuſdem, juxta Philoſophos.*
II. III. *Quatuor neceſſaria ſunt Metropolitæ, ut ſit* Primas. 1. convocare Synodos. 2. ordinare Epiſcopos. 3. ordinari a Provincialibus citra alius Primates interrogationem. 4. *demum* jus habere in Comprovincialium Epiſcoporum provinciis.
IV. 1. *Convenit Toletano Præſuli ab anno* 400. *nam Patruinus Concil. Tolet. I. convocavit.*
V. VI. *Ex catalogis antiquis probatur Patruinum fuiſſe Toletanum Epiſcopum.*
VII. VIII. IX. *Idem argumentis comprobatur.*
X. *Sirmondi, & aliorum opinio de Patruino Emeritenſi confutatur.*
XI. *Montanus eadem auctoritate erat præditus, ut ex Concilio II. Toletano habetur; quod Concilium fuit Nationale, quidquid alii malint Provinciale.*
XII. *Ex epiſtola ejuſdem Montani liquet Toletanus* Primatus.
XIII. *Quid Parochiæ, quid Diœceſes eſſent Montani ævo.*
XIV. *Hinc Montani epiſtola conſiderata, conjicitur Toletanæ urbis* Primatus.
XV. XVI. *Alia Montani epiſtola ad Turibium evincit* Primatum *Toletanum. Obiter diſtringitur aliquorum falſa opinio de hoc Turibio.*
XVII. *Montanus Turibio mandans, ut Palantinæ Diœceſeos corruptam diſciplinam, moreſque corrigat, magis magiſque* Primatum *evincit.*
XVIII. *Primam igitur neceſſariam proprietatem* Primatis *certe Toletani Præſules habuerunt.*

I. Quælibet eſſentia, juxta Philoſophiæ præcepta, univerſaliter ſumta ſuas habet proprietates, quæ, tanquam ſociæ indiviſibiles, eidem nunquam non adhærent: quare neceſſariò ſequitur, ut ubicunque, & quavis in re eſt eſſentia, proprietates utique ipſius rei omnes exiſtant; & e converſo eſſentia ſit ubivis, & quacumque in re proprietates ejus ſunt; neque aliter aliis opinari fas eſt. Quocirca Primatus eſſentia ſuas habebit proprietates lateri ſemper, inſtar animi affectum, hærentes: eritque argumentum hactenus inauditum, validiſſimumque ad aſſerendum Toleta-

tanæ Primatum Eccleſiæ, ſi demonſtratum a nobis erit, Sedis hujus dignitati exiſtere proprietates Primatus. Hoc docere conſtitui præſenti capite: remque, arbitror, adeo luculenter oſtendam, ut inexpectato, ac perſpicuo argumento æmulatio perterrita, veritatis luci non valeat caliginem erroris offundere.

II. Hincmarus vir doctiſſimus, Archiepiſcopus Remenſis in quæſtione quam habuit cum nepote ſuo, Hincmaro pariter nuncupato, Laudunenſi Præſule, quatuor refert qualitates Metropolitano neceſſarias, ut Primas ſit, eaſque variis e Sacrorum Canonum Sanctionibus ducit, ita inquiens: *Quibus & aliis Sacrorum Canonum decretis, & Sedis Romanæ claret ſententiis, eoſdem Metropolitanos Primates eſſe... qui ex antiqua, ut præmiſimus, conſuetudine, & Apoſtolica traditione, ſecundum Sacros Nicænos Canones, & convocare Synodos, & ordinare Epiſcopos, & ordinari a Provincialibus ſine cujuſvis alterius Primatis interrogatione, poſſint, & diſponere regulariter quæcumque per ſuas provincias queunt.* *Hincm. Archiep. Rem. ap. Morin. lib. 1. exercit. c. 8. pag. 67.*

III. Quatuor, Hincmari ſententia, proprietates Primatûs ſunt. Prima: ut antiqua ex conſuetudine Synodos convocare juxta Canones Nicæni Concilii, ad Metropolitam ſpectet. Altera: ut Epiſcopos ordinare poſſit ex ſe, a nemine pendens. Tertia: ut ſuæ a Provinciæ Præſulibus ordinari poſſit, nulli obediens ac ſubjectus Primati. Quarta: ut Comprovincialium in Epiſcoporum provinciis eadem, quæ juris eorum ſunt, ſuæ item poteſtati ſubjaceant. Videamus nunc, utrum ex iis aliqua, vel forte fortuna omnes eæ proprietates Archiepiſcopo Toletano ab memoria Gothorum conveniant. Fieri etiam poteſt, ut majoris aliqua vetuſtatis inveniatur, quam Regni Gothorum temporis, qui non ante inceptum quintum ſeculum regnavere, uti noſtrarum ſcriptores rerum, atque cumprimis Eccleſia Hiſpalenſis, affirmant. *Mem. pag. 67.*

IV. Harum proprietatum prima jampridem eſt, quum Præſuli Toletano adjudicatur; anni enim quadringenteſimi eſt æqualis. Eodem anno Toletana Synodus prima, communi omnium opinione Nationalis, licet Epiſcoporum infrequens, celebrata eſt. Hanc Patruinus Toleti Præſul convocavit, uti ſemper fuit conſtans, ex majorum noſtrorum traditione; uſquedum vir non midiocri eruditione Sir-

mon-

mondus vetuſtatis indagator acerrimus epiſtolam Innocentii primi ſub dium rapuit, quam ipſe ad Toletanum Concilium dederat primum hoc ſcilicet, uti ſentiunt meliores; utpote quod cepiſſe conſilium conſtat a Romano Pontifice, cujus reſponſio eſt laudata epiſtola. Hujuſmodi ex epiſtola Excellentiſſimus Marchio de Mondejar, atque Eminentiſſimus Cardinalis Aguirre ſuum induxerunt animum, ut quorum pro teſte ſtat antiquitas, ea negarent facta eſſe, ac deſcenderent in Sirmondi ſententiam, hunc Patruinum Emeritenſem fuiſſe Præſulem affirmantes, quod perinde Eccleſia Hiſpalenſis non negat, ut maxime inſtituto ſuo accomodatum. At ejuſmodi argumentum quam nullius momenti ſit ſupra demonſtravimus, rationeſque allatas ad confirmandum, quod Patruinus hic Toletano in Concilio præſidens, Epiſcopus ille Emeritenſis fuerit, quem Innocentii literæ commemorant, quo unico fundamento ii Scriptores inhærent, luculenter diluimus. Vide caput decimum, ubi a numero 3. de hoc egimus.

Sup. cap. 10. n. 1.

V. Doceamus nunc Patruinum regere Toletanam Eccleſiam, quo tempore Concilium id primum celebratum eſt. Non parvi momenti eſt, quam affert rationem Cardinalis Aguirre. Eminentiſſimus Auctor refert ex Ambroſio de Morales (quem ſolertiſſimo ingenio virum, rerumque Hiſpaniæ accuratiſſimum ſcrutatorem recte æſtimavit) quod celeberrimo in Sancti Milliani Monaſterio erat Conciliorum vetuſtiſſimus codex anno 930. exaratus, qui hodie in Regio Excurialis Monaſterio extat. In eo videre eſt catalogum Toletanorum Præſulum antiquorum, ut ſequitur: *Pelagio*, *Patrono*, *Toribio*, *Quinto*, *Vicente*, *Paulato*, *Natal*, *Audencio*, *Aſturio*. Ait etiam in Toletanæ Eccleſiæ Sacrario ſervari alium catalogum ſcriptum anno 1253. is eſt primus Regis Alphonſi Sapientis, Toletano Archiepiſcopo, Sereniſſimo ejuſdem fratre Infante Sanctio, quem catalogum ſe vidiſſe idem Cardinalis teſtatur, traditque Præſules in eo laudatos perinde cenſeri atque in ſuperiori, ac præterea nonnullos, uſque ad Sanctium quemdam, qui obiit ſupremum diem anno Æræ noſtræ 964. communis vero 926.

Card. Aguir. to. 2. diſſert. 6. Excurſ. 1. pag. 157. n. 1. 2. 3.

VI. Cæterum hîc prudenter obſervat Cardinalis ampliſſimus, minime recenſeri omnes Præſules, quicumque ab initio Toleti fuerint; conſtat enim non paucos ante eos, qui

qui cenſentur, extitiſſe: eos vero duntaxat memorari, qui Toletanæ præfuerunt Eccleſiæ, poſtquam Romanorum Hiſpania detrectavit imperium. Ejuſdem verba iſta ſunt: *Porro in neutro ex his catalogis collocantur Præſules Toletani a principio, ſed duntaxat ab eo tempore, quo Romanorum poteſtas in Hiſpania ceſſavit, irruentibus in eam Suevis, Alanis Vvandalis, & Gothis, quod accidit ſub initium quinti ſeculi.* Hinc plane colligimus, novem iſtos Præſules Toletanam Eccleſiam gubernaſſe ab anno quadringenteſimo, aut paulo ſupra: Nam Cardinale hoc doctiſſimo teſte, catalogo illo ſoli cenſentur Præſules Toletani poſt illuvionem Barbarorum, a quinti ſeculi principio, id eſt ab anno circiter 400.

VII. His poſitis, duo argumenta conficio, quibus evincitur, Patruinum, Patronum, aut Paternum (hiſce enim nominibus idem vocatur Præſul in veterum monumentis) Toletanam Eccleſiam regere, quum id Concilium eſt habitum. Ac primo: Huic Toletano Concilio procul dubio adfuit Toletanus Præſul. De hac propoſitione videtur dubitari non poſſe, & revera nemo omnium, quotquot videre licuit, in diſcrimen eam vocat, quin omnes, & Eccleſia Hiſpalenſis præ cæteris, habent pro certa. Perſequor dicere: Hic vero minime fuit, neque eſſe potuit Aſturius, qui ſexto loco ſubſcribit eidem Synodo. Ergo quum Synodus Toletana prima eſt habita, Patruinus erat Toletanus Præſul. Optima quidem illatio: etenim ſuſpicio eſt duntaxat, Patruinuſne, an Aſturius is fuerit, quum utriuſque ſubſcriptio in eo Concilio ſit obvia. Quare probato jam quod Præſul Toletanus Aſturius non fuit, neque eſſe potuit, tumquum id Concilium eſt celebratum; neceſſariò ſequitur, ut Patruinus is fuerit. Qui Cardinalis Aguirre doctrinam per nos allatam animadverterit, fieri omnino non potuiſſe, ut Præſul Toletanus eo anno Aſturius foret, compertum exploratumque is habebit. Ab initio quinti ſeculi, aut paulo ſupra, uſquedum Archiepiſcopus crearetur Aſturius octo laudati Præſules Toletanæ præfuerunt Eccleſiæ. Quando igitur Concilium id Toleti eſt celebratum, neque erat, neque certe eſſe potuit Toletanus Præſul Aſturius.

VIII. Rationem hanc enucleatius tradam. Catalogi mox allati ordiuntur a ſeculi quinti primordiis, aut pau-

lo ante: cujus rei teſtis eſt Cardinalis Aguirre. Quocirca priuſquam Toletanam gubernaret Eccleſiam, qui eos inter nonus ordine recenſetur, a ſeculi quinti primordiis, aut paucis ante annis æquum ſpatium temporis laberetur neceſſe eſt. Ab omni ſiquidem fide abhorret, quod octo circiter interjectis menſibus, quum celebrata fuit Synodus, octo Sedis unius Præſules occubuerit. Aſturius porro ex novem iis Toletanis Præſulibus ab initio quinti ſeculi, aut paulo ante, poſtremus fuiſſe dicitur. Itaque idem eſſe Concilii hujus tempore omnino non potuit, quod ſub initium quinti ejuſdem ſeculi fuit habitum. Unde pro certo habeo, Toletanum Præſulem Aſturium, de quo mentio eſt apud Divum Ildephonſum, ad Toletanam Sedem aſcendiſſe annis amplius quinquaginta poſt iſtam Synodum celebratam, uti Auctores plures e noſtris affirmant.

IX. Ipſomet argumento evincitur, Patruinum, ſeu Paternum ea occaſione Toletanum Præſulem fuiſſe; ſi enim eorum novem numerum ineamus, quo ordine recenſentur, Patruinum offendimus ſecundo loco. Quum autem initium ſumi oporteat ante quarti ſeculi exitum, noſque lateat, quando potiſſimum Pelagius electus fuerit, qui primus putatur, hunc veriſimile eſt jam deceſſiſſe. Præterquamquod quum minime dubium ſit, quin Patruinus quidam per ea tempora Toletanam Sedem tenuerit, probabile admodum videtur, Præſulem, qui Concilio huic ſubſcripſit, ipſum eumdemque eſſe, quem catalogus ſecundo loco recenſet. Huc accedit, Patruinum illum, qui principe loco ſubſcribit Synodo, non eſſe, neque eſſe poſſe Patruinum Emeritæ Præſulem, quod ni fallor, ſatis ſuperque comprobatum eſt. Enimvero quum Synodus exeunte anno quadringenteſimo fuerit abſoluta, Divi autem Innocentii reſponſum poſt biennium datum fuerit, ut refert hiſtoria, næ Gregorii expoſtulationi, ſi Patruini ſucceſſor is foret, neque eſſet locus, neque ſtabilis ulla ratio, cur fieret, Romamque mitteretur; nam conſtat, quam impedita ea tempeſtate Hiſpaniarum Epiſcopis ad limina Apoſtolorum eſſet acceſſio, necnon quam operoſum eſſet ſuperare difficultates bellorum, quibus Hiſpania tota premebatur ob tam immanem barbarorum illuviem, qui noſtra invaſerant Regna. Rationem
Sup. cap. 10. n. 6. hujus rei locupletiſſimam vide ſupra capite decimo.

X.

Digitized by Google

X. Jure quidem ac merito aſſerere videor poſſe, Sirmondum præpoſtere accepiſſe Patruini Epiſcopi Emeritenſis nomen, quod epiſtola Divi Innocentii præſefert, nullo quippe diſcrimine habito, Patruinum eſſe ipſum eumdemque contendit, qui primæ huic Synodo Toletanæ præſedit: contra vero veteres Hiſpaniæ rerum Scriptores recte ne ſuſpicatos quidem, Præſulne is fuerit Emeritenſis. Unde prudenter ait Eccleſia Hiſpalenſis: *In mentem illis* (Hiſpanis Auctoribus) *non venerat Emeritenſem Epiſcopum fuiſſe, cui jam defuncto Gregorius, hoc tempore ſucceſſerat.* Mem. pag. 65. Cap. 10. n. 5. Neque enim divinare illi poterant rem, quam cur affirmarent ratio nulla erat, ut locupletiſſime demonſtratum fuit: quin item negarent tam multæ illæ, tamque ad ſuperandum difficiles ambages, quarum mentionem fecimus, impedimento erant; quas ſi animadvertiſſent Eminentiſſimus Aguirre, atque Excellentiſſimus Marchio de Mondejar, ut mihi perſuadeo, a veterum Hiſpaniæ Auctorum opinione haud receſſiſſent, & Sirmondi eruditione minime contemta, ejuſdem tamen in ſententiam non iviſſent pedibus.

XI. Montanum autem Toletanum Præſulem, totiuſque Carthaginenſis provinciæ Metropolitam, uti planum eſt factum, negare poteſt omnium nemo, auctoritate hac fuiſſe præditum ab omnium arbitrio ſoluta; altero enim ex Toletano Concilio, anno 527. celebrato, aperte conſtat: ubi ſtatuitur, ut Montanus, quando commode intelligat poſſe fieri, Concilium indicat, Præſuleſque ad id celebrandum convocet. *Frater, & Coepiſcopus noſter Montanus... ad Comprovinciales noſtros Domini Sacerdotes, literas de congreganda Synodo, adveniente tempore debeat deſtinare.* Conc. Tolet. 2. Can. 5. Quod ſane Concilium, utut vulgo habeatur Provinciale, idemque allata verba videantur innuere, ſecus tamen ſubſcriptiones ſuadent: etenim ex iis Præſulibus, quicumque ſuarum Sedium nomen pronunciant, nullus erat Toletanæ Metropoleos Suffraganeus. Duo ſcilicet eorum, Nebridius Egaræ, & Juſtus Aragaez, Epiſcopi Suffraganei erant Tarraconenſis: Marracinus ignotæ licet Sedis Epiſcopus, certum tamen ſcitur, eum minime fuiſſe Carthaginenſis Provinciæ; utpote qui Toleti degebat exul ob Catholicam Fidem, uti ex ejus ſubſcriptione palam eſt: qui reliqui ſunt alii quatuor Epiſcopi, ſuarum ii nomen Eccleſiarum minime poſuerunt.

Quamobrem pro certo affirmari non poteſt, quod Concilium illud fuerit Provinciale.

XII. Quod præſertim obſervandum reor, prima in Montani epiſtola multa occurrunt, quibus probabile admodum redditur, Toletanum Præſulem ea tempeſtate non modo Provinciæ Carthaginenſis Metropolitam fuiſſe, ut capite nono docuimus, & Padilla, aliique confirmant, hac ex epiſtola id colligentes; verum etiam Hiſpaniæ totius Primatem, prout ſentit, colligitque ex eadem epiſtola Ambroſius de Morales, quod recte monet Cardinalis Aguirre in adverſariis ad ſæpe laudatam Montani epiſtolam. Mihi autem ut videtur, ſi ejuſdem Ambroſii verba ſedulo conſiderentur, liquido perſpectum id erit. En ipſamet verba: *Hujus officii neceſſitatem me ſuſcepiſſe non neſciens, ſtudere curavi, ne cujuſdam perditi animam de manu mea Chriſtus inquirat; præſertim, quum Toletanæ urbi Metropolitani privilegium vetus conſuetudo tradiderit, & eo magis non ſolum Parroquiarum, ſed & urbium cura, hujus urbis ſollicitet Sacerdotem.*

Card. Aguir. in not. ad Ep. Mont. pag. 269.

Mem. 1. p 5. 4. n. 4. pag. 47.

XIII. Neminem fugit, qui Eccleſiaſtica in hiſtoria nonnihil ſit verſatus, Parrochiæ nomine vocari olim ſolitam, quam nos Diœceſim nuncupamus, ut antea docuimus, Eccleſiaque Hiſpalenſis non negat. Hoc poſito ad Montani Archiepiſcopi dicta me verto. Ait is Toletano Præſuli non Parrochiarum modo, ſed & civitatum curam, & ſollicitudinem incumbere. Hac in verborum antitheſi Parrochiarum, & Civitatum, vox illa *urbs* majorem præſeferat extenſionem tum auctoritatis, tum finium, quam alia vox *Parrochia*, neceſſe eſt. Hæc ſcilicet Diœceſes ſignificat, ad quarum terminos auctoritas, & juriſdictio Toletanæ Sedis, tanquam Metropoleos extendebatur. Illa igitur *urbium* vox, majorem ſignat poteſtatem ad terminos, quam Diœceſium ampliores pertingentem. Quæ profecto Metropolitæ auctoritas putanda eſt, nam præ auctoritate, atque juriſdictione Epiſcoporum, proxima eſt Metropolitæ poteſtas. Quocirca perquam veriſimile eſt, Montanum noſſe, quod ſui eſſet muneris, tanquam Præſulis Toletani Epiſcoporum, ac Metropolitarum cura: Ita enim notant verba illa: Non ſolum Parroquiarum, ſed & urbium cura hujus urbis ſollicitet Sacerdotem.

XIV. Rem enucleatius expendam. Id ſibi vult Monta-

tanus allatis verbis, quod nempe præter Parrochiarum, ſeu Diœceſium curam, ſollicitudo etiam urbium ſua interſit. Quæ quum ita ſint, quæro abs te, Hiſpalenſis Eccleſia, atque ab iis omnibus, qui Præſulem Toletanum fuiſſe id temporis Primatem Hiſpaniarum negant: quidnam rei ſunt urbes iſtæ præter Parrochias, aut Diœceſes ſitæ, quarum cura & ſollicitudo ad Montanum pertinuit? Porro ſi ad Suffraganeas Diœceſes eæ ſpectabant, coloniæ amplæ, quantumvis frequentiſſimæ neutiquam erant; has quippe ut amplas, ut inclytas ſuis Diœceſes finibus claudebant: quum autem liquido conſtet, ad quem territorii alicujus cura pertinet, ipſius vel partes tam exiguas, quam ampliores eidem incumbere; dubitari ut videtur, non poteſt, quin urbes tanquam pars a Diœceſibus diſtincta, appellatæ, quarum cura itidem Montanum ſollicitabat, Metropolitarum Sedes ſorent; namque Montani ſollicitudo præ Diœceſibus non augebatur, niſi ejuſmodi urbes extra Diœceſes ipſas eſſent ſitæ. Enimvero Hiſpalenſis Archiepiſcopi ſollicitudinem Suffraganearum Sedium non auget cura Malacitanæ urbis; dum alia non ſuppetat ratio, quam comprehendi hanc urbem in Hiſpalenſi Metropole.

XV. Altera Montani epiſtola ad Turribium tradita, novum ſuæ juriſdictionis propriæ, nec non Primatialis dignitatis totâ Hiſpaniâ argumentum præbet. Turribium hunc non eſſe Aſturicenſem illum Epiſcopum, cui ſcripſit epiſtolam S. Leo Magnus, ad quem ipſe Pontificem librum tradidit a ſe lucubratum adverſus Priſcilliani ſectam, mihi quidem convenit cum Eminentiſſimo Aguirre. Incredibile enim eſt prorſus, Turribium Aſturicenſem Epiſcopum literis, virtute, prudentia celeberrimum ab anno 447., quum ex Divi Leonis mandato ſua in Eccleſia Synodum congregavit, fortaſſe adverſus Priſcillianiſtas, ad 527. fuiſſe ſuperſtitem, quo anno Concilium Toletanum ſecundum eſt habitum, nempe octoginta poſt annos. Verumtamen eſt, quod mirer, virum hunc Eminentiſſimum objectare, in dubium vertere, quin etiam ad credendum propendere, quod hic Turribius non fuerit Præſul; res quippe in aprico eſt; &, ita Deus me adjuvet, ab eodem Montano affirmatur. *Card. Aguir ſup. pag. 272.*

XVI. Verba ipſius, quatenus huc ſpectant, audienda ſunt: *Quod privilegium*, ait, *Deceſſori noſtro... veſter Coepiſco-* *Mont. epiſt. ad Turib. cap. 4.*

piſcopus fecit. Turribius igitur, ad quem Montanus dedit literas, erat Epiſcopus. Huc accedit, quod Montanus cum alloquens, adeo liberaliter ſecum agit, ut dignitate ipſum non mediocri ornatum demonſtret. *Quæ*, inquit, *ex Palentino conventu ad nos pervenerint, celſitudini veſtræ indicare curavi*. Profecto ſuſpicio omnis procul videtur habenda eſſe, minime futurum, ut Montanus officio tam liberali, ac titulo præſertim Coepiſcopi merum Presbyterum proſequeretur. Huc non reſpexit Cardinalis Aguirre.

Ibi. cap. 2.

XVII. Cujuſnam Eccleſiæ Turribius hic Præſul eſſet, non facile conjectu eſt: ſi enim Palantiæ is fuerat, id minime reticuiſſet Montanus, quando ait ab incolis ejus Dioeceſis ad ſe delatum de corruptis in eadem moribus. Itaque iiſdem ex literis dignoſcitur alius Eccleſiæ Præſulem fuiſſe Turribium, cui Montanus id oneris demandavit, ut collapſam diſciplinam, corruptoſque mores, qui in Palantiam irrepſerant, corrigeret, emendaretque. Cæterum quo jure alienæ Sedis Epiſcopo curam committit Montanus in vitia Palantinæ Dioeceſeos animadvertendi; addens præterea, ut proterendi cauſa ejuſmodi vitia, ſeveriſſimum ſeſe Epiſcopum gerat? *Et ideo ſpero*, inquit; *ut pro enervanda hac ipſa ſuperfluitate, ſeveriſſimi Sacerdotis auctoritate utaris, & tantæ rei temeratores diſtrictiori increpatione coerceas*. Hæc Montani verba, majorem ſibi, quam pro Metropolita, juriſdictionem atque auctoritatem fuiſſe demonſtrant; etenim Metropolitæ in cauſas tantum appellationis, aut provinciam obeundi, de criminibus in Suffraganeorum Dioeceſibus perpetratis cognoſcendi poteſtatem habent.

Ibidem.

XVIII. Ex dictis hæc colligimus. Sunt nobis præclara indicia ſtabili hærentia fundamento, Montanum præfediſſe Concilio, quod Nationale potius, quam Provinciale videtur fuiſſe. Vidimus ad eumdem, tanquam Præſulem Toletanum, curam ſpectare locorum, atque urbium extra Suffraganeorum ſuorum Dioeceſes; tradere præcepta, reſque maximi momenti committere Præſulibus neutiquam Suffraganeis; abſolutam ſibi eſſe poteſtatem Synodos congregandi; Toletanos Præſules apud ſemet, ſuamque ipſorum Sedem convocare Synodos Nationum; quamobrem Concilia omnia Nationalia Toleti celebrata eſſe præter Illyberitanum, convocatum ſcilicet loco Patribus advenientibus tutiori

tiori ab vi Tyrannorum. Quocirca legitima illatio fiet, Metropolitæ Archiepiſcopo Toletano principem Primatus proprietatem congruere, ideſt poſſe congregare Concilia, nec rogatione adhibita, nec aliena explorata voluntate,

CAPUT XIX.

Tres etiam reliquæ proprietates Primatus conveniunt Archiepiſcopo Toletano.

SUMMA CAPITIS.

I. *Ex Concilio Toletano XII. Archiepiſcopus Toletanus majorem etiam habuit poteſtatem, quam quæ* Primatis *eſt propria, quod attinet ad ſecundam proprietatem* Primatis *prædictam.*

II. *Regis electio non erat rata, niſi Toletani Præſulis approbatio accederet.*

III. *Non modo in Suffraganeos alienæ Provinciæ, ſed & in Metropolitas ejus auctoritas extendebatur.*

IV. *Abbatiæ quoque ab eodem pendebant.*

V. *P. Azorii auctoritas Toletani* Primatus *Gothorum ævo dignitatem confirmat.*

VI. VII. *Idem Concilium XII. non recentem auctoritatem conceſſit Toletano Præſuli, ſed antiquam confirmavit.*

VIII. *Tertia* Primatis *proprietas, nempe a nullo* Primate *alio pendere, Toletano Præſuli conveniebat Gothorum ævo.*

IX. X. XI. *Quarta* Primatis *proprietas e Concilio Toletano XIV. evincitur in Præſule Toletano.*

XII. *Ut Concilii Oecumenici decreta acceptentur, non ſunt opus alia particularia Concilia.*

XIII. *Concilia particularia in Occidente habebantur, ut acta Oecumici confirmarentur ab Epiſcopis.*

XIV. XV. *In Hiſpania duæ aliæ erant cauſæ hujuſmodi Concilia congregandi. 1. De diſciplina agebatur.*

XVI. 2. *De Doctrina, & Myſteriis agebatur, ſive, ut melius dicam, explicabatur quidquid in Oecumenicis definitum erat, ne forte vocum varia notio aliquos in errorem traheret.*

XVII. XVIII. *Id autem in Toletana urbe fieri conſuevit, a cujus Præſule Metropolitæ omnes, & Epiſcopi mandata accipiebant de rebus agendis, quæ quarta eſt proprietas* Primatis.

Pri-

I. PRimatus altera eſt proprietas, Juris ac poteſtatis eſſe Præſulis, nulla prævia rogatione, aut conſilio, Epiſcopos conſecrare. Hujuſmodi autem poteſtate, quin etiam multo majori poſt Gothorum memoriam eſt præditus Archiepiſcopus Toletanus. Duodecimæ Synodi Toletanæ Patres Archiepiſcopo Toletano facultatem faciunt Epiſcopos ordinandi aliarum provinciarum. Verba ipſamet, utpote digna, quæ audiantur in medium proferam. *Placuit*, in-

Conc. Tolet. 12. can. 6.

quiunt, *omnibus Pontificibus Hiſpaniæ, ut ſalvo privilegio uniuſcujuſque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoſcumque Regalis poteſtas elegerit, & jam dicti Toletani Epiſcopi judicio, dignos eſſe probaverit, in quibuslibet provinciis, in præcedentium Sedibus, præficere Præſules, & decedentibus Epiſcopis, eligere ſucceſſores... Hanc definitionis formam ſicut de Epiſcopis, ita de cæteris Eccleſiarum Rectoribus placuit obſervandam.*

II. Conſtat ex Canone iſto Concilii Toletanó Archiepiſcopo jus, & poteſtatem fuiſſe omnibus in Hiſpaniæ provinciis Epiſcopos ordinandi, quod alteri Primatus proprietati reſpondet, neque hac in re minima quidem ſuſpicio ineſt. Quamobrem nonnulla mihi videntur conſideranda eſſe, quæ apertiſſime oſtendunt, quantæ auctoritatis foret tum temporis Toletanus Præſul. Primo: qui præficiendus erat Eccleſiæ Antiſtes, eum electum a Rege eſſe non erat ſatis, Archiepiſcopi autem judicio probandus erat, cujus erat in mores, & doctrinam Electi inquirere, nec Regia electio ſuum ſortita eſſet effectum abſque hac prævia probatione: quare ait Canon: *Et jam dicti Toletani Epiſcopi judicio dignos eſſe probaverit*. Singulare quidem privilegium, unius hodie Pontificis Romani proprium, quod Præſuli tum Toletano conveniebat, tanquam Hiſpaniarum Primati, ut Franciſcus Hallier penes Cardinalem Aguirre teſta-

Hallier. de Sac. Elect. pag. 696. Card. Aguir. to. 2. pag. 639.

tur his verbis: *Videtur hoc privilegium eo præſertim titulo, Toletano Antiſtiti tributum, quod antea ut refert Rhodericus Primatiæ dignitatem a Summo Pontifice... obtinuiſſet.*

III. Deinde: auctoritas hæc non modo in Suffraganeos, ſed in Metropolitas etiam, tum quod ſpectat ad conſecrationem, tum quod ad probandos per Regem electos, extendebatur: verba enim Synodi ſunt adeo generalia, ut nullam patiantur exceptionem; itaque univerſaliter accipienda eadem ſunt; quod patebit ſi ſedulo conſiderentur. *Li-*

citum

citum maneat... Toletano Pontifici quoſcumque Regalis poteſtas elegerit in quibuslibet provinciis. Univerſalia quidem iſta ſunt: *quoſcumque Regalis poteſtas elegerit*: qua in univerſalitate haud dubie Metropolitæ comprehenduntur, juxta regulas juris docentes a lege univerſali excipi non debere, quod lege ipſa nequaquam excipitur: & Divus Bernardus alloquens Eugenium Tertium; *nihil*, inquit, *excipitur, ubi diſtinguitur nihil*. Toletano igitur Archiepiſcopo erat poteſtas conſecrandi, præficiendique Epiſcopos omnibus omnium Hiſpaniæ Provinciarum Eccleſiis, neque ab ullius auctoritate ipſe, quin ab ipſius omnes approbatione pendebant. *Bern. lib. 2. de conſid. cap. 8.*

IV. Huc accedit, quod vel Abbatiæ ſæculares juris poteſtatiſque erant Archiepiſcopi Toletani. Id enim verba illa notant: *Hanc definitionis formam, ſicut de Epiſcopis, ita de cæteris Eccleſiarum Rectoribus placuit obſervandam*, Ubi pro *Rectoribus Eccleſiarum* Parrochi, aut barbare *Curati* non accipiuntur; ab omni enim fide abhorret, quoſcumque Parrochos Regni eligi a Regibus conſueviſſe; quumque Epiſcopis accenſeantur Eccleſiarum Rectores laudati, ſimile cum iiſdem aliquid videntur habuiſſe, quemadmodum Abbates perquam ſimiles ſunt eorumdem. Quocirca Patrum Concilii ea videtur mens fuiſſe, ut ſcilicet quicumque Hiſpaniarum Eccleſiis Metropolitanis, Suffraganeis, & Abbatialibus præficerentur, ab Archiepiſcopo examinandi eſſent, per quem ſi probarentur, ab ipſomet ordinari poſſent. Canonem hunc ſextum Toletani Concilii confirmavit, ac ſtabilivit iterum Toletanum Concilium tertium decimum Canone nono, affirmans id unanimi conſenſu ſancitum jam eſſe in duodecimo. Et ſane legitur eodem in Canone, quod *licèt unanimi conſenſu* decretum fuerit a ſuperioris Concilii Patribus, illius hic denuo confirmatur decretum, uti certe Canon ille ſextus Concilii Toletani XII. confirmatur. *Ibid. ut ſup.* *Conc. Tolet. XIII. Can. 9.*

V. Sed antequam venio ad tertiam Primatus proprietatem, quid de hoc Canone, quatenus loquitur de Toletano Primatu ſentiat doctiſſimus Joannes Azorius, Auctor ſane non contemnendus, audiri debet: *Certum eſt*, ejus verba ſunt, *in Concilio Toletano XII. capite ſexto Ervigio regnante, conceſſam eſſe a toto Concilio Archiepiſcopo Toletano facultatem creandi Epiſcopos per univerſam Hiſpaniam, & Narbonenſem Galliam, quæ Gothorum Regibus parebat, qui in defunctorum lo-* *P. Azor. to. 2. p. 2. lib. 3. c. 36.*

locum ſuccederent ... Ex hoc decreto non leve argumentum deſumitur, ad Primatum Archiepiſcopi Toletani comprobandum, tempore Gothorum Regum. Valdopere me quidem delectat inſignis adeo Theologi auctoritatem ad meas partes accedere.

VI. Minime æquum eſſet, quam rem verba Concilii ſupra allata ob oculos ponunt, præterire; etenim niſi ſtudium me fallit, ex iiſdem conſtare arbitror, Toletanum Archiepiſcopum poteſtatem jam iſtam & habere, & exercere. Redeamus ad Concilii ſenſa, quæ ſi probe expendantur, ipſamet argumentum erunt præclariſſimum inſtituti noſtri. *Placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ, ut ... licitum maneat deinceps Toletano Pontifici ... in quibuslibet provinciis præficere Præſules.* Non ait Concilium ſe concedere, quod poteſtatis initium eſſet; verum, *ut licitum maneat*. *Manere* quidem non uſurpatur pro rerum initio ſignificando, at pro rebus iis, quæ jampridem eſſe cœperunt. Quare ajente Concilio *licitum maneat* Archiepiſcopo Toletano in quibuſcumque provinciis Epiſcopos conſecrare, manifeſtum eſt, ipſum Archiepiſcopum jampridem uti, fungique illo munere.

VII. Adverbio autem illo *deinceps* quidnam ſibi tandem voluit Concilium; etenim Eccleſia Hiſpalenſis inſurgit, & tragœdias certe agens in nugis, conatur evincere, quod non antea Toletanus Præſul hanc poteſtatem habuerit, quam Concilium eidem facit in poſterum? Non multi erit operis nodum hunc in ſcirpo quæſitum exſolvere; duplex reſponſio a nobis erit tum amovendi cauſa dubitationem omnem, tum aperiendi gratia Patrum Concilii mentem. Dicam primo, ab allatis Concilii verbis alienam omnino eſſe Hiſpalenſis Eccleſiæ explicationem: ſi enim quem ipſa ſuo in Memoriali exprimit, eorum eſſet ſenſus, neutiquam Patres *maneat* pronunciaſſent, quod ſane loquendi genus præcedentem denotat exiſtentiam; ejus autem loco poſuiſſent: *licitum ſit deinceps*; ita enim conceſſio recens intelligi poſſet. Averſatur igitur menti Patrum Concilii notio illa, quam ipſius verbis vult ſubjectam Eccleſia Hiſpalenſis. Deinde dico, adverbium id *deinceps* fuiſſe additum, ſignificantius exprimendi cauſa, quod abſque imminutione ulla temporis privilegium id perpetuum futurum erat; nulla enim erat vetuſtate temporis ea Toletani Præſulis auctoritas defutura.

VIII.

VIII. Quod ſpectat ad tertiam proprietatem perquam pauca dicta erunt, ob exemplorum inopiam: ea tamen haud dubie non defuit Toletano Præſuli: liquido enim conſtat, quod quum, amoto ab Archiepiſcopali Sede Sisberto, in Toletana Cathedra ſuffectus fuit Metropolita Hiſpalenſis Felix, nullius Præſulis, aut Metropolitæ conſenſio petita eſt; ſolumque Nationale Concilium Regis electionem accepit, probatumque electum in Sede Toletana conſtituit. Patet ergo, Toletanum Præſulem, non modo Epiſcopos tum Suffraganeos, tum Metropolitanos a ſe probatos, dignoſque qui Eccleſiæ præficerentur repertos, quibuſcumque in Hiſpaniarum Eccleſiis conſecrare; at nec etiam, quum ordinandus ipſe eſſet, ab alio Primate, qui ſibimet auctoritate præiret, pendere conſueviſſe.

IX. Proprietas quarta eſt, ut jus, poteſtatemque habeat in ſui Primatus provinciis, ita ut Metropolitæ ab ipſo mandata accipiant, & exequantur. Ejuſmodi privilegium fuiſſe Toletano Præſuli teſtimonium ſuppetit præſentiſſimum ex Toletano Concilio XIV. quod Provinciale fuiſſe Eccleſia Hiſpalenſis affirmat, Canoneſque ipſius aperte oſtendunt: ac præterea cauſa adjungitur, cur Præſules Nationis convocari omnes nequiverint; quanquam Metropolitæ per ſuos Legatos, viceſque gerentes adſuerunt, ut diximus capite undecimo, numero item undecimo: quamobrem licet Nationale videatur, & re ſit ejuſmodi, ut obſervat Garſias de Loayſa citatus eodem loco; ratione tamen Præſulum, qui advenere, Provinciale tantum fuit. Convocata fuit hæc Synodus ob Petri Notarii Regionarii adventum, literas afferentis Pontificum Divi Leonis II. ejuſque ſucceſſoris Benedicti II., itemque acta ſexti Concilii Oecumenici, in quo Monothelitarum hæreſis damnata erat, ut evulgarentur, ac reciperentur in Hiſpania. Hæ literæ datæ fuerant a D. Leone ad Catholicum Regem Ervigium, & ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Hiſpaniarum, ut patet ex epiſtola Benedicti ad Petrum Notarium Regionarium, cujus mentio facta eſt partis primæ capite quinto numero ſexto; *Par.1.cap.5.n.6.* in qua Pontifex Oratorem hunc ſuum alloquens: *Tuam*, inquit, *ſtrenuitatem Dominus Leo Papa Hiſpaniam provinciam ire* *Bened.II. epiſt.ad Petr. Not. Reg.* *diſpoſuit, ad Præcellentiſſimum, & Chriſtianiſſimum Regem, & Sanctiſſimos Archiepiſcopos, & Eccleſiarum omnium Præſules.*

Ggg 2 X.

X. Hac de cauſa, quartadecima Toletana Synodus celebrata eſt, quam licèt haberi oporteret nationum ob rei magnitudinem pertractandæ, prout Leo II. Pontifex poſtulabat, tamen neque rigidiſſimum anni tempus, neque ſollicitudo ingens, qua paulo ante affecti fuerant, quoſque fecerant ſumtus Regni Præſules, patiebantur, ut vix domum reverſi a decimatertia Synodo celebrata iterum accirentur, ut refert Mariana. Quamobrem deliberatum fuit, ut Provinciale Concilium haberetur, cui adeſſent Procuratores, ſeu Viceſgerentes quinque Metropolitarum abſentium, ac ſinguli ſuos Præſules de iis rebus certiores facerent, quæ a Toletano Metropolita ejuſque Concilio ſancitæ forent, ut eaſdem ipſi evulgari curarent, obſervarique ſuis in provinciis per Suffraganeos Epiſcopos. Capite Concilii primo loquentes Patres de Ervigio Rege, qui literas acceperat Leonis II. de hac Synodo convocanda, inquiunt: *Hoc dedit Edictum, ut quia ſicut oportebat, pro tantæ rei negotio pertractando, generale Concilium fieri varia adverſitatum incurſio non ſineret, ſaltem adunata per provincias Concilia fierent. Et ſiquidem hic primum a nobis in urbe Regia Synodus ageretur; deinde in ſingulis quibuſve provinciis ſingulare haberetur Concilium: quo quidquid hic actum per Toletanam Synodum, reliqui primarum Sedium Præſules ſuorum Vicariorum relatibus comperiſſent, id etiam in poſtmodum ipſi per diſcreta Provinciarum Concilia obſervarent.*

Mariana lib. 6. ca. 17.

Conc. Tol. 14. c. 1.

XI. Sic legitur primo Concilii capite: quod ſane teſtimonium eſt adeo firmum; adeoque ad Toletanum aſſerendum Primatum efficax, ut Marchio de Mondejar, contra quem inſurgit Eccleſia Hiſpalenſis, evidens appellare non dubitaverit. Ego quidem illud conſiderabo quarta tenus proprietate Primatus quade agimus; neque in indagando eam laborabo, ipſa enim per ſe patet, ſimulque fit palam, quam recte a Marchione de Mondejar teſtimonium evidens ſit appellatum.

Mem. pag. 168. num. 158.

XII. Multa eſt Eccleſia Hiſpalenſis hac in re, multoſque conficit numeros, ut Marchioni ad amuſſim reſpondeat. Profecto (non enim diffiteor, quod mihi certiſſimum, omnique majus exceptione eſt) neque Metropolitis, neque Epiſcopis, neque ulli prorſus Catholicorum opus erant Concilii Toletani conſultum, ac definitio, ut Oecumenicæ Sy-

Synodi a Pontifice comprobatæ deciſionem, ac definitionem in doctrina, tanquam de Fide amplecterentur: Hac enim auctoritate major ulla neque eſt, neque eſſe poteſt; neque conſilio ad eam accipiendam eſt opus; neque ulli fas eſt Catholicorum negare infallibilem ejuſmodi definitionem. Nulli inquam Catholicorum, dicam aſſeveranter, dicam libere, fas eſt id negare. Enimvero audacter & aperte docere (ut e Queſneli ſectatoribus noſtra hac tempeſtate aliquis obfirmare non eſt veritus) quod, unam eamdemque ſententiam Præſulum, ſuffragia libera, maturamque rei pertractandæ cognitionem requiri nullus unquam hominum dixerit, dicturuſque ſit, niſi ſiquis Oecumenicis Conciliis omnibus obtrectare, definitiones eorum negans voluerit; obligatio enim Principis libertatem judicii non ſecit, neque de ſententiæ æquanimitate conſtat, licet conſtare videatur externe, neque de rerum maturo examine, de quibus diſputatum fuit: Hæc inquam docere, maxime abſurdum cenſeo, viroque indignum non ſolum Epiſcopi dignitate prædito, ſed qui Chriſtiano etiam nomine cenſeatur; itaque hac de re nobis convenit fuiſſe inutile Concilium aliud convocare.

XIII. Quum autem id certum, minimeque dubium ſit; aliquam tamen ob cauſam non modo utile, ſed neceſſarium quoque fuit celebrari Concilium. Hoc affirmat Hiſpalenſis Eccleſia eruditiſſima, agens de eadem re, cujus eruditioni acceptum refero, quod: „ Leo II. ſucceſſor Pon„ tificis Agathonis, quo mandante ſexta Oecumenica Sy„ nodus fuit celebrata, juxta Sedis Apoſtolicæ morem, „ generalem debebat Synodum ſui Patriarchatus Occiden„ tis congregare, quo cognitis Actis celebratæ in Oriente „ Synodi, Catholica Eccleſia in unum conveniret, quæ res „ quum præſtari nequiret adventu omnium Occidentis Præ„ ſulum... Legatos mittere conſuevere Pontifices, cogno„ mento Notarios Regionarios, quibus literæ tradebantur „ Pontificiæ ad Reges, Principeſque Supremos, necnon „ Encyclicæ ad Epiſcopos; Reges autem ſubditis ſibi po„ pulis imperare rogabantur, ut ſimul alibi congregati..., „ cognitiſque celebrati Concilii Actis.. ea probarent ſuaque „ ſubſcriptione firmarent, quæ ita firmata Notarius idem „ ad Pontificium Archivum deſerret; ... idque habitum „ in-

„ inſtar Concilii Oecumenici in Occidente celebrati. Hæc tradit Eccleſia Hiſpalenſis, quæ facile admittimus, licèt non paucis eorum ſuæ ſint difficultates. At ipſamet ejus verba proferam, ut ſoleo: *Leon II. aviendo ſucedido en el Pontificado al Pontefice Agathon de cuyo orden ſe juntò la ſexta Synodo General, ſegun el eſtilo de la Santa Sede, avia de juntar Concilio general de ſu Patriarcado de el Occidente, para que viſtas las Actas de el celebrado en Oriente, toda la Igleſia concordaſſe, y conſpiraſſe en un miſmo ſentir: la qual no pudiendoſe executar con junta de todos los Obiſpos Occidentales ... ſe valian los Pontifices de Menſageros, que llamaban Notarios Regionarios, los quales eran embiados con cartas ſuyas à los Reyes, y Principes Soberanos, y Encyclicas para los Obiſpos, rogando à los Reyes ordenaſſen à los de ſu dominio ſe juntaſſen en un lugar ... y viſtas las Actas de el Concilio ya celebrado ... las aprobaſſen, y confirmaſſen con ſus ſubſcripciones; y aſſi firmadas, las bolvieſſe à llevar el dicho Notario al Archivo Pontificio ... y eſto ſe tenia por equivalente à un Concilio General de el Occidente.*

XIV. Video Eccleſiam Hiſpalenſem prætériiſſe, quod ſtatim ſeſe offert menti. Equidem non intelligo, quid immodici illi ſumtus, quos exigebant Concilia, atque itinera Præſulibus multis ætate grandioribus quam maxime incommoda, eſſent opus, niſi præter ſubſcriptionem Actis, aliud præſtandum erat. Quæ omnia declinari facile poterant, Nuncio Diœceſes ſingulas obeunte, ac poſtquam ſinguli Præſules Acta firmaſſent, quos in mandatis ipſe habebat, Romam redeunte. Quum vero id poſſet fieri lenioribus multo incommodis, ſumtibuſque quamminimis, nec tamen fieret; ſed contra tum Præſules convocarentur, tum Synodi Nationum, (quas Ervigius Rex Generales appellat, quia Regni totius) cogerentur, Epiſcopis, ac Metropolitis multorum iter dierum aggredientibus, graviſſimis incommodis, & impenſis ampliſſimis; aliud ſane quam Actis ſubſcriptio iis mandatis peti credibile eſt. Hoc autem Eccleſia Hiſpalenſis ſilentio præterit, at ipſe lubentiſſime hoc etiam agnoſcerem.

XV. Animadverti ego pro meo ingenio, quod ſentio quam ſit exiguum, duabus apprime de cauſis conſilium id neceſſarium fieri potuiſſe. Prima eſt: quod ſicuti plerumque agitur in Conciliis de rebus ad Eccleſiaſticam diſciplinam

nam ſpectantibus, eæ fortaſſe aliqua in Provincia obſervatu difficiles videri poterant, aliæ ſiquidem aliis gentium moribus, & ingeniis conveniunt leges. Et ſicuti tam noſtri ab iis diſſiti ſunt, quam Occidens ab Oriente diſtat, Nationis Præſules congregari oportebat, ut diſcuterent, earumne Sanctionum obſervantia laudabilibus Hiſpanorum moribus, atque ingeniis congrua eſſet. Tametſi autem nonnullis in Synodis de doctrinæ tantum ſumma ageretur; tamen conſuetudo eadem, eademque in omnibus diligentia nunquam non viguit.

XVI. Quam alteram dixi cauſam, conſenſio erat maxima Hiſpaniæ Præſulum, ut ſcilicet non modo unanimi conſenſu, ſed voce item unanimi de doctrina, ac myſteriis pertractarent, etenim non ſemel diſcrimen vocum in errorem pertraxit ignaros. Propter conſenſionem hanc ſummam, Nationale in Hiſpania Concilium cogi neceſſe erat, ubi myſteria Oecumenicis in Synodis definita legerentur, audirentur, explicarentur: Religioſa enim, Chriſtianaque hujuſmodi preoccupatione cavebatur, ne falſo interpretarentur, ac ſubdolæ explicationi remedium adhibebatur. Hanc præcipue rem Toletana Concilia tam accurate pertractarunt, ut lucis non parum attulerint Eccleſiæ Patribus, quemadmodum decreta ipſorum declarant. Quæ quidem gloria licèt ad Eccleſias Hiſpaniæ omnes pertineat, ad Toletanam tamen ſpectare illam apprime negari non poteſt: ex ea ſiquidem, veluti ex fonte, Sapientiæ lucem Spiritus Sanctus per totam Hiſpaniam effudit, cujus Eccleſiæ cæteræ Toletana docente compotes fierent.

XVII. Cauſæ iſtæc legitimæ, aliæque forſan, quæ mihi impræſens non veniunt in mentem, Summorum Pontificum animos potuerunt inducere, ut eos mitterent Nuncios Notarios Regionarios nomine, cum Actis Concilii in ſui Patriárchatus provincias: eædemque Principibus perſuadere poterant, ut ſuorum Concilia Regnorum quantocyus curarent congregari. Id factum eſſe occaſione hac intelligimus, Conciliumque Toletanum teſtatur, quod Acta omnia ſextæ Synodi Oecumenicæ accepit, & juxta ea, quæ ſancita per illam fuerant, mandata ad Metropolitas cæteros tradita ſunt, ut quemadmodum in eo Concilio Conſtantinopolitanæ Synodi acta fuerant accepta, ita obſervari edicerent, at-

atque mandarent. Ita expreſſe Concilium tradit per ea verba: *Quo quidquid hic actum per Toletanam Synodum, reliqui primarum Sedium Præſules ſuorum Vicariorum relatibus comperiſſent, id etiam in poſtmodum ipſi per diſcreta provinciarum ſuarum Concilia obſervarent.*

XVIII. Hoc igitur ex Concilii Provincialis Toletani capite conſtat Præſulem Toletanum cum ſua Synodo Metropolitis edicere conſueviſſe quidquid ſanciendum, agendumque eſſet in eorum provinciis, in quibus iidem quidquid Toletanus Præſul edixerat, obſervari curabant: ejus enim Sanctiones erant inviolabilis inſtar legis omnibus Hiſpaniarum Diœceſibus. Itaque in rebus tanti momenti Metropolitæ omnes Hiſpaniarum Toletani decreta obſervarent opus erat, ac proinde Hiſpalenſis, quæ in urbe Toleto ſtabilita fuerant ſervare tenebantur. Satis aperta ſunt verba: *Quidquid actum per Toletanam Synodum... comperiſſent, id... ipſi per diſcreta ſuarum provinciarum Concilia obſervarent.* De Metropolitis ſermo eſt, quorum Vicarii adfuiſſe dicuntur, ut quidquid Toleti decretum in Synodo eſſe intelligerent, in ſuarum Conciliis provinciarum ſervari mandarent. Argumentum ſane præclariſſimum juris, ac poteſtatis Toletani Præſulis, Metropolitis mandandi, quæ ſuis in Provinciis obſevarent. Patet igitur Toletanum Præſulem quatuor Primatus proprietates habuiſſe.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XX.

Exempla evidentia Primatus Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Toletanæ.

SUMMA CAPITIS.

I. *Epilogus dictorum, & propoſitio eorum, quæ dicenda reſtant.*
II. *Morem præferendi Patriarchalem Crucem Præſules Toletani, ſervarunt per aliorum Metropolitarum Diœceſes.*
III. *Exemplum Rhoderici Toletani* Primatis, *per Tarraconenſem provinciam incedentis.*
IV. *Duo* Infantes *Toletani* Primates, *Sanctius frater Alphonſi Sapientis, Sanctiuſque alius Aragoniæ per urbem, & Diœceſim Hiſpalenſem elata Cruce tranſeunt.*
V. VI. *Confutatur ubiter anachroniſmus Memorialis valde apertus; & traditur cauſa, cur* Infans *abdicavit ſe Archiepiſcopatu Hiſpalenſi.*
VII. *Eminentiſſimus Ægidius Albornotius Toletanus* Primas *inſigne idem* Primatus *ſemper præſetulit.*
VIII. *Joannes* Infans *Aragoniæ, & Ximenus de Luna* Primates *Toletani idem geſſerunt.*
IX. *Gundiſalvus Diez Palomeque Toletanus* Primas *honoris gratia erga Petrum Burgenſem Epiſcopum in ejus urbem ingreſſus Patriarchali Cruce non elevata, conteſtatam prius denunciationem fecit, ne aliquid* Primatus *juri derogaret.*
X. *Petrus Tenorius Toletanus* Primas *per Burgenſem Diœceſim, nequicquam Epiſcopo ejuſdem adverſante, jus idem tuetur.*
XI. XII. Joannis II. *Catholici Regis teſtimonium de Joanne Contreras Toletano* Primate *Patriarchalem Crucem præſeferente per omnes Hiſpaniarum Diœceſes.*
XIII. *Confutatur Marianæ locus ab hoc Regis teſtimonio diſcrepans.*
XIV. *Alphonſus Carrillus per Burgenſem Diœceſim* Primatus *inſigne explicat.*
XV. *Laus Alphonſi Carthaginenſis Burgenſis Epiſcopi.*
XVI. XVII. *Em. Petrus Gonzalez ex Hiſpalenſi Sede ad Toletanam* Primatialem *evectus eodem jure ſemper libere eſt uſus.*
XVIII. XIX. *Em., ac Ven. Fr. Franciſcus Ximenius Ciſnerius pariter* Primatialis *dignitatis Vexillum tota Hiſpania præſetulit.*
XX. *P. Azorii auctoritate prædicta comprobantur.*
XXI. XXII. *Toletanus* Primas *in congreſſibus Regni præſidet omnibus, ipſis Cardinalibus non exceptis, ſiquando adeſſent, quod duobus exemplis adſtruitur.*

XXIII. XXIV. *Em. Garſias de Loayſa Hiſpalenſis Archiepiſcopus loco cedens Toletano* Primati *aperte oſtendit Toletanæ Sedis dignitatem.*
XXV. XXVI. *Card. Ciſnerius* Primatis *poteſtatem exercet in Compoſtellana Diœceſi, cujus rei duo exempla proferuntur.*
XXVII. XXVIII. *Baſileenſe Concilium a Martino V. indictum, habitumque Eugenio IV. Pontifice principio Oecumenicum, poſtea vero conciliabulum, comprobat Toletani* Primatus *dignitatem.*

I. ARgumentis jam perſpectis, quibus palam eſt factum, Præſuli, & Eccleſiæ Toleti partes ſingulas eſſentiæ Primatus convenire, quam nobis integram ad ſua comprobanda Eccleſia Hiſpalenſis propoſuit, noſque utpote evidentem admiſimus, ſimulque rationibus cognitis, quibus demonſtratum eſt & Eccleſiæ, & Præſuli Toletano quatuor Primatus proprietates eſſe, quæ tanquam proprii affectus indiſcriminatim hærent eſſentiæ illi; tum ipſe videor inſtituto meo ſatisfeciſſe, tum lector nihil amplius deſiderare poſſe, unde illationi vis nova, roburque novum accedat. Id tantum reliqui eſt, ut multorum cupiditatem expleam, qui argumenta me refellentem jam audirent, quibus Eccleſia Hiſpalenſis in Toletanum Primatum eſt uſa. Antequam autem huc venio, libet parumper digredi ab argumentis, ne forte hoc agendi genus legenti ſubmoleſtum exiſtat. Exempla conſtitui in medium proferre, quorum pars ne rudioris quidem minervæ homines fugiens; pars vero vel maxime eruditis fortaſſe inaudita, uno eodemque tempore intellectum avocent, curioſitatem expleant, ignaros inſtruant, eruditis non diſpliceant, otiantes oblectent, nationi ſplendorem adjungant.

II. Ab exemplis igitur ordiar dicere. Horum primum commune adeo futurum eſt, ut Archiepiſcopi ſinguli manifeſtum exemplum ſint. Cujuſcumque Patriarchæ, ac Primatis eſt proprium Patriarchalem Crucem erectam præſeferre. Id vero ab omnibus Toletanis Archiepiſcopis præſtitum eſt; nec revocari poteſt in dubium, quin ab Archiepiſcopis omnibus perpetuò ſervata fuerit ejuſmodi conſuetudo. Hæc Rhoderici Archiepiſcopi tempore num viguerit, ne ii quidem, quos natura ad nil credendum inſtituit, ſuſpicantur. Audiamus Eccleſiæ verba in lectionibus feſti triumphi Sanctæ Crucis, totius Hiſpaniarum Regni propriis, ubi referuntur quæ fuerunt prodigia, dum

ce-

Digitized by Google

celeberrimum illud prælium *de las Navas* committeretur. *Crux*, hiſce utitur verbis Eccleſia Hiſpanienſis, *quæ Præſulem ante Toletanum de more geſtabatur, bis (incolumi ſignifero Dominico Paſchaſio Toletanæ Eccleſiæ Canonico) aciem hoſtium ſublata penetravit*. Ex hoc teſtimonio Archiepiſcoporum Toleti conſuetudo erectam crucem præferendi comprobatur. *Brev. Hiſ. in feſt. Exalt. S. Cruc. 16. Jul.*

III. Tarraconenſem Archiepiſcopatum permeaſſe olim Rhodericum Archiepiſcopum teſtis eſt Mariana, præeunte ipſum tanquam Hiſpaniæ Primatem erecta cruce; quamobrem Petrus de Albalate tum Tarraconenſis Archiepiſcopus ſibi, ſuæque dignitati detrimentum querens illatum eſſe, interdicto quantocyus totum Archiepiſcopatum obligavit. Verumtamen aſciam in crus impegit, juridicâ enim ſententiâ injuſtum, irritumque id interdictum fuit declaratum, Toletanus autem Archiepiſcopus jure Primas totius Hiſpaniæ pronunciatus. Uterque enim ſuas tuebatur partes, Rhodericus jure, ſuoque ex munere per totum Regnum erectam geſtare crucem ſe potuiſſe; Petrus juriſdictionem ſuam violatam, riteque, ac jure illatum interdictum, dum Rhodericus ſe minime purgaret. Diſcrimen id, quod hos inter Præſules verſabatur, nonniſi ſententia Pontificis componi poterat. Erat ea tempeſtate Pontifex Gregorius IX. ad hunc uterque cauſam defert, qua cognita, pro Archiepiſcopo Rhoderico judicium pronunciatur, Tarraconenſis autem ſuperatur. *Acudieron a Gregorio nono*, ait Mariana, *Mar. l. 13. c. 5.* Auctor ſane ſtudii omnis cauſas procul habens, ut Eccleſia Hiſpalenſis affirmat, *Sumo Pontifice, quien pronunciò ſentencia por Toledo, y en favor de ſu Primacìa*. „ Gregorium nonum „ Summum Pontificem adierunt, qui pro Toletano Præ„ ſule, ipſiuſque Primatu ſententiam pronunciavit.

IV. Archiepiſcopatum quidem, urbemque Hiſpalenſem Rhodericus erecta cruce non permeavit, quia ſub Maurorum poteſtate adhuc erant, quum ipſe laborum ſuorum præmium eſt conſecutus. Cæterum nulla dubitatio eſt, quin pro ſua ſe auctoritate ſe geſſiſſet toto in Archiepiſcopatu, ſi ejuſdem reſtauratio ipſo incolumi contigiſſet. Proprio hoc Toletani Primatis munere ſunctus eſt Sanctius Alphonſi Sapientis frater, ad Congreſſum convocatus in urbe Hiſpali celebrato Redemtionis anno 1260. Archiepiſcopatum ingrediens erecta cruce Patriarchali; & quamvis

Digitized by Google

Eccleſia Hiſpalenſis conteſtando denunciarit, fueritque ſcriptis mandata concordia, ut ne ille actus quidquam jurisdictioni ejuſdem detraheret: Toletanus tamen Archiepiſcopus quandiu in ea urbe moratus eſt, jure, atque auctoritate ſua fungi non deſtitit. Quemadmodum Infanti huic Caſtellæ, ita Sanctio alii Aragoniæ Infanti contigit, qui prædeceſſoris ſui veſtigia legens, eadem, quæ ille, præſtitit anno 1266. Hiſpalenſis enim Eccleſia conſimili quievit documento literis conſignato; & Archiepiſcopus per urbem Hiſpalim iter habuit præeunte ſe celſa cruce, quod ſumma rei erat, Eccleſiæ ſuæ dignitas ut ſervaretur. Duo hæc teſtimonia quum Eccleſia Hiſpalenſis fateatur, comprobare auctoritate ſupervacaneum eſt. *Mem. p. 3. pag. 382.*

V. Paulò poſtquam duo hæc exempla protulit Eccleſia Hiſpalenſis, eadem pagina rem parentheſi quadam concludit, quæ præterquam quod abs re eſt, ab omni fide abhorret. De Raymundo verba faciens, qui Archiepiſcopus fuerat, Hiſpalenſis, ita fatur: *El qual ſe ſubrogò por el Santo Rey Don Fernando, en lugar de el Señor Infante Don Phelipe ſu hijo, que por ſu Padre fue nombrado primer Prelado de eſta Santa Igleſia.* „ Quem Sanctus Rex Ferdinandus „ Philippo Infanti filio ſubrogavit, qui primus omnium „ Eccleſiæ hujus Præſulum a Patre electus fuerat. Næ ſi Rex hic ſanctitate conſpicuus e cælo documentum ſubrogationis demiſit, Cortina Hiſpalenſis non fallitur: ſi autem idem in terris datum fuit, quinam a mortuis poterat revocari? Ferdinandus quidem Rex anno 1252. denatus eſt; conſtatque ex documentis compluribus propria manu ſignatis, quod anno 1254. adhuc obſignabat Philippus Electus Hiſpalenſis. Horum exemplum exhibui ſupra ab ejus fratre Alphonſo Sapiente datum eodem anno ipſius Philippi ſubſcriptionem exhibens. Anno inſuper 1259., quod majus eſt, Calendis Juliis nondum inierat Raymundus Epiſcopatum Hiſpalenſem: ſiquidem privilegium extat ipſo eodemque die datum a Rege Alphonſo, cui ſubſcribunt Hiſpalenſis Eccleſia vaca, & Raymundus Epiſcopus Segovienſis. Quamobrem liquido conſtat Raymundum ſuffici, ſubrogarique Infanti Philippo per Divum Ferdinandum haud potuiſſe, dum adhuc in terris degeret. Videſis Didacum Ortiz de Zuñiga ſtudio Hiſpalenſem, qui rem hanc teſtatur.

Mem. ibi. nu. 64. *Sup. cap. 15. n. 20.* *Did. Ortiz de Zunig. Ann. Hiſpal. lib. 2. A. 59. n. 4. pag. 88.*

VI.

VI. Huc accedit, quod, noſtræ ut hiſtoriæ tradunt, ideo ſe Archiepiſcopatu Hiſpalenſi Infans abdicavit, quia, quum perveniſſet jam Chriſtina Regis Daniæ filia ad Aulam Alphonſi Regis, cui deſponſa erat, (nam Alphonſus de dirimendo Matrimonio cum Aragoniæ Regis filia Violante contracto cogitaverat, ob ſpem ſucceſſionis tot ſpatio annorum ſublatam) prima uxor quamproxime ſucceſſorem Principem, ut feliciter evenit, enixura erat. Quamobrem Rex Alphonſus Principem virginem ſibi deſponſam deſpondit fratri, ne filiæ Regis tam inclytæ, quæ tam diſſitis e Regionibus venerat, fraus fieret; fratri eidem Infanti pollicitus neceſſaria tum ſuæ, tum nuptæ dignitati, quanquam promiſſis poſtea parum ſtetit. Cæterum quum filia Daniæ Regis advenit: vita jam laudabili erat functus Ferdinandus, Regnique Hiſpaniarum habenas moderabatur Alphonſus. Quocirca non potuit fieri, ut Philippo Infanti Raymundus ſubrogaretur ab D. Ferdinando illius patre. Propterea Eccleſia Hiſpalenſis laudatam parentheſim ſatius omiſerat, profecto non neceſſariam, niſi ad augendam copiam præpoſteræ eruditionis, qua Memoriale quotum quantumque eſt, inſpergitur; immo potius damnandam, quippe quæ falſo rem docet, ut ita dicam domeſticam, omnibuſque in hiſtoriis obviam.

VII. Venio nunc ad Toletanum alium Præſulem maxime inſignem, ſimulque Cardinalem Eminentiſſimum inter præſtantiſſimos ævi ſui viros facile principem, vereque cum iis ampliſſimis optime de Apoſtolica Sede meritis comparandum, quos novit Mundus, atque Italia mirata eſt: Ægidium nempe Alvarez Albornotium, cujus memoriam nominis fama monumentis locupletiſſimis conſecravit, nulla unquam vetuſtate delendis. In eo quippe imperatoria virtus cum conſilio conjuncta mirum in modum enituit, quibus præclariſſimis dotibus raro admodum vir unus, idemque ornatus reperitur; ut recte Auſonius cecinit: *Auſon. ep. 7. ap. Solorz. de I. Indiar. t. 1. pag. 182.*

Conſiliis, belloque bonus; quæ copula rara.

Præſul hic tantus perpetuum ſe dedit comitem Alphonſo XI. Regi illi digniſſimo, qui & virtute, & induſtria cum Alexandro Macedone comparetur, cujus utinam & præpoperam non eſſet mortem imitatus. Tumquum Hiſpalenſi congreſſui Alphonſus adfuit, ejuſdem adhæſit lateri Archie-

piſcopus, cum eodem decertavit ad Salſum, in celebri eo conflictu tam alterius ſimili ſæpe jam memorati *de las Navas*. Ubi niſi Archiepiſcopus aderat, Rex in vitæ diſcrimen ſe intulerat. Quam ob inſignem victoriam feſtum Toleti celebratur alia inter ejuſdem urbis propria. Ideoque P. Abarca doctiſſimus: *Quanto*, ait, *debe la Eſpaña al Primado de Toledo!* „ Quantis Hiſpania officiis Toletano „ Primatui devincta eſt! Præſul autem hic graviſſimus ſemper excelſam geſtari crucem voluit, neque ulla fuit conteſtata denunciatio facta per Eccleſiam aut Præſulem Hiſpalenſem.

Brev. Eccl. Tolet. d. 30. Oct.

P. Abarc. cit. ſup. c. 2. n. 27.

VIII. Joannes Aragoniæ Infans in Archiepiſcopum Toletanum electus, ſtatimque fuit conſecratus inſignia extulit ſuæ Primatialis dignitatis in Archiepiſcopatu Tarraconenſi; ubi Ximenus de Luna Archiepiſcopus quanquam id ægre ferret, prout amor Eccleſiæ ſuæ, vetuſque æmulatio perſuadebant, quantocyus tamen rationi conceſſit, ac poſtmodo evidenter oſtendit, jure ac merito Infantem ſeſe ita geſſiſſe, quum enim Eccleſiæ Toletanæ adminiſtratio in diſcrimen adduceret Principis incolumitatem, annuente Summo Pontifice Toletanum is Archiepiſcopatum cum Tarraconenſi commutavit: ſtatimque Ximenus de Luna Primatus ſui obiit munia Crucem Patriarchalem extollens in Archiepiſcopatu Tarraconenſi; quem Primatus actum Joannes Infans Archiepiſcopus jam Tarraconenſis æqui bonique conſuluit, utpote quem facti æquitas non latebat.

IX. Eadem præſtitiſſe conſtat Gundiſalvum Diez Palomeque ab urbis Conchæ Sede ad Archiepiſcopi Toletani dignitatem evectum, conſtatque ex ipſius teſtimonio, ac conteſtata denunciatione facta, quum demerendi cauſa Petrum *de Burgos* tum Epiſcopum Burgenſem, in ejus urbem eſt ingreſſus, minime erecta Cruce. Ex denunciatione id luculenter patet, quæ ſic ſe habet. *Sepan quantos eſta carta vieren, como en preſencia de mi Domingo Xuarez Notario publico, è de los teſtigos de yuſſo eſcritos, pareciò el honrado Padre, è Señor Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de Caſtilla e dijo, que como èl ſea Primado de las Eſpañas en tenencia, y poſſeſſion de luengo tiempo acà, y de el derecho de la Primacìa es de aducir la Crux infieſta por todos los Lugares de las Eſpañas, e que ſus Anteceſſores la mi-*

tieron ſiempre alzada en la Ciudad de Burgos, en ſu Obiſpado, è el otroſi fizo, quando bolviò de la Corte Romana, no ſeyendo entoces Obiſpo Don Pedro, que aora por reverencia de Don Pedro de Burgos, por quanto ayuda de èl recibiera en la Corte Romana, que non queria meter eſta Cruz inſieſta en el Obiſpado de Burgos; pero que dice, è proteſta, que por eſta razon no viniеſſe perjuicio ninguna à la Igleſia de Toledo; porque el ſucceſſor, que huviere de ſer deſpues de èl dejaſſe de meterla alzada, aſſi como en todos los Lugares de las Eſpañas. E de eſto mandò à mi el dicho Notario, que le dieſſe teſtimonio, y publico inſtrumento. Teſtigos que fueron Maeſtro Jofre Arcediano de Toledo. Fernan Nuñez Arcediano de Madrid. Juan Sanchez de Velaſco. Juan Ortiz Calderon. Eſtevan Melendez Cavalleros. „ Norit „ quicumque hæc inſpexerit Illuſtriſſimum Patrem, & Dominum Gundiſalvum Toletanum Archiepiſcopum, Primatem Hiſpaniarum, & Magnum Caſtellæ Cancellarium „ coram me Dominico Xuarez publico Notario, ac Teſtibus infra ſignatis denunciaſſe, quod, licèt Hiſpaniarum „ Primas jampridem foret uſu, & poſſeſſione; juriſque „ Primatus eſſet, erectam Crucem per omnia Hiſpaniæ Oppida præſeferre; & ſane ſui Prædeceſſores id geſſerint tum „ Burgis, tum in ejuſdem urbis Diœceſi, ſicuti & ipſe „ Roma rediens fecerat nondum Burgenſi Epiſcopo electo „ Petro de Burgos; quod inquam, ob Petri ejus reverentiam optime de ſe apud Romanam Aulam merentis, celſam de more Crucem per Burgorum Diœceſim præferre „ nolebat; ita tamen ut nullum inde Toletana Eccleſia detrimentum acciperet, adeoque ſucceſſor ejus futurus perinde Burgis, atque aliis Hiſpaniarum oppidis celſam „ geſtari præ ſe Crucem rite faceret. Cujus denunciationis ego Notarius prædictus ab eodem Archiepiſcopo ſum „ juſſus documentum hoc teſtibus comprobatum dare. Teſtes autem fuere: Gotophridus Archidiaconus Toletanus: Ferdinandus Nuñez Archidiaconus Madriti: Joannes Sanchez de Velaſco: Joannes Ortiz Calderon: „ Stephanus Melendez Caballeros. Quo ex documento magnum hunc Præſulem conſtat Patriarchalem Crucem extuliſſe Hiſpaniâ totâ; & ſi ſemel ſui Primatus inſigniis non eſt uſus, conteſtata id denunciatione præſtitiſſe officii cauſa erga ſingularia Petri Epiſcopi Burgenſis merita.

X.

X. Anno Chriſti 1379. obiit ſupremum diem Henricus II. ejuſque Regnum excepit Joannes primus. Hic Burgis congreſſum edixit, quo Petrus Tenorius Archiepiſcopus Toletanus convocatur, ut una cum Magnatibus, ac Proceribus Regni inaugurationi Regis adeſſet. Adveniens Archiepiſcopus erectam Crucem quacumque locorum geſtavit, nec ſecus Burgenſem Dioeceſim permeavit: quumque ad Dominici Arroyueli Burgenſis Epiſcopi (nondum ea Sedes Metropolis facta erat) aures perveniſſet, Primatus inſignia in ſuburbiis elata præferri Toletano Archiepiſcopo; oſtia urbis claudi, eique negari ingreſſum, niſi ea inſignia deponeret, imperavit. Petrus Tenorius conſtantiſſime affirmare ſuæ auctoritatem Eccleſiæ, ac Primatis privilegium: Burgenſis vero immunitatem obtendere, quæ orta contentio ad Regem deferretur oportuit, qui utriuſque cauſam Præſulis Regio in Conſilio diſcuti voluit. His igitur cognitis judicium eſt latum, de jure eſſe, quod Archiepiſcopus Tenorius gerebat; quare idem Burgos ingreditur elata Cruce, idemque toto congreſſus tempore ſervatur, nunquam ex Ædibus prodeunte Tenorio, quin ipſum Crux præiret. Hæc autem conſuetudo apud omnes Toletanos Præſules ſemper viguit, ſemperque dominata eſt, ut ex capitis hujuſce primordiis conſtat, patebitque evidentius Rege teſte, qui ſuis in oculis id factum aſſerit; atque inſuper exemplis ejuſmodi, quæ nonniſi rationis expers in dubium revocaret.

Caſtejon. to. 2.

XI. Rex igitur Joannes II. propriis ſe oculis aſpexiſſe affirmat uſum illum inconcuſſum Toleti Præſulum, Regio in Diplomate ad Burgenſem Epiſcopum dato, quod capite ſexto ad verbum produximus, nec piget ex eo quæ ad rem faciunt hîc repetere. *Yo ſo bien cierto, que el dicho Arzobiſpo Don Juan de Riaza todo el tiempo, que anduvo conmigo en mi Corte, traxo la Crux inſieſta por qualeſquier Ciudades, Villas, è Lugares, è Dieceſis de qualeſquier Arzobiſpados de los dichos mis Reynos, quanto quier, que ſe digan ſer eſſemptos donde yo iba, y èl conmigo... E aun ſo informado por Perſonas dignas de creer, que deſpues, que el dicho Papa Martin le diò, y concediò dichas Bulas ſiempre traxo Crux inſieſta por qualeſquier partes, fuera de mis Reynos, do quier que anduvo, y eſpecialmente que èl, è los otros por mi diputados... ovieron de entrar en Aragon...*

el

el dicho Arzobiſpo traxo la Cruz alzada, è infieſta ante sì, è que le fue tolerado por los Prelados, no ſolo de mis Reynos, ſino de fuera de ellos. Quod Regium teſtimonium latine ſic redditur: „ Certo ſcimus, laudatum Archiepiſcopum Joannem de Riaza, quandiu nobiſcum venit, noſtro in comitatu Crucem erectam geſtaſſe quâcumque urbium, pagorum, oppidorumque, necnon Diœceſium cujuſcumque Archiepiſcopatus Regnorum noſtrorum, utut immunitatem jactarent, nos, atque ipſe nobiſcum tranſivimus. Præterea ab hominibus fide dignis accepimus, quod poſt aſſequutas Martini Pontificis Bullas, erectam aſſidue Crucem præſetulit quacumque tranſivit vel extra Regna noſtra: ac præſertim quum ſibi, aliiſque a nobis legatis in Aragoniam eundum fuit, excelſam ante ſe geſtari Crucem voluit, quam rem iniquo animo Præſules tum Regni noſtri, tum alieni haud tulerunt.

XII. Verba hæc pacificam poſſeſſionem teſtantur, qua Joannes de Contreras, cognomento *de Riaza*, utpote oriundus ex eo pago, celſam præſetulit Crucem per Archiepiſcopatus Regnorum Joannis II. adeoque & per Hiſpalenſem juriſdictionem: anno ſiquidem 1433. quum Rex idem Granatenſe bellum confecit, haud dubie Toletanum Archiepiſcopum habuit ſocium: neque legitimum veluti impedimentum poteſt objici, quod Archiepiſcopus id temporis Baſileenſi Concilio adſuerit: tametſi enim Archiepiſcopus certe, ut teſtimoniis aliquando comprobabimus, actionibus Synodi primis adſuit, & tanquam Hiſpaniarum Primas admiſſus fuit; quum tamen legitimo ex Concilio in conciliabulum poſtea degeneravit, Præſulis hujuſce nomen deſideratur: argumentum evidens decretis minime illis adhæſiſſe Concilii in ſchiſma jam prolapſi. Itaque vero magis eſt ſimile Regi ſe ſuo comitem ad eam pugnam Granatenſi Regi infauſtam adjunxiſſe, ut Toletanorum erat Præſulum in more poſitum. Quumque Præſulem hunc tanto, ut ex ſupra allatis colligitur, amore Rex proſequeretur, incredibile eſt ab ipſomet ſummo eum in diſcrimine receſſiſſe, contra quam ſui Prædeceſſores alios erga Reges agere conſuevverunt.

XIII. Liquet inſuper ex iiſdem verbis, eumdem Archiepiſcopum, ubi a Rege legatus Aragoniam petiit (le-

gatio enim iſtæc, Rege teſte Turiaſone fuit deſignata) erectam præ ſe Crucem geſtaſſe, latumque id æquo animo a Præſulibus Caſtellæ Regnorum, & exteris. Huc minime, ut arbitror, Mariana reſpexit, quum libro hiſtoriæ ſuæ tertiodecimo impeditam hanc legationem fuiſſe refert concitis turbis, eo quod Archiepiſcopus Joannes de Contreras inſignia Primatus ſui panderet per Aragoniæ Regnum; quaſi vero Joannis Infantis exemplum memoria exciderit: mea enim ſententia integram Mariana fidem teſtimonio Regis adhibuiſſet, qui nec longe aberat, nec quæcumque obortæ difficultates forent, paſſus eſſet, ut invaleſcerent, Regiamque iis præfocandis Majeſtatem interpoſuiſſet. Mihi quidem perſuaſum eſt, prudentem hominem nullum malle hiſtorico, ut gravi, ut veridico, audita referenti auſcultare; quam Regi quæ in oculis fuere ſcribenti, atque teſtanti, &, quod majus, de rebus agenti ad ſuum ipſius Regnum pertinentibus.

Marian. lib. 13. cap. 5.

XIV. Reliquis Toletanorum Præſulum exemplis prætermiſſis, tria duntaxat Eccleſiæ hujus Archiepiſcoporum referam, unde inconcuſſum præeminentiæ hujus argumentum habetur. Initium ſumam ab Alphonſo Carrillo, qui fuit in cauſa, cur Diploma, decretumque id Regis prodiret, cujus nuperrima fuit mentio. Ab Rege Joanne ſecundo accerſitus Burgos Archiepiſcopus Alphonſus Carrillus, Archiepiſcopatum permeavit Burgenſem erecta Cruce: quare Alphonſus Carthaginenſis illatam ſibi ratus injuriam, interdixit urbi. Quæſtio delata ad Regem fuit, qui Conſilio mandavit, ut causâ utriuſque cognitâ, judicium pro alterutro ferret, a quo ſtaret æquum. Rationes ac nomina quibus partes uterque ſuas tuebatur, producuntur: quæ ubi Regium Conſilium expendit, pro Toletano Archiepiſcopo ſententiam pronunciavit: tum victus Burgenſis Toletano conceſſit; interdicto civitatem liberavit, atque Alphonſum Carrillum in ſui poſſeſſionem juris reſtituit, ut capite ſexto eſt demonſtratum.

XV. Quiſnam Epiſcopus hic Burgenſis foret, ejuſdem ſexti capitis numero duodevicеſimo innuimus; attamen honoris gratia hîc luculentius explicabo. Alphonſus Carthaginenſis is erat, quo majorem Hiſpania nullum ſeculis pluribus vidit, ſumma quidem induſtria in maximis Monar-

narchiæ negociis peragendis, qui in Baſileenſi Concilio jus Regis Caſtellæ contra Regem Angliæ ſuſtinuit: omnigena præditus diſciplina, Philoſophus nempe ſubtiliſſimus, graviſſimus Theologus, juris utriuſque peritiſſimus, vir denique tantæ apud omnes æſtimationis, ut quum Romæ diceretur Caſtellæ Regis Orator adventare, non abſque audientium admiratione Eugenius IV. fatus fuerit; „ Si ad „ noſtram ille Aulam veniet, pudebit nos Petri Cathedram „ occupare. *Si viene a nueſtra Corte con verguenza nos ſentarèmos en la Silla de San Pedro.* Quo exemplo propoſito, cuinam Præſulum mirari fas eſſet, ubi ſuam aut Diœceſim, aut Metropolim Toletanus Archiepiſcopus erecta Cruce ſui Primatus indicio ingrederetur?

Marian. lib. 21 c. 6. Ægid. Gonzal. Davil. to. 3. pa. 79.

XVI. Grande hoc exemplum, non inficior, quaſcumque poſſet turbas compeſcere ab aliis Præſulibus, aut propriæ Sedis zelo, aut æmulatione Toletanæ excitatas. Et ſane omnes norunt, ampliſſimum Hiſpaniæ Cardinalem Petrum Gonzalez de Mendoza, qui antea Hiſpalenſis fuerat Archiepiſcopus, mox Toletanum Archiepiſcopum deſignatum, per omnes Hiſpaniarum, Galliæque Narbonenſis Diœceſes, Patriarchalem Crucem erectam ſui Primatus inſigne, nemine obſiſtente, geſtaſſe. Suſpicari libet, num forte Blaſcus *de Treiza* Hiſpalenſis Eccleſiæ Decanus, qui teſtis adſuit Burgis, quum Alphonſo Carrillo memorata poſſeſſio conceſſa eſt, ut vidimus cap. 6. num. 17. ad Canonicos Hiſpalenſes rediens recenti hoc adeoque perſpicuo exemplo, &, quod mihi videtur probabile, nuperrima Joannis II. Regis epiſtola, fuerit in cauſa, cur Eccleſia Hiſpalenſis Cardinali ne minimum quidem obſtiterit, quamobrem iſte abſque denunciatione ulla Primatiali poteſtate libere uteretur.

Sup. cap. 6. n. 17.

XVII. Luculentiſſime id patebit ex Cardinalis ejuſdem parte illa teſtamenti, quæ ſic ſe habet: *Otrosì, porque la nueſtra Cruz, que en ſeñal de Primado avemos traido ante nos por las Provincias de Santiago, Sevilla, Granada, Zaragoza, Valencia, Tarragona, Narbona, y por las Diœceſis que ſe dicen eſſemptas de los Metropolitanos ſuſodichos, adonde nos avemos eſtato, es la primera Cruz, que ſe puſo ſobre la mas alta Torre de la Alhambra de la Ciudad de Granada, al tiempo, que fue ganada de poder de los Moros Infieles, enemigos de nueſtra San-*

Santa Fè Catholica , adonde en la toma de las mas principales Ciudades de el dicho Reyno de Granada , nos fallamos con la miſma Cruz en ſervicio de Dios nueſtro Señor , è de el Rey è de la Reina mis Señores , con nueſtra Jente , y eſtado : mandamos que la dicha nueſtra Cruz , con ſu Aſta guarnecida de Plata , aſſi como la nos traemos , ſea pueſta en el Sagrario de la dicha nueſtra Santa Igleſia , en memoria de tan gran victoria , è por decoro , è honor de ella , è de los Prelados de ella . E alli queremos que eſtè perpetuamente , è que no pueda ſer ſacada dende ſino a las Proceſſiones . Eadem Romano Idiomate . „ Item , quia
„ noſtra Crux , quæ Primatus indicium nos præivit in
„ Compoſtellæ , Hiſpalis , Granatæ , Cæſarauguſtæ , Va-
„ lentiæ , Tarraconis , Narboniſque provinciis , inque Diœ-
„ ceſibus quæ a laudatis Metropolitis dicuntur immunes ,
„ quâcumque inſtituimus iter , prima illa Crux eſt , quæ
„ celſiſſima in Arcis Granatenſis Turri collocata fuit , tum-
„ quum devictis , profligatiſque Mauris Catholicæ Fidei
„ noſtræ infenſiſſimis hoſtibus vindicata fuit in libertatem,
„ quò , præcipuis ejuſdem Regni Granatenſis urbibus re-
„ ceptis cum Cruce eadem aſcendimus , ad Salvatoris noſtri
„ Jeſu Chriſti gloriam , Regiſque , ac Reginæ incolumita-
„ tem , iiſque ſubditarum gentium : idcirco mandamus , ut
„ noſtra ea Crux , cum haſta argento ita inſtructa , uti præ
„ nobis geſtari conſuevit , in Sacrario prædictæ Eccleſiæ
„ noſtræ aſſervetur , in perpetuam victoriæ tam inſignis
„ memoriam , & in Eccleſiæ ipſius Præſulumque ſuorum
„ laudem atque ornamentum . Ibique ut perpetuò exiſtat
„ volumus , indeque nonniſi Supplicationum cauſa extraha-
„ tur . Ex hac teſtamenti parte conſtat Archiepiſcopum tanquam Primatem permeaſſe Diœceſim Hiſpalenſem excelſa Cruce .

XVIII. Eminentiſſimus item , ac venerabilis Cardinalis Fr. Franciſcus Ximenius Ciſnerius Archiepiſcopus Toletanus inſignia eadem celſæ Crucis ſemper extulit, (quem utinam Apoſtolica Sedes aliquando in Sanctorum numerum referat , ut ardentiſſimus erga illum amor meus , & obſequium ſuis potiantur votis , & Academiæ Complutenſis ab eodem erectæ filii inſtitutorem ſuum maximum in ara conſtitutum venerentur !) Præſul hic æque virtutum excellentia , atque dignitatum amplitudine Eminentiſſimus quo-

quôcumque Catholicis cum Regibus iter inſtituit, (apprime autem Hiſpalim) prædeceſſoris ſui præſtantiſſimi Cardinalis veſtigiis inſiſtens, Crucem ſemper ſui Primatus inſigne ante ſe geri voluit: & quia ſiqua difficultas ea tempeſtate fieret, a Tarracone, ac Cæſarauguſta futura erat, quæ cum Toletanis olim Archiepiſcopis de auctoritate contenderant, utcumque ii forent Principes Regum filii, ob id rem iſtam præcipue narrat ſcriptor ejus vitæ Alvarus Gometius his verbis: *Ventum eſt ad Arizam, proximum noſtris limitibus Aragoniæ oppidum: ubi illuſtri apparatu a Sacerdotibus ſuſceptus, quamvis alieni Regni ditionem ingreſſus, ſuique juris in primis tenaciſſimi; Crucem tamen, quæ de more Patrum, Toletanum Antiſtitem celſa præcedit, illic quoque antecedere ſe juſſit.* Ita refert Ill. Caſtejon to. 2. pag. 898.

Alvar. Gom. in vita Franc. Xim. lib. 2. pag. 27.

Caſtejon. tom. 2. pag. 898.

XIX. Quod ut planius percipi queat altius repetenda eſt Gometii narratio. Tradit is, Catholicos Reges, quum Cæſarauguſtæ degerent, ſibique averent adjungere comitem Toletanum Archiepiſcopum Ximenium Ciſnerium, eumdem ad inclytam eam urbem accerſiſſe, ut ſibimet ſolatio eſſet, dum Principis filiæ partum in dies opperirentur: perinde quaſi mœrorem illum maximum ambo præſcivérint, cui ob filiæ ejuſdem ſecutam brevî mortem, licèt Catholici, licèt religioſiſſimi Reges, fortaſſe ſuccumbere, niſi præſto fuiſſet Archiepiſcopi ſolatium, debuiſſent. Mox proſequitur Gometius quomodo in itinere ſe geſſerit Archiepiſcopus, Crucis vexillum præſeferens, ut dictum eſt. Poſtea Cæſarauguſtam pervenit, ubi nemine contra nitente, Primatus ſui poteſtatem ac præeminentiam ſervavit, non ſecus atque in locis aliis. Eadem audire non pigeat ab Epiſcopo Nemauſenſi Ill. Flechier. *Aunque entraba*, ſic ille, *en un Reyno eſtrano, muy zeloſo de ſus privilegios, quiſo llevar la Cruz delante, por la calidad de Primado.* „ Tametſi Regnum ingrederetur extraneum ſuique juris per„ quam ſtudioſiſſimum, Crucem ſibi voluit, ob Primatis „ dignitatem preferri.

Flech. Nem. Ep. in vita Card. Ciſn.

XX. Silentio præterire non poſſum quod ait vir Theologiæ, Canonumque ſcientia præſtantiſſimus, omnique eruditione celeberrimus P. Joannes Azorius Societatis Jeſu, quo exemplo ſatis, ut arbitror, fiet nonnullis Præſulibus, Hiſpanienſibus, qui de munere hoc Primatis proprio cum

Toletano Archiepiſcopo contendere non ſunt veriti. En ipſa ejus verba ſane digniſſima, quibus attentæ aures præbeantur. *Nec obſtat, quod aliqui Archiepiſcopi Hiſpanienſes reſtiterint Archiepiſcopo Toletano jubenti vexillum Crucis erectum ante ſe deferri in ipſorum Diœceſibus: hæc enim res facti eſt, non juris: Poſtremo quamvis reſiſtere aliquando cœperint, tandem multi Archiepiſcopi Toletani Primatis auctoritate functi, per univerſam Hiſpaniam, Crucis ſigno ante ſe prælato, tranſierunt.* Sic auctor graviſſimus, qui ſtudio partis affectus propter originem haberi nequit, quanquam veritatis ſtudioſiſſimus ſit.

P. Azor. tom. 2. p. 2. lib. 3. c. 36. §. nec obſtat.

XXI. Alterum omni exceptione majus exemplum eſt, Toletanum Archiepiſcopum in quolibet conventu Præſulum Regni omnibus ſemper præfuiſſe, tanquam eorum caput congreſſui præſidentem, in Regni totius oculis, ne Eminentiſſimis quidem Cardinalibus exceptis, ſiqui eorum adeſſent, licèt, quod attinet ad eoſdem, utpote dignitate Summo uno Pontifice minores, alia videretur ratio habenda eſſe. Hujuſmodi par exemplorum ſuppetit certe firmiſſimum. Primum ſcilicet quum Petrus Gonzalez de Mendoza Cardinalis Hiſpanienſis, Præſulque Segontinus, una cum Toletano Archiepiſcopo Alphonſo Carrillo conventui adfuit celebrato in loco Hiſpaniæ *Fontidueña* appellato. Quo in conventu, tametſi Gonzalez ea æſtimatione vir eſſet, quæ per ſe patet, ac præterea Cardinalis; tamen ab Eccleſiaſticorum parte principem occupavit locum Toletanus Archiepiſcopus, tanquam Hiſpaniarum Primas, ut refert Garſias de Loayſa.

Garſ. de Loayſa de Prim. Eccl. Tol.

XXII. Hujus perquam ſimile exemplum aliud majori teſtium numero comprobatum ſit obvium. Redemtionis noſtræ anno 1538. Carolus V. conventum Toleti indixit. Calendis Novembribus agi cœptum. Singulis Regni ditionibus ſecretus ad conveniendum locus obtigerat. Oecus erat peramplus in Monaſterio Divi Joannis *de los Reyes* ordinis Minorum, quó loci Eccleſiaſtici convenerunt. Hos inter Cardinales duo Eminentiſſimi Joannes Tavera Toletanus Archiepiſcopus, & Fr. Garſias de Loayſa Archiepiſcopus Hiſpalenſis. Quumque ſeſſum ire oporteret, diſcrimen, longe quidem diverſum ab hoc (quo Eccleſia Hiſpalenſis contendit) duos inter Eminentiſſimos Præſules de

prin-

principe ſubſellio eſt ortum: Joannes Tavera id jure occupandum a Garſia, utpote antiquiore Cardinali contendere. Garſias vero ab Joanne Tavera, tanquam Hiſpaniarum Primate, quamobrem Regni totius Præſulibus anteire oportebat. Et quoniam Hiſpalenſis Archiepiſcopi ratio erat potior, contentioni huic liberaliſſimæ finis imponitur, primoque conſidet loco Toletanus Archiepiſcopus: itaque duabus e Sedibus in Ordinis capite conſtitutis dextram occupans Joannes Tavera præſedit omnibus. Factum hoc referunt Garſias de Loayſa, Ill. Pampelonenſis Epiſcopus Prudentius Sandovallius, & Doctor Franciſcus de Piſa.

Garſ.deLoayſ.ſup. Sand. hiſt. Car. v. t.2.l.24. §. 8. pag. 356. Piſa lib. 5. c. 20. pag. 256.

XXIII. Scio equidem ſtudioſum aliquem Hiſpalenſem contra validiſſimum hoc argumentum conatus ſuos expertum eſſe: at leviſſima hic conjectura inhæret, quæ vel ſi certa eſſet, vim tamen ſuam argumento non adimit. Ait, Eminentiſſimum Garſiam de Loayſa, dum conventus iſte ageretur, nondum Archiepiſcopatus Hiſpalenſis poſſeſſionem iniiſſe, quæ fuit cauſa, cur loco cederet, nec primi honorem ſubſellii acciperet, quem Joannes Tavera Toletanus Archiepiſcopus perhumaniter deferebat. Qua in re factum eſt certum, conjectura autem incerta. Præterquam quod Hiſpaniarum conſuetudo erat, ut recèns electus continuò Eccleſiæ ſuæ locum teneret. Teſtem appello Toletanum Archiepiſcopum Ferdinandum, qui tantummodo electus privilegio cuidam ſubſcripſit præ Compoſtellano Archiepiſcopo Gundiſalvo, & Raymundo Hiſpalenſi, quod jam docuimus cap. 15. num. 21.

Didac. Ortiz. de Zuñig. Ann. Hiſp. lib. 14. pag. 495.

Sup. cap. 15. n. 21.

XXIV. Duo hìc certa eſſe conſpicio. Primum, quod maxime attendendum arbitror, virum tantæ auctoritatis & gratiæ, Garſiam ſcilicet de Loayſa in graviſſimo eo conventu Hiſpanienſium Præſulum proprio ore teſtatum eſſe Toletani Primatus dignitatem: maximum ſane argumentum juris, quo utitur Eccleſia iſta. Enimvero quum Eminentiſſimus hic Præſul in tanta frequentia, Regno univerſo inſpectante, Archiepiſcopus electus Hiſpalenſis Eccleſiæ id affirmarit, teſtimonium ejus locupletiſſimum, & aperta confeſſio, argumenti inſtar validiſſimi haberi debet, quod Toletanus Archiepiſcopus Hiſpalenſi debeat anteire; quare dubitatio nulla eſt, quin Præſul noſtris hiſce temporibus Hiſpalenſem Eccleſiam ſumma cum vigilantia gubernans,

nans, ſi Toletanum Primatum agnoſceret, loco eidem concederet. Alterum vero eſt, Joannem Tavera præcedentiam eo in conventu *de facto* habuiſſe, ſiquidem Garſias de Loayſa certe non modo electus, ſed confirmatus jam erat Archiepiſcopus urbis Hiſpalis, necnon Pontificia erant Diplomata expedita, ſuique Archiepiſcopatus inierat poſſeſſionem. Et ſane Cardinalis Alphonſus Manrique cui ſuffectus is fuerat, Septembri menſe denatus erat anni 1538. conventus autem eſt actus ejuſdem anni menſe Novembri (quum ait Didacus Ortiz de Zuñiga tantum erat electus nondum enim expediri potuerant Bullæ propter anguſtiam temporis) productuſque eſt in multam partem ſequentis anni 1539.; ſiquidem Calendis Majis obiit diem ſuum Iſabella Imperatrix nondum ſoluto conventu. Credibile quidem non eſt, tot interjectis menſibus Garſiæ Bullas expediri non potuiſſe. Archiepiſcopus tamen Joannes Tavera ad extremum uſque diem conventui, uti cœperat, præſidere perſequutus fuit. Ergo *de verbo*, & *facto* ampliſſimus Eccleſiæ Princeps, Præſulque Hiſpalenſis Garſias de Loayſa loco Archiepiſcopo urbis Toleti conceſſit.

XXV. Reliquum eſt, ut tertium, quod ſum pollicitus feram exemplum: id autem ab Eminentiſſimo, ac venerabili viro repetam Toletano Archiepiſcopo Cardinali Fr. Franciſco Ximenio Ciſnerio. Præſul hic magnus Primatialis poteſtatis alio munere functus eſt cum Archiepiſcopo Compoſtellæ: quum enim Valliſoleti Regius eſſet Miniſter excommunicationis pœna innodatus ex Judicum Archiepiſcopi Compoſtellani præſcripto, is ad Archiepiſcopum Toletanum, tanquam Hiſpaniæ Primatem provocavit, qui provocationem non rejecit, ſuaſque dedit literas adverſus Compoſtellanum Præſulem Alphonſum de Fonſeca, quarum ipſe compos eſt factus. Qui tametſi delationis conteſtationem effugere curavit, eaque de re acutiſſime præſcripſit, inanem tamen operam luſit: quidquid enim ait, Bulla Innocentii octavi diluitur, cujus mentionem habuimus cap. 5. num. 25.

XXVI. Iterum Primatiali poteſtate uſus fuit venerabilis Cardinalis in Compoſtellæ Metropoli; cujus Suffraganea eſt Diœceſis Abulenſis. Res ita ſe habet: Abulenſis Cathedralis Canonicus Pontificio Diplomate obtinuit, ne Ca-

Canonicis horis intereſſet, ſibique is tantum arrogabat, ut vel abſens, particeps eſſe diſtributionem præſumeret, quæ fieri erant ſolitæ inter præſentes Canonicos. Cardinalis vero utpote Hiſpaniarum Primas effecit, ut irrita ea immunitas foret. Sic refert Illuſt. Nemauſenſis Epiſcopus in Cardinalis hujus vitæ libro tertio ſub initium anni 1514. Actio ejuſmodi fuit propria ſuæ juriſdictionis, quam exercuit in alienam Diœceſim, non ſuam Suffraganeam, at Compoſtellanæ Metropolis, cujus cum Archiepiſcopo fuerat paulo ante Præſuli huic Eminentiſſimo controverſia. *Flech. Ep. Nem. in vit. Card. Ciſn. lib. 3.*

XXVII. Omnia quæ attulimus hucuſque teſtimonia locupletiſſime teſtantur Archiepiſcoporum Toleti Primatialem dignitatem: aliud tamen ſupereſt, tum firmius, tum inſolubile argumentum petitum ex evento quodam Baſileenſis Concilii. Quod ut percipi poſſit, ponendum eſt, Martinum V. ad controverſias quaſcumque pæcidendas mandaſſe, ut Toletanus Archiepiſcopus tanquam Patriarcha, cæteris omnibus Archiepiſcopis anteiret, præter Romani Imperii Electores, utut ordinatione antiquioribus quibuſcunque in Oecumenicis Synodis, Conventibus, Cappellis Pontificiis, aliaque præterea omnia privilegia in eumdem Toletanum contuliſſe, quæ nos cap. 5. num. 27. & 28. retulimus. Quibus poſitis, quæ prima fuit habita Synodus poſt Martini V. conceſſionem Baſileenſis eſt, ab eodem Pontifice indicta, quanqnam eo denato poſtea celebrata Eugenio IV. Catholicam Eccleſiam moderante. Hac autem in Synodo Primatus ſui poſſeſſionem iniit Toletanus Archiepiſcopus Joannes de Contreras, tum confidens, tum ſuam ferens ſententiam loco ſibi debito tanquam Primati.

XXVIII. Eventi hujus teſtis eſt Jacobatius in cujus conſpectu contigit, namque Concilio adfuit, viditque Joannem de Contreras ſedentem, ac ſententiam dicentem e loco Primatis Hiſpaniarum proprio. Privilegii hujus Toletano Archiepiſcopo per Martinum V. conceſſi Garſias de Loayſa mentionem facit: *Conceſſione hac, inquiens, & privilegio uſus eſt in Concilio Baſileenſi; ubi Cardinalis Jacobatius refert, & ſedendo, & ſententiam dicendo, Primatem egiſſe Hiſpaniarum.* Fortaſſe Hiſpaniarum Eccleſiæ Cæſarauguſtana, Tarraconenſis, Bracarenſis, Hiſpalenſis, recèns facti hujus decreti non inſciæ, antiquis ſuis prætenſionibus nuncium remiſere. *Garſ. de Loayſa in tract. de Prim. Tolet.*

Kkk Cu-

Cujus rei non labile quidem fundamentum eſt eaſdem non obſtitiſſe Cardinalibus Petro Gonzalez de Mendoza, & Fr. Franciſco Ximenio Ciſnerio, quos hiſtoriæ ſcriptores referunt ingreſſos eſſe Hiſpalim, ac Cæſarauguſtam erecta Cruce, nullo protinus inclamante. Aptiſſimum huc afferre viſum fuit Baſileenſis Concilii teſtimonium ex primis ſeſſionibus, utpote tunc Oecumenici, ac legitimi; nihilo tamen ſecius capite inſequenti futurum confido, ut idem proferatur aptiori loco.

CAPUT XXI.

Summi Pontifices, atque Oecumenicæ Synodi Toletanum Archiepiſcopum Primatis honore dignantur.

SUMMA CAPITIS.

I. *Multa omittuntur teſtimonia, ne eorum turba oneret potius quam ornet.*

II. Paſchalis II. *Literæ ad Toletanum* Primatem *anno* 1114. *XVIII. Cal. Maj.*

III. Gelaſii II. 1119. *Callixti* 1122.

IV. Hadriani IV. *anno ut videtur* 1158. *XI. Calendas Martias ab urbe Benevento.*

V. Alexandri III. 1166. *IV. Id. Decembres.*

VI. Urbani III. 1187.

VII. Cæleſtini III. 1192.

VIII. Innocentii III. 1209.

IX. X. Martini V. 1424. & 1428.

XI. XII. Clementis XI. *nuperrimum teſtimonium anno* 1708.

XIII. uſque ad XVIII. *Baſileenſis Concilii teſtimonium allatum ſuperiori capite, enucleatius expenditur, probaturque evidentia Toletani* Primatus.

XXVIII. *Concluſio capitis. Magna ex Memoriali utilitas venit; nam omnium oculis eſt propoſita* Primatus *Toletani dignitas.*

Co-

I. Cogitanti mihi, ac memoria repetenti tum Eccleſiæ, tum ſeculi principes viros, qui ab immemorabili Toletanam Eccleſiam, ejuſque Archiepiſcopum Primatis Hiſpaniarum honore proſequuntur, viſus eſt horum numerus potius per ſecula ineundus, quam per annos ſingulos, aut quinquennia: eorum quippe multitudo annorum numerum æquat. Neque vero auſim documenta omnia huc afferre ab memoria ultima: nam, præterquamquod parum ad rem noſtram facit ingens adeo exemplorum vis, niſi animus me fallit, vereor ut mihi moleſtiam colligam, ſi eximiæ volumen magnitudinis confecero: quum præſertim mihi certum ſit, atque deliberatum, quæ ad propoſitum comprobandum ſint ſatis, cæteris minime neceſſariis omiſſis, proferre. Quamobrem contentus ero e Principibus, & Monarchis nonnulla repetere teſtimonia, eaque digniſſima quibus fides integra adhibeatur.

II. Atque omnium primum e Pontifice Summo, a quo tanquam Eccleſiæ capite omnis honor, ac poteſtas omnis, dignitaſque Eccleſiaſtica dimanat, necnon judicium perfectiſſimum habetur præſtantiæ, atque excellentiæ omnium Eccleſiarum: tantam enim vim habet vox Principis hujus Supremi, ut ſicuti ejus poteſtas divinæ, atque infinitæ potentiæ Dei participatio eſt, ita ſolummodo loquens facit, ſolummodo affirmans confirmat, ac perpetuo dignitatem illi adjudicat, quicumque ſemel ab ore ipſius collatum in ſe honorem accepit. Paſchalis junior aliquanto poſt Toletum urbem inſtauratam Nationale in Hiſpaniis haberi Concilium voluit, qua de re ad Bernardum Archiepiſcopum dedit literas, cæteroſque omnes Hiſpaniæ Præſules: quibus acceptis Bernardus Oveti Synodum congregavit anno 1115. omnium Regni Præſulum. Eæ vero literæ hunc præ ſe titulum ferebant. *Paſchaſius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Bernardo Primati, & cæteris Epiſcopis, & Principibus Hiſpaniæ.* Datæque ſunt duodeviceſimo Calendas Majas anno 1114., quas vide apud Eminentiſſimum Aguirre tomo tertio Conciliorum. *Paſch. II.* *Card. Aguir. to. 3. Conc. pag. 321.*

III. Anno 1119. Gelaſius II. ad eumdem Archiepiſcopum Bernardum ſcribens Pontificatus ſui anno altero, necnon ad omnes ejus Succeſſores, Primatem appellat, inquiens: *Gelaſius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Reveren-* *Gelaſ. II.*

diſſimo Bernardo Toletano Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Perinde eſt Callixti II. literarum titulus, quas dedit anno 1122. *Callixtus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Bernardo Toletano Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.*

Callixt. II.

IV. At vero aliquis, nequicquam, ſed tamen objecerit, per laudatos Pontifices Bernardum Toletanum duntaxat Primatem vocari: quamobrem alia producenda exempla erunt, ex quibus liqueat, Præſulem Toletanum Primatis Hiſpaniarum nomine a Pontificibus Summis nuncupari. Quum Pontifex Adrianus IV. audiſſet quæ crimina fuerant admiſſa per Pampelonenſem quemdam Epiſcopum, medicamque admovere manum cuperet malo exemplo, quo Navarræ Regnum afficiebatur, Toletano Archiepiſcopo Joanni mandavit, ut reum Epiſcopum accerſeret, atque illius accuſationem, quæ ad ipſum Pontificem delata fuerat, per capita expenderet, quæ poſt, Acta eadem Archetypa, ad Summum eumdem Pontificem mitteret. Hujus ſane Diplomatis inſcriptio ita ſe habet: *Toletano Archiepiſcopo totius Hiſpaniæ Primati.* Quæ quidem expreſſio ea occaſione fuit neceſſaria, quia citandus, atque examinandus Epiſcopus alienæ erat ditionis Regni ſcilicet Navarræ. Diploma Beneventi datum fuit undecimo Calendas Martias; annus vero deſideratur: at ſi res, quade agitur, ac tempus, quo Petri Cathedram hic Pontifex tenuit, attendatur, annus fuiſſe videtur 1158. Diploma ipſum videre eſt apud Illuſtriſſimum Caſtejon.

Ill. Caſt. to. 1. de Primatu Tolet.

V. Adriano ſucceſſit in Apoſtolica Sede Pontifex ille magnus tertius Alexander. Hic dato Diplomate pro Archiepiſcopo eodem Joanne, quo Toletanæ Primatum Eccleſiæ confirmat, a. d. quartum Idus Decembres anno 1166. Pontificatus ſeptimo, ex Ædibus Lateranenſibus. Hoc exordium appoſuit Prædeceſſoris ſui verba ipſa uſurpans: *Alexander Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Joanni Toletano Archiepiſcopo, & Hiſpaniarum Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.*

Alex. III. anno 1166.

VI. Unum & viginti poſt annos, anno nempe 1187. Urbanus III. Pontificatus ſui anno tertio Diploma dedit ſuperiorum quamſimillimum, pro Archiepiſcopo Gundiſalvo, cujus initium: *Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ve-*

Urb. III. a. 1186.

Venerabili Fratri Gundiſalvo Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

VII. Urbani III. Succeſſor Cæleſtinus item tertius in Gundiſalvi locum ſuffecto Archiepiſcopo Martino ſcribens officio eodem illum proſequitur, Primatem appellans: *Cæleſtinus Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Martino Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, ejuſdemque Succeſſoribus ſubſtituendis in perpetuum.* Datæ hæ literæ ſunt anno 1192. Pontificatus ſui altero. *Cæleſt. III. anno 1193.*

VIII. Quanquam cætera exempla Pontificum ſilentio prætereo, Innocentii tamen tertii eorum, qui Petri Cathedram occuparunt, facile maximi, ac præſtantiſſimi nobilitate generis, literis, virtute, ac ſupremæ auctoritatis muniis teſtimonium prætermittere non poſſum, nec debeo. Magnus hic Pontifex perinde atque ſui Prædeceſſores ſeſe geſſerant erga Toletanos Archiepiſcopos, agit cum Rhoderico Ximenio de Rada, qui omnium ſibi admirationem collegit in Synodo Lateranenſi quarta, quum trium ſpatio horarum idiomate vario peroravit Patribus tacentibus, ejuſque eloquentiam admirantibus. Innocentii reſcriptum anno 1209. datum incipit: *Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Rhoderico Toletano Archiepiſcopo Hiſpaniarum Primati, ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.* Ita Pontifices ſexcentos ſupra annos ante noſtra hæc tempora Toletanis Archiepiſcopis perſcribebant. *Innoc. III. anno 1209.*

IX. Martinus quintus ad ſupremæ dignitatis faſtigium evectus in Conſtantienſi Concilio Redemtionis anno 1417. ob tranquillitatem Catholicæ Eccleſiæ reddendam quæ diutiſſimo illo ſchiſmate vexabatur, cujus ſimile nunquam ullum paſſa eſt, annos quippe ſupra quadraginta productum fuit: quo electo Pontifice vera unitas Eccleſiæ fuit reddita: etenim, ut alibi eſt dictum, nullo haberi debet in numero Petri de Luna pertinacia, ejuſque ſucceſſoris Ægidii de Muñio maxime compendiaria obſtinatio; ille ſiquidem in mundi angulum, nempe in arcem Peniſcholæ amandatus fuerat. Martinus hic Pontificatus ſui anno ſeptimo, nempe 1424. duo dedit Diplomata, quæ Cardinalis Aguirre affert in tertio Conciliorum volumine, in quibus quum Toletani Archiepiſcopi ſit frequens mentio, ſemper Primas

nuncupatur. Horum alterum habet: *Declaramus Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Toletanum, qui Hiſpaniarum Primas eſt &c.*

Car. Aguir. to. 3. Conc. Hiſp. p. 647. An. 1424.

X. Altero item Diplomate agens Pontifex de Archiepiſcopo Toletano: *Quem*, inquit, *Hiſpaniarum Primatem eſſe tenemus, & aſſerimus*. Et paulo infra eumdem Archiepiſcopum alloquens: *Quum tu*, ait, *Primas exiſtas*. Aliud ejuſdem Pontificis Diploma datum anno 1428. ſui Pontificatus undecimo eaſdem expreſſiones exhibens videre erit ſupra in quinto capite ubi id produxi. Hujuſmodi luculentiſſimum loquendi genus ſuſpicionem omnem eliminat, quam ſuo quis arbitratu adoptare voluerit, remque adſtruit quam capite hoc probandam ſuſcepi.

An. 1428. Sup. cap. v. n. 26. & 27.

XI. Quæ jam attuli exempla eâ vetuſtate ſunt, ut propria ſibi auctoritate colligant fidem: attamen ſicui forte in mentem venerit, antiquatum aliquando eſſe apertum id genus loquendi de Toletanæ Eccleſiæ Primatu, aliud proferam nuperrimum hujus noſtri ſeculi, e ſanctæ, cæloque dignæ memoriæ Clemente undecimo. Hiſpaniarum Rex, qui rerum feliciſſime potitur, eò neceſſitatis auxiliorum devenerat, ob Regni incolumitatem tuendam, ut confugium neceſſe habuerit ad Eccleſiæ ditionem, a Clero impetrandi gratia ingens auri pondus ad pia opera in ærario conditum, ea ſe obligans conditione ut acceptam pecuniam quantocyus redderet cum certo fœnore (quemadmodum poſtea, quæ eſt ſingularis ejus pietas, præſtitit) ſi forte detenta aliquid intertrimenti habuiſſet, idque animo abſtinendi ab imperandis tributis pro ſuſcepto conſilio.

XII. Conſilium id prudentiſſimum eſt viſum tum Clero Toletano, tum Eminentiſſimo Archiepiſcopo Cardinali Portocarrero, quare ſuo aliarumque Eccleſiarum nomine pacti ſunt eam pecuniam in ærario ſervatam mutuam Regi, juxta conditiones ab ipſo latas, ſe adſtringentes periculo ſuo eam pecuniam ſolutum iri. Ita tamen ut probatio facti, nam conſenſionem per temporis anguſtias non licuit, a Pontifice Summo peteretur. Res tota quemadmodum acta eſt Clementi undecimo denunciatur. Magnus hic Pontifex quæ a Toletanæ Eccleſiæ Clero confecta erant, commendans, quaſdam addidit conditiones, quas videre eſt in hujuſmodi Diplomate dato a. d. tertium Idus Octobres anno

no 1708. Diploma idem hæc habet: *Dilecti Filii, Capitulum & Canonici Metropolitanæ, & Primatialis Eccleſiæ Toletanæ &c.* *Clem. XI. 3. Id. Oct. 1708.* Teſtimonio quidem hujuſmodi nullum recentius, nullumque luculentius: quod ut proferrem, certe non veterum monumenta mihi adeunda fuerunt, neque immania verſanda volumina, ita ut mirer oppidò, Eccleſiam Hiſpalenſem tanta, ac tam veteri præditam eruditione documentum hoc præſtantiſsimum, & juxta nuperrimum latuiſſe.

XIII. Liquido jam conſtat, Pontifices Summos Jeſu Chriſti Vicarios Primatis honore proſequi Archiepiſcopum Toletanum. Reſtat nunc, ut ad Oecumenica Concilia me vertam, quidque hac in re præſtiterint doceam, poſtea præſens caput abſolvam. Superiori capite memorabam, Cardinalem Jacobatium teſtem oculatum confirmare, quod in Baſileenſi Concilio Toletanus Archiepiſcopus (erat tum Joannes de Contreras) & ſedendo, & ſententiam ferendo inter præſtantiſsimos eos Patres, locum habuerit Primatis Hiſpaniarum proprium; quod pro teſtis dignitate, ſatis ſuperque comprobat rem. Verumtamen quid opus eſt teſtibus, dum idem Concilium incorruptum, apertum, ac manifeſtum maxime teſtimonium eſt?

XIV. Trigeſimo ex Conciliorum volumine regiæ editionis habetur quidquid hac in Synodo actum fuerit, tum quando legitima, tum quando Schiſmatica eſſe cœpit. Pagina trigeſima tertia narratur, quod, quum Baſileæ Patres congregarentur, ſancitumque eſſet ut ea in urbe Concilium celebraretur, convocati eô loci fuerunt Nationum Præſides; quos inter principem occupavit locum Archiepiſcopus Toletanus: *Quo loco taliter electo... vocati fuerunt in locum dictæ Congregationis Reverendiſſimi Patres, & Domini, Joannes Archiepiſcopus Toletanus Nationis Hiſpaniæ Præſidens.* *To. 30. Conc. pag. 33. Con. Baſ. Seſſ. 1.* Poſtea refert tres alios Præſules aliarum nationum, quæ ad Synodum convenere.

XV. In his Concilii verbis duo ſunt conſideranda, ex quibus patet, Archiepiſcopum Toletanum tanquam Primatem eſſe habitum Hiſpaniarum. Primum, quod Archiepiſcopus idem totius Hiſpanæ nationis erat Præſes, quæ natio quatuor comprehendebat Regna, ſcilicet Caſtellæ, Aragoniæ, Navarræ, ac Portugalliæ, quibus ſingulis quanquam ſui Reges erant; e quatuor tamen hiſce Regnis, qui

qui advenere Concilium, eorum omnium unus erat Præſes Archiepiſcopus Toletanus. Deinde, quod ante quatuor cæterarum nationum Præſides, quorum eſt mentio, ideſt Italæ, Germanicæ, Hiſpanæ, & Gallicanæ, Toletanus Præſes primus omnium nominatur, primumque obtinet locum, quum enim Primas eſſet, ita oportuit fieri ex Martini V. Diplomate.

XVI. Perſequor autem dicere: ſiquidem ratio alia firmiſsima referenda mihi eſt, non levi conſideratione expendenda. Ajunt Patres Concilii, quatuor hoſce nationum Præſides unanimes conſenſiſſe, ut Baſileæ Concilium celebraretur; poſtea adjungunt: *Excepto quod dictus Reverendiſſimus P. D. Joannes Archiepiſcopus Toletanus Hiſpaniarum Primas* (quæſo, ut vox iſta Primas Hiſpaniarum a Concilio pronunciata memoriæ mandetur) *Regnique Caſtellæ major Cancellarius, & ſupradictæ nationis Hiſpanicæ Præſidens, reſpondit ſe habere duas voces: unam, ut Præſidens nationis Hiſpanicæ, aliam vero, ut Archiepiſcopus, & Primas. Quantum ad primam vocem, non poſſe conſentire, niſi requiſita, & conſentiente natione ſua: quantum ad ſecundam vocem, videlicet ut Archiepiſcopus, & Primas, dixit, ſe conſentire, & de facto conſentit.* Sic Baſileenſis Concilii Patres, quod certe Concilium (qua occaſione, & qua in ſeſsione ita ii loquuti ſunt) legitimum erat, minimeque dubium. Quid deſiderari, quid peti poteſt amplius, dum Oecumenica Synodus Toletanum Archiepiſcopum Primatem appellat?

XVII. Quæ quum ita ſint, quæro ab Hiſpalenſi Eccleſia doctiſſima. Quid? num Synodus iſta, neque dignitate perſpecta, neque explorata ſubſiſtentia Primatûs, imprudenter, ac temere locum, & nomen attribuit Primatis Toletano Archiepiſcopo? Putidiſſimi quidem, audaciſſimique eſſet oris id dicere, alienumque ab Eccleſiæ Hiſpalenſis prudentia, mihique ut videtur prorſus incredibile. Num æquitatis non inſciens, atque privilegii, vetuſtæque adeo poſſeſſionis veritatem intelligens, Joanni de Contreras Archiepiſcopo Toletano, prout ipſius poſcebat dignitas, & jus, id honoris fuit elargita? Prudentis ſane hominis rectiſſimum judicium hoc foret, ab Eccleſiæ Hiſpalenſis ingenio non abſonum; ſiquidem non ea Synodorum conſuetudo eſt, ut ejuſmodi præeminentias concedant, niſi exploratam

Digitized by Google

ratam prius compertamque habeant dignitatem; præſertim, quum gentium aliarum Præſules una ſimul conveniant.

XVIII. Quare quum neceſſariò fatendum ſit, a Concilio rem eſſe perſpectam diligentiſſimo adhibito examine, tenemus omni procul dubio, contentioneque omni, Primatum Hiſpaniarum in Toletana Eccleſia exiſtere, idque meridiana luce clarius, ita ut falſæ ab eruditionis nubibus, quas Eccleſia Hiſpalenſis conatur offundere, celari non poſſit. Et ſi forte aliquandiu iſtæ nubes obſuerint, jure illud uſurpabo: *poſt nubila Phœbus*. Evoluta tandem integumentis erroris præſtantior, atque æſtimabilior veritas profertur in lucem; gratiaſque poteſt maximas reddere Hiſpalenſi Eccleſia Toletana; fuit enim in cauſa, cur ſuum ipſa Primatum nulli non perſpectum eſſe permitteret: magno ſcilicet pudoris fœnore, quem ſibi ultro collegit, quum planum jam factum ſit, quot ſuo in Memoriali falſa docuit; quorum nonnulla oſtendam parte tertia. Ego vero exemplis aliis lectorem meum non onerabo, tantis enim, ac tam apertis propoſitis tum ratio, tum intellectus acquieſcunt, perſuaſumque iis eſt, Pontifices Summos, atque Oecumenicas Synodos Toletanum Archiepiſcopum habuiſſe pro Hiſpaniarum Primate.

CAPUT XXII.

Reges Catholici, aliique Chriſtiani Reges Catholici orbis agnoſcunt Primatum Toletani Archiepiſcopi, eumdemque ſcripto fatentur Primatem.

SUMMA CAPITIS.

I. *Monumenta Regum aſſerentia Toletanum* Primatum *ab Alphonſo VI. ad noſtra tempora: ac primum ejuſdem Alphonſi VI.*
II. *Donatio ab* Urraca *Regina facta Eccleſiæ Toletanæ an.* 1123.
III. Alphonſi VII. *plura documenta.*
IV. Sanctii III. *aliquot monumenta.*
V. Alphonſi VIII. *documenta tria, quorum primum eſt Donatio Cancellariæ Caſtellæ facta Toletanis* Primatibus *in perpetuum.*
VI. VII. Henrici I. *duæ Donationes.*
VIII. IX. X. *S. Regis* Ferdinandi III. *exempla tria.*
XI. Alphonſi X. *literæ.*
XII. Sanctii IV. *monumenta non ſuppetunt, at ſubſcriptiones Toletani Archiepiſcopi* Primatis *nomine omnibus Diplomatibus Regiis, monumentorum inſtar haberi debent.*
XIII. Ferdinandi IV. *documenta tria.*
XIV. XV. XVI. Alphonſi XI. *omnia tres Toletanos Archiepiſcopos* Gutierre, Ximenum, Ægidium Alvarez Albornotium Primatiali *honore proſequuntur.*
XVII. Petri *Regis duo monumenta.*
XVIII. Henrici II. *totidem.*
XIX. Joannis I. *qui Æram abolevit, Redemtioniſque anno numerari mandavit, monumentum ſingulare.*
XX. Henrici III. *Valetudinarii non extant, eorumque loco ſunt* Primatis *Toletani ſubſcriptiones Privilegiis Regiis.*
XXI. Joannis II. *Syngrapha & decretum allatum cap. VI.*
XXII. Henrici IV. *duo documenta.*
XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Ferdinandi V. *Conventiones, Epiſtolæ plures, & teſtamentum.*
XXVII. XXVIII. Caroli V. *tum Regis Hiſpaniarum, tum poſtmodo Germaniæ Imperatoris plura monumenta.*
XXIX. XXX. Philippi II., & Philippi III. *Epiſtolæ, & Pragmaticæ Sanctiones.*

XXXI.

XXXI. Philippi IV. & Caroli II. *literæ omnes*.
XXXII. XXXIII. XXXIV. Philippi V. *Decreta*, *Diplomata &c.*
XXXV. Ludovici I. *teſtimonium*.
XXXVI. XXXVII. Joannis II. *Aragoniæ*, *alteriuſque* Joannis *Navarræ Regum monumenta*.
XXXVIII. uſque ad XLII. *Chriſtianiſſimorum Regum* Ludovici XIV., & Ludov. XV. *Epiſtolæ & documenta*.
XLII. XLIII. Emmanuelis *Portugalliæ Regis epiſtolæ*.

I. SUmmorum Pontificum, atque Oecumenici Concilii ſpectatis exemplis non eſt mirum, ſi laici Principes Toletanam Eccleſiam Hiſpaniarum Primatialem agnoverunt, ejuſque Archiepiſcopum præſtantiſſimo Primatis nomine ſunt proſequuti. Poſtquam Alphonſus hujus nominis ſextus Toletanæ urbis potitus eſt, ſex, & viginti Hiſpaniæ Reges recenſentur, quorum quatuor, & viginti erunt inſtituti mei teſtes, duorum autem qui deſunt, locum Rex unus Aragoniæ, alter Navarræ explebunt, priuſquam duo hæc Regna cum Caſtellæ Regno conjungerentur. Exempla item proferentur Chriſtianiſſimorum Galliæ Regum, Regumque Portugalliæ, tametſi contentio fuerit Bracarenſem inter & Toletanum Præſules, eaque non ſemel pro Toletano compoſita. Monumenta igitur Regum proferam, ab eodem Alphonſo ſexto urbis Toletanæ reſtitutore ordiens, cujus, omiſſis cæteris, unum tantum quippe apertiſſimum exhibebo. Invictus iſte Alphonſus Toletanæ urbis potitus, qua erat Catholica religione ſumma, ac ſingulari, Toletanam Eccleſiam excitare, atque exornare conſtituit. Quare in documento dotis tributæ eidem Eccleſiæ ita legitur: *Nunc autem, auxiliante Deo, conſtructa eſt, & reſtaurata in fidem Sanctæ Trinitatis, & ad Primatam Eccleſiam Metropolitanam.* *Alph. VI.*

II. Glorioſiſſimus idem Rex legitimam Regnorum ſuorum heredem conſtituit Urracam, quæ ſecundo nupſerat Alphonſo Aragoniæ Regi, quem nonnulli levi de cauſa Caſtellæ Regibus accenſent; is vero neque rerum Hiſpaniæ potitus eſt unquam, tametſi nullum reliquit lapidem intentatum, ut id aſſequeretur, neque diu cum uxore vixit, quin potius varios poſt caſus ad ſuum Aragoniæ Regnum ſe recepit, atque Urraca Regina, patriique Regni abſoluta domina, ejuſdem habenas moderata per ſe fuit. Inter hæc, utpote Caſtellæ Legionis, ac Toleti unica, & vera

 mode-

moderatrix Toletanam donavit Eccleſiam decima vectigalium parte Toleti urbis, ac finium ejus. Datum id documentum fuit pridie Calendas Decembres, anno Æræ noſtræ 1161. communis autem 1123. & eſt hujuſmodi: *Dono, & concedo Deo, ejuſque Beatiſſimæ Genitrici Virgini Mariæ, Domnoque Bernardo Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopo, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legato, totiuſque Hiſpaniæ Primati, ejuſque Succeſſoribus.*

Urraca Regina.

III. Urracæ Reginæ ſucceſſit Alphonſus VII. cognomento Imperator, quare ut capite 15. dictum fuit, bis coronari voluit, Legione ſemel, atque iterum Toleti per Archiepiſcopi manus. Rex hic monumento concordiæ terminorum, ac limitum inter Præſules Ovetenſem, ac Lucenſem, ſimulque in donatione Ovetenſi Eccleſiæ facta, Salmanticæ quarto Nonas Januarias anno Æræ noſtræ 1192. communis autem 1154. Joannem Archiepiſcopum Hiſpaniæ totius Primatem appellat, quod monumentum reperitur apud Illuſtriſſimum Epiſcopum Pampelonenſem Fr. Prudentium Sandovallium, Regis ipſius verbis expreſſum, quæ ſunt hujuſmodi. *Con conſejo de Don Juan Arzobiſpo de Toledo, Primado de tota Eſpaña, y de caſi todos los Obiſpos de mi Imperio.* „ Conſilio Joannis Toletani Archiepiſcopi, Primatis to„ tius Hiſpaniæ, & omnium pene Epiſcoporum Imperii „ noſtri. Alioque in documento ſeptem ante annos dato pro Toletano Archiepiſcopo Raymundo, & Archiepiſcopali ejus Sede, quo eum donabat majori Meſchita urbis Oreti, Primatus nomine ſemper utitur, tum de Toletana Eccleſia loquens, tum de ipſomet Archiepiſcopo. De Eccleſia ſcilicet: *La qual tiene la Primacia entre todas las Igleſias de Eſpaña.* „ Quæ omnes inter Hiſpaniarum Eccleſias Pri„ matum habet. Et paulo infra de Raymundo Archiepiſcopo: *Hago donacion à vos Don Raymundo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y à vueſtros Succeſſores, y à la Igleſia de Santa Maria de Toledo, que es la Pontifical &c.* „ Do„ no do tibi, Raymunde Archiepiſcope urbis Toleti, Pri„ mas Hiſpaniarum, tuiſque Succeſſoribus, & Eccleſiæ „ Sanctæ Mariæ Toletanæ, quæ eſt Eccleſia Pontificalis &c. Documentum hoc affert Fr. Franciſcus Rades de Andrade in libro, quem Chronicon trium ordinum Militarium inſcripſit.

Alph. VIII.

Ill. Sandov. hiſt. v. Regum pag. 206.

Rades de Andr. Chro. 3. ord. Mil. in Oret. c. 1. pag. 3.

IV.

IV. Poſt ſeptimi hujus Alphonſi obitum Caſtellæ duntaxat Regnum hereditate ſuſcepit Sanctius III. ejus filius natu maximus, cognomento deſideratus eas ob cauſas quarum capite 15. mentio fuit. Brevi admodum Regno unius anni, uti refert hiſtoria, uſus eſt. Attamen iis in rerum anguſtiis documentum dedit, quo Toletanæ Primatum Eccleſiæ teſtatur. Eſt id donationis monumentum factæ Eccleſiæ Toletanæ Caſtrorum, vulgo *Yllefcas*, & *Hazaña*. *Sanctius III.* Quod privilegium etſi ſeparatum videre non licuit, tamen *Marian. lib. 11.* confirmationi eſt annexum documenti hujus, & aliorum per *cap. 2.* Alphonſum VIII. ejus filium factæ, de qua mentio erit infra. In eodem Sanctius tum Eccleſiam, tum Archiepiſcopum Joannem Primatis nomine cohoneſtat. Documenta præterea multa, quæ omittimus, donationum extant, quibus Joannes idem ſubſcribit Primatis nomine expreſſo.

V. Diuturno magis Regno eſt uſus filius ejus Alphon- *Alph. VIII.* ſus VIII. e quo multa quidem documenta poſſent adduci, attamen ſolis tribus contenti erimus. Rex iſte Alphonſus Archiepiſcopum Martinum Lopez de Piſuerga, ejuſque Succeſſores in perpetuum donavit Cancellaria Regni, Caſtellæ, quæ erat juris Regii; cujuſmodi donationis documentum in Frigida oppidulo datum Calendis Juliis Æræ noſtræ anno 1244. communis 1206. Primatis nomen præſefert: *Ego Adelphonſus Dei gratia Rex Caſtellæ, & Toleti, do vobis* *Caſt. to. 1. de Prim.* *Domino Martino Toletanæ Sedis Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Pri-* *Tol. pag. 35.* *mati... Cancellariam meam*. Totum hoc documentum vide apud Caſtejon de Primatu, to. 1.

VI. Duo item documenta ſuccurrunt, in quibus idem Rex Toletanum Archiepiſcopum alloquitur Primatem appellans. Horum primum Carrione Comitum datum ſexto Idus Auguſtas Æræ noſtræ 1241. communis autem 1203. donatio eſt Eccleſiæ Toletanæ, ac Martino ejus Archiepiſcopo facta. Toletanum Archiepiſcopum, ejuſque Sedem Rex donat decima ſuæ Apothecæ ex urbe Guadalaxara; cujus rei monumentum ita digerit: *Facio chartam donationis... Deo, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Toletanæ Sedis, & vobis Domino Martino ejuſdem inſtanti Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, legitimo, atque fideliſſimo amico, veſtriſque Succeſſoribus*. Alterum monumentum duobus allatis vetuſtius datum Agredæ octavo Idus Sextileis anno Æræ noſtræ 1222. commu-

nis 1184. quo privilegia omnia confirmantur in Toletanam Eccleſiam, & Archiepiſcopum a Patre Regis Sanctio, Avoque Alphonſo collata, hæc habet: *Facio chartam roborationis, ſtabilitatis, & confirmationis Deo, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Toletanæ Sedis, & vobis Domino Gundiſalvo ejuſdem inſtanti Archiepiſcopo, & Hiſpaniarum Primati.*

VII. Henricus primus unicus Alphonſi octavi ſuperſtes filius maſculæ prolis, paterna Regna heres accepit. Hic dum Burgis verſaretur octavo Idus Novembres Æræ noſtræ anno 1252. communis 1214. Rhoderico Ximenio de Rada Archiepiſcopo aliquos conceſſit fines propter Arcem *de Milagro*, quam laudatus Archiepiſcopus in Maurorum confiniis excitarat, tum excurſionibus eorumdem arcendis, tum præſidio Chriſtianis parando, ſi eos barbari inſectarentur. Eo in documento, ſemel iterumque Rhodericum alloquens: *Domino*, inquit, *Rhoderico Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati*. Alio pariter in monumento apertum id genus alloquendi Rhodericum viſitur, quod pridie illius diei dederat pro Archiepiſcopo, & Eccleſia urbis Toleti, eiſdem impertiens Talamancæ oppidum: *Do*, inquit, *concedo, & irrevocabiliter donationem meam confirmo Deo, & Beatæ Mariæ Toletanæ, & vobis Domino Rhoderico Toletano Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati*.

VIII. Quæ tria exempla mox ſequuntur, ſummæ porro æſtimationis ſunt: etenim petentur a Rege Ferdinando III. ſanctitatis laude præſtantiſſimo, urbis Hiſpalenſis reſtitutore maximo, qui non paucis in monumentis, quum Toletanum Archiepiſcopum appellare contingat, nunquam non Primatem appellat. In horum uno, quod commutatio eſt Regem inter, & Rhodericum ſuoſque Canonicos facta, ſic infit Divus Rex: *Conocida coſa ſea a quantos eſta carta vieren, como yo Don Ferrando por la gracia de Dios, Rey de Caſtiella, è de Toledo, è de Leon, è de Galicia, è de Cordova, con placer, è con otorgamiento de la Reyna Doña Berenguela mi madre, en uno con la Reyna Doña Juana mi Muger, è con mis Fijos Don Alonſo, Don Federico, è Don Ferrando, do a vos Don Rodrigo por eſſa miſma gracia Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è a todos vueſtros Succeſſores la mi Villa, y el mio Cellero, que dicen Anoel. &c.* id eſt: „ Pateat ſingulis haſce literas „ inſpecturis, quod ego Ferdinandus, gratia Dei Rex Ca- „ ſtel-

S. Ferd. III.

„ ſtellæ, Toleti, Legionis, Gallœcæ, Cordubæ, annuen-
„ tibus, ac probantibus Regina Berengaria Matre, unaque
„ ſimul Regina Joanna Uxore, Filiiſque Alphonſo, Fride-
„ rico, ac Ferdinando, tibi Rhoderico, eadem gratia Dei
„ Archiepiſcopo Toletano, & Hiſpaniárum Primati, tuiſ-
„ que omnibus Succeſſoribus meum oppidum, ac Cellam,
„ quam dicunt *Anoel* &c. Valliſoleti datum decimo ſecundo
Calendas Majas anno Æræ noſtræ 1381 communis 1243.

IX. Sanctus idem Rex triennio poſt commutationem pariter fecit quorumdam prædiorum in urbe Baſtis ad Totanum Archiepiſcopum pertinentium, in cujus commutationis documento Giennæ dato pridie Idus Apriles anno Æræ noſtræ 1284. communis 1246. de Archiepiſcopo loquens, titulum Primatis adhibuerat. Initium documenti tale eſt: *Conocida coſa ſea a todos que ſon, e ſeran que yo Don Fernando por la gracia de Dios, Rey de Caſtiella, è de Toledo, è de Leon, è de Galicia, è de Cordova, è de Murcia, è de Jaen, pus con voluntat, è conſentimiento de el honorado Patre, e Amigo Don Rodrigo por la gracia de Dios Arzobiſpo de Toledo, è Primado de las Eſpañas, la facienda de Bazta, que ha de aver el ante dicho Arzopiſpo.* Quod eſt latine: „ Perſpectum ſit omnibus tam præſenti-
„ bus, quam futuris, me Ferdinandum gratia Dei Regem
„ Caſtellæ, Toleti, Legionis, Gallœciæ, Cordubæ, Mur-
„ ciæ, Giennæ probante, atque aſſentiente venerabili Pa-
„ tre, mihique chariſſimo Rhoderico gratia Dei Archiepi-
„ ſcopo Toletano Hiſpaniarum Primate fructus in urbe
„ Baſtis ad laudatum Archiepiſcopum ſpectantes &c. Duo hæc documenta extant in Archivo Sacroſanctæ Primatialis Eccleſiæ Toletanæ capſa D. Theca quarta. Alia inſuper monumenta memorat Martinus Ximena in Annalibus Gienneníibus.

X. Denique alio in monumento conceſſionis, aut confirmationis Caſtrorum aliquot, finiumque, quibus Alphonſus Tellus Eccleſiam, & Archiepiſcopum Toletanum donaverat Ferdinandus idem Sanctus, Toletanum Archiepiſcopum Primatem vocat. Hoc monumentum eſt datum decimo Calendas Februarias anno Æræ noſtræ 1270. communis 1232. & eſt hujuſmodi. *Facio chartam conceſſionis confirmationis, roborationis, & ſtabilitatis, Deo, & Eccleſiæ Beatæ Mariæ Cathedralis in Toleto, vobiſque Domino Rhoderico, vene-*

ra-

rabili Patri, & Amico noſtro, ejuſdem inſtanti Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati &c.

Alph. X. XI. Alphonſus X. antonomaſtice Sapiens nuncupatus, cui hereditate Regna omnia Sancti Regis obtigerunt, veſtigia Sancti Parentis, Regumque Atavorum ſequutus, quotieſcumque ad Toletanos Archiepiſcopos dedit literas, nomine Primatis Hiſpaniarum eaſdem inſcripſit. Exemplum adducam hanc ad rem probandam aptiſſimum, epiſtolam, quam Sapiens Regnator ſcripſit Fratri Sanctio Infanti Eccleſiæ Toletanæ Archiepiſcopo, qua eum accerſit Cordubam collocuturus de rebus ad Majeſtatem Regiam pertinentibus. Ejus vero epiſtolæ hoc principium legitur: *Don Alonſo por la gracia de Dios Rey de Caſtilla &c. A vos hermano Don Sancho, por la miſma gracia Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas. Salud.* „ Alphonſus Dei gratia Rex Caſtellæ &c. Tibi, „ Frater Sancti eadem gratia Toletane Archiepiſcope, Pri- „ mas Hiſpaniarum, ſalutem impertio. Hanc epiſtolam commemorat Illuſtriſſimus de Caſtejon Toletani Primatus tomo altero. *Caſtejon. tom. 2. pag. 765.*

XII. Sanctii quarti cognomento ſtrenui, qui poſt Alphonſi obitum habenas Aviti Regni moderari cœpit, exemplum ſuppetit mihi nullum, quod referam. Multa equidem non diffiteor peti ex iſto etiam Rege poſſent, mihi tamen ullum obvium certe non fuit documentum, quo Toletani Archiepiſcopi fiat mentio: quis enim ſum, ut ſcrutari omnia poſſim? ingenue fateor, majora me latent, quam quæ egomet vidi: itaque memoria repeto, quod a Philoſopho præclare dictum legiſſe me memini. *Stupidi animi eſt omnia legiſſe velle.* Nihilo tamen ſecius affirmare non dubito, quin Rex iſte cognoverit, acceperitque Toletanum Archiepiſcopum tanquam Hiſpaniarum Primatem: Privilegiis ſiquidem ab eodem conceſſis legitur ſubſcriptio Archiepiſcopi Primatis nomine. Quam rem neque paſſus Rex foret, neque ſibi Archiepiſcopus arrogaſſet, ſi dignitas hæc illius a Rege minime eſſet probata. Vide ſupra cap. 15. num. 23. *Sup. cap. 15. n. 23.*

Ferd. IV. XIII. Proxime Sanctium Regni heres fuit filius Ferdinandus IV. vulgo *el Emplazado*, cujus rei cauſam non ignorat niſi qui hiſtoriarum eſt inſciens. Hic, quum adeſſet Conventui Caſtellæ, quod Redemtionis anno 1307. Valliſoleti celebrabatur, eadem in urbe, quæ tum temporis erat

erat oppidum, privilegium dedit pro Eccleſia Segovienſi, ubi numerando recenſens quotquot Conventum frequentabant, Gundiſalvum præ cæteris Archiepiſcopum nominat proprio ejus titulo Primatem. Privilegii hoc initium legitur: *Sepan quantos eſta carta vieren, como nos Don Fernando por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla... ſeyendo con migo la Reyna Dona Maria mi madre, ... è Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas.* „ Notum ſit omnibus hæc „ legentibus, quod nos Ferdinandus, Dei gratia Rex Ca- „ ſtellæ ... præſente Maria Regina optima parente noſtra... „ necnon Gundiſalvo Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum „ Primate &c. Documentum hoc refert Didacus de Colmenares in Annalibus Segoviæ. Alio in monumento confirmationis excmtionum, ac ſtatutorum Frigidæ oppiduli dato Burgis a. d. ſextum Calendas Auguſtas, anno Æræ noſtræ 1340. communis 1302. idem Rex aperto eodem genere utitur loquens de Toletano Archiepiſcopo. Id ita ſe habet: *Don Fernando por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Toledo, de Leon, eſtando en la Ciudad de Burgos, en las Cortes que agora hi fiz, ſeyendo con nuſco ayuntados la Reyna Doña Maria nueſtra madre... è Don Gonzalo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è nueſtro Cancillèr mayor.* „ Ferdi- „ nandus gratia Dei Rex Caſtellæ, Legionis, Toleti, Bur- „ gis verſans in Conventu, qui ibidem celebratur, ac no- „ biſcum congregatis Regina matre Maria... & Gundi- „ ſalvo Archiepiſcopo Toletano, Primate Hiſpaniarum, „ noſtroque magno Concellario &c. Ejuſdem Regis aliud pariter citat Didacus de Caſtejon tomo primo Toletani Primatus, datum Valliſoleti a. d. ſextum Calendas Julias, anno Æræ noſtræ 1338. communis vero 1300. ubi æris triginta millia decernit ſtipendium Archiepiſcopi, tanquam ſui majoris Cancellarii: quumque ad nomen ejus venit: *Don Gonzalo*, inquit, *Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de Caſtilla.* „ Gundiſalvus Archiepiſcopus „ Toletanus, Primas, magnus Caſtellæ Cancellarius.

Did. de Colm. An. Seg.

XIV. Poſt ſupremum Ferdinandi Regis diem regnare orſus eſt ejus filius Alphonſus undecimus. Regni ejus tempore, quanquam minime diutiſſimo, Toletanam Sedem Archiepiſcopi tres tenuerunt; atque horum ſingulos Primatis nomine a Rege appellatos eſſe monumenta teſtantur. Pri-

Alph. XI.

mus horum fuit Archiepiſcopus Gutierre, quo ſedente Rex Alphonſus privilegia omnia confirmavit in Toletanam Eccleſiam, ejuſque Archiepiſcopum a prædeceſſoribus ſuis collata, præſertim vero Cancellariæ Caſtellæ munus, literiſque mandavit hujuſmodi confirmationem decimo ſeptimo Calendas Octobres Æræ noſtræ anno 1353. communis 1315. cujus exordium eſt: *Sepan quantos eſta carta vieren, como yo Don Alonſo, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla... con conſejo... de la Reyna Doña Maria mi Abuela... por facer bien, è merced a vos Don Gutierre, por eſſa miſma gracia Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas &c.* „ Omnibus has literas „ inſpecturis notum ſit, quod nos Alphonſus gratia Dei, „ Rex Caſtellæ... Avia noſtra Regina Maria comprobante... beneficia in te collaturi, Gutierre, gratiâ eâdem „ Archiepiſcope Toletane, Hiſpaniarum Primas &c.

XV. Qui deinde Toletanam Cathedram occupavit eodem Alphonſo Rege fuit Ximenus; quem Primatem a Rege ipſo cognitum eſſe privilegium aliud teſtatur poſt annos quindecim Ximeno eidem conceſſum Cordubæ Idibus Februariis anno Æræ noſtræ 1368. communis 1330. Quod ſimile admodum ſuperioris eſt, & incipit: *Don Alonſo por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla &c. Por facer honra, è gracia, è merced à vos Don Ximeno por eſſa miſma gracia Arzobiſpo de Toledo Primado de las Eſpañas &c.* „ Alphonſus gratia Dei „ Rex Caſtellæ &c. honore, gratia, beneficio, te proſequuturi, Ximene eadem Dei gratia Toletane Archiepi- „ ſcope, Hiſpaniarum Primas &c. Affert hoc documentum Ill. Didacus de Caſtejon Primatus tomo altero.

XVI. Tertio ſedit Toleti Ægidius Alvarez Albornotius, is, qui maximis in periculis ab Alphonſi latere nunquam diſceſſit, cujuſque conſilio Rex uſus multa præclare geſſit. Teſtimonium ſingulare de hoc etiam feram. Valliſoleti Alphonſus Conventum habuit anno Æræ noſtræ 1369. communis 1331. quo in Conventu Regni Magnatibus comprobantibus multas leges, conſtitutioneſque condidit, quas in volumine collectas evulgari mandavit, ut obſervarentur. Earumdem legum evulgationis decretum Madriti factum principium hoc præfeſert. *Sepan quantos eſte Quaderno vieren, como nos Don Alonſo por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Toledo... eſtando nos en Madrid, y ſeyendo hi con nuſco Don*

Gil

Digitized by Google

Gil Alvarez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas &c. „ Neminem omnium clam ſit, qui volumen hoc viderint, „ quod nos Alphonſus Dei gratia Rex Caſtellæ, Toleti... „ degentes Madriti, ibidemque nobiſcum verſante Ægidio „ Alvarez Archiepiſcopo Toletano, Primate Hiſpania- „ rum &c. Monumentum hoc videre eſt apud Fr. Alphonſum Fernandez ordinis Prædicatorum ſua in hiſtoria Placentinæ Civitatis.

Fr. Alph. Fernan. hiſt. Plac. pag. 68.

XVII. Undecimus hic Alphonſus præpropera morte e vivis ablatus ſui deſiderium immodicum non modo bonis omnibus ſibi ſubditis, ſed & Catholico orbi reliquit, gaudentibus e converſo, atque exultantibus nequam hominibus, & hoſtibus Mauris: poſt cujus obitum Regnorum heres Petrus filius regnare cœpit. Rex iſte, quum Magiſter & Ordo Equeſtris Divi Jacobi quererentur nonnulla ſibi oppidula uſurpari, dedit literas Hiſpali a. d. quartum Calendas Quintileis anno Æræ noſtræ 1388. communis 1350. in quibus Archiepiſcopum Toletanum nominat, ut ſequitur: *Don Pedro, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla... a vos Don Gil, por eſſa miſma gracia Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, ſalut, y gracia.* „ Petrus Dei gratia Rex Caſtellæ... „ tibi Ægidi eadem Dei gratia Toleti Archiepiſcope, Pri- „ mas Hiſpaniarum, ſalutem, & gratiam. Documentum hoc reperitur in recenti Bullario ordinis Sancti Jacobi de Spata. Petrus idem decimo quarto Calendas Decembres anno Æræ noſtræ 1400. communis 1362. teſtamenti ſui obſignati executorem conſtituit *à Don Gomez Manrique Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpanas, y mio Notario mayor.* „ Gometium Manrique Archiepiſcopum Toletanum, Hi- „ ſpaniarum Primatem, noſtrumque Cancellarium majo- „ rem. Documentum id acceptum refero Hieronymo de Zurita.

Petrus Rex.

Bullar. rec. or. S. Jac. de Spata.

Zurit. not. ad hiſt. Petri Lopez.

XVIII. De vita migravit Petrus in Lamilitano agro, coram Fratre ſuo Henrico ſecundo, qui facile Rex legitimus Regnorum Alphonſi Patris ſalutatus fuit. Quum Rex iſte tam ſpectatæ virtutis eſſet, ut cognomentum Nobilis adeptus fuerit, mirandum ſane non eſt, ſi majorum inhærens veſtigiis Archiepiſcopum Toletanum nuncupavit Primatem. Id conſpicitur in monumento rerum, quæ definitæ fuerunt in Conventu Burgis habito Æræ noſtræ anno 1405.

Henric. II.

communis 1367. nempe: *Sepan quantos eſte Quaderno vieren, como nos Don Henrique, porla gracia de Dios, Rey de Caſtilla... eſtando en las Cortes, que nos fecimos en la muy noble Ciudad de Burgos, y eſtando con nuſco ayuntado el Infante Don Juan... y Don Gomez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, nueſtro Cancillèr mayor &c.* „ Norint quicumque hunc quadernio-„ nem viderint, quod nos Henricus, Dei gratia, Rex Ca-„ ſtellæ... Conventui adſentes celebrato inclyta in urbe „ Burgis, pariterque nobiſcum præſente Infante Joanne... „ & Gometio Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Pri-„ mate, noſtroque magno Cancellario &c. Biennio ante Rex idem Conventum habuerat in urbe Tauro, quo Regni Proceres convenerant. Quæ autem ſancita in illo fuerant evulgans, Conventui adfuiſſe ait præ cæteris: *Don Gomez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas nueſtro Cancillèr.* „ Gometium Archiepiſcopum Toletanum, Primatem Hi-„ ſpaniarum, noſtrum Cancellarium.

Joan. I. XIX. Poſt Henrici deceſſum Hiſpaniæ Regna obtigere Joanni primo, qui Conventum Segoviæ indixit Redemtionis anno 1386. (Hujus Regis juſſu deſitum eſt per Æram Cæſaris inire annorum numerum, quæ conſuetudo ab Romanorum tempore in Hiſpania viguit, cœptumque juxta Catholici orbis morem, ab Jeſu Chriſti nativitate dinumerari, quanquam nonnullis etiam in vetuſtioribus documentis ratio hæc offenditur, ut belliſſime animadvertit Anonymus quidam, multijugi eruditione celeberrimus, ſuo in conatu hiſtorico.) Hic inquam Joannes Rex Caſtellæ, itemque Portugalliæ propter uxorem Principem Portugalliæ Beatricem, decretum condidit in hæc verba: *Don Juan, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Portugal... A todos los Conſejos... ſalud, y gracia: Sepades que en el ayuntamiento, que nos aora hecimos... eſtando ay con nuſco... la Reyna Doña Beatriz mi muger, y Don Pedro Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, &c.* „ Joannes Dei gratia, Rex Ca-„ ſtellæ, Toleti, Legionis, Portugalliæ... Conſiliis omni-„ bus... ſalutem, & gratiam. In Conventu per nos cele-„ brato, præſente Regina Beatrice uxore noſtra, ac Petro „ Archiepiſcopo Toletano, Primate Hiſpaniarum &c.

Henr. III. XX. Joanni e vivis ablato ſucceſſit Henricus tertius, cognomento valetudinarius, nam breviſſimo ſuæ vitæ curricu-

riculo nunquam valuit. Hujus etſi nullum præ oculis monumentum nobis fuerit, ubi Rex ipſemet Primatem appellet Toletanum Præſulem; capitis tamen quintidecimi numeri 29. multa ab eo facta privilegia produxi, quibus Archiepiſcopus Toletanus ſe Primatem ſubſcribit, cunctiſque Præſulibus præſtat, ut laudato loco videre eſt. Quod perinde eſt, ac Rex ipſe de Archiepiſcopo loquens Primatem vocaret, ut num. 12. eſt dictum.

XXI. Ægri hujus Regis demortui Regna omnia ſuſcepit Joannes II. qui ſuorum juxta majorum conſuetudinem Toletanum Archiepiſcopum Primatem vocat. Syngrapha ipſius extat, ſeu malis decretum Regium Segoviæ datum ſexto Calendas Octobres anni 1435., cui ſubſcribit Doctor Ferdinandus Diaz Toletanus, ubi Primas legitur Joannes Archiepiſcopus Toleti. Syngraphæ hujus ſumma eſt, ut Regii ſtabuli comes Alvarus de Luna majorem natu filium principem Henricum reſque ipſius domeſticas curet; & Joannes de Contreras Archiepiſcopus, ac Rui Diaz Mendotius principem ipſum, univerſamque ejus familiam moderandam tradant Alvaro. Ejus autem initium eſt: *Don Juan por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla... A vos Don Juan Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y de el mi Conſejo &c.* „ Joannes Dei gratia Rex Caſtellæ... Tibi Joanni „ Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primati, nobiſque „ a Conſiliis &c. Hujus item Regis decretum eſt illud, quod capite ſexto produxi, quo horum Regnorum Præſules, ac Magnates Toletani Primatum Archiepiſcopi cognoſcere jubentur. *Joan. II.*

XXII. Henricus IV. Joannis II. ſucceſſor æque Toletanum Archiepiſcopum dixit Primatem, ut palam fiet documento donationis quorumdam finium Alphonſo Carrillo factæ, ejuſdemque donationis roboratione, utut Archiepiſcopo adverſarentur nonnulli. Conceſſit Henricus Alphonſo Carrillo fodinas aliquot in oppidi Cornagi finibus. Quibus curandis Archiepiſcopus propter eas domum extruit, quam una cum toto eo ſitu denominat *Caſa-Carillo*. Commodis poſtea conſulens eorum quos eò ad incolendum mitteret, terminos, agrumque rogavit Regem, quem incolæ exercerent, pecorique paſcendo adhiberent, quod omne impetravit a Rege. Hujus rei documentum ita orditur: *Don Henrique* *Henr. IV.*

rique, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla... Por quanto yo fice merced a vos el muy reverendo en Chriſto Padre Don Alonſo Carrillo Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Canciller mayor de Caſtilla &c. „ Henricus Dei gratia Rex Caſtellæ... „ Quatenus gratias tibi ſumus elargiti, Alphonſe Carrille, „ Toletane Archiepiſcope, Hiſpaniarum Primas, Cancel- „ lari major Caſtellæ &c. Decretum hoc Cerveræ, & Cornagi oppidani vocarunt in diſcrimen, eo quod ſuo ipſorum periculo factum eſſet. Rex vero primum diploma, roboravit altero, quod dedit Toleti a. d. tertium Calendas Novembres anni 1465. In eo gentes alloquens ſibi ſubditas, ait: *Don Henrique, por la gracia de Dios Rey de Caſtilla... Salud, y gracia. Sepades, què yo mandè dàr, y di al muy Reverendo en Chriſto Padre Don Alonſo Carrillo, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas &c.* „ Henricus Dei gratia Rex Caſtel- „ læ... ſalutem, & gratiam. Noveritis nos dari juſſiſſe, „ dediſſeque admodum Reverendo in Chriſto Patri Alphon- „ ſo Carrillo Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Pri- „ mati &c.

XXIII. Henricus hic, quum nullo herede relicto interiiſſet, Regna ejus devenerunt ad germanam Iſabellam, quæ nupſerat Ferdinando hujus nominis quinto, filio, atque herede Joannis Aragoniæ Regis, cujus infra erit mentio. Documenta Catholici hujus Regis non pauca, quæ afferri poſſent, miſſa faciam, eorum nonnullis contentus. Primum erit conventionum monumentum conſignatum literis, dum adhuc Aragoniæ Princeps, Rexque Siciliæ renunciatus a Patre, Iſabellæ Principis nuptias ratas habuit. Conventiones hujuſmodi factæ ſunt Cervera in oppido a. d. ſeptimum Idus Januarias anni 1469. quas inter conventiones, quibus jurejurando ſe Ferdinandus obſtrinxit, ea eſt: *Que guardarèmos, y conſervarèmos en el Conſejo de el Regimiento de eſtos dichos Reynos, y en todas ſus preeminencias, honores, y prerrogativas, al Iluſtre, y Reverendo Señor Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de Caſtilla, nueſtro muy caro, y muy amado Tio.* „ Pollicemur, nos curam, ratio- „ nemque habituros Illuſtris, ac Reverendi Domini Archie- „ piſcopi Toletani, Primatis Hiſpaniarum, Cancellarii ma- „ joris Caſtellæ, nobiſque Patrui chariſſimi (erat tum Archiepiſcopus Alphonſus Carrillus) „ tum quod attinet ad ho-

Ferdin. V.

„ horum Regnorum Regiminis Conſilium ; tum quod ad „ omnes ejuſdem præeminentias, honores, ac prærogati- „ vas. Quam exacte conventionum hanc partem ſervarit magnus hic Rex, quacunque oblata occaſione patuit, erga laudatum Archiepiſcopum ejuſque Succeſſorem Cardinalem Hiſpaniæ celeberrimum Petrum Gonzalez Mendotium. At ne forte virorum tantæ æſtimationis meritis obſequium id Regium tribuatur, quem ſe geſſerit videamus erga proxime ſequutum Archiepiſcopum.

XXIV. Quintus hic eſt Fr. Franciſcus Ximenius, quem tali honore cur Rex proſequeretur, præter dignitatis excellentiam alia certe cauſa nulla erat. Rex Catholicus Lucullano perſcribens ad Cardinalem Senogalliæ tertio Calendas Novembres anni 1506. epiſtolam, quæ data apparet Almazano, eidem etiam atque etiam commendans Archiepiſcopum, & Franciſcum de Roxas oratorem ſuum Romæ, quos Purpureo avebat galero per Sanctiſſimum Papam Julium ſecundum cohoneſtari, *Facemos, inquit, vos ſaber, que nos acatando la habilidad, y letras, y grandes meritos, y virtudes de el muy Reverendo en Chriſto Padre D. Fray Franciſco Ximenez Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, y dignidad en que eſtà &c.* „ Scias velim, admodum Reverendum in „ Chriſto Patrem Fr. Franciſcum Ximenium Archiepiſco- „ pum Toletanum, Hiſpaniarum Primatem ingenio, lite- „ ris, maximis meritis, & virtutibus præſtantiſſimum, ac „ propria inſuper dignitate conſpicuum &c. Item epiſtolæ duæ ad Cardinales Urbinatem, & Finarii clauſulam eamdem præſeferunt.

XXV. Quaſcumque Rex Catholicus ad venerabilem hunc Præſulem dedit literas eas omnes *ad Hiſpaniarum Primatem* inſcripſit. Longum eſſet ſingulas numerando recenſere; inſtar omnium ea ſit epiſtola, qua Rex graviſſimas, & honeſtiſſimas docet cauſas Archiepiſcopum, quibus Regia ipſius Majeſtas bellum Gallis indicere compellebatur, quod nempe Rex eorum Chriſtianiſſimus Ludovicus XII. Piſano Conciliabulo ſtudium ſuum in omni genere officii profeſſus erat, quod Conciliabulum Redemtionis anno 1511. coactum per indigniſſimum, atque inauditum ſcelus moliebatur deponere Julium ſecundum legitimum Pontificem, & Chriſti Vicarium in terris: quod ne fieret Rex Catholicus vi-

vires omnes, omneſque opes intendit; unde ipſo in conflictu ſuper Ravennam, quo iniquiori fortuna uſus fuit, victoriam reportavit. Epiſtolam hanc adducit Illuſtriſſimus Epiſcopus Nemauſenſis Spiritus Flechier in vita hujus Sancti Archiepiſcopi a ſe deſcripta. Ejuſque initium eſt: *Reverendiſſimo Padre en Jeſu Chriſto, Arzobiſpo de Toledo, Cardenal, Primado de las Eſpañas, gran Canciller, è Inquiſidor General, à quien ſiempre avemos conſiderado, como nueſtro Amigo, y honrado, como à nueſtro Padre.* „ Reverendiſſime in Chriſto „ Pater, Toletane Archiepiſcope, Hiſpaniarum Primas, „ magne Cancellari, ac Generalis Inquiſitor, quem ſemper „ ut amicum coluimus, uti Patrem venerati ſumus, &c.

Flech. lib. 3. vit. Card. pag. 389.

XXVI. Hujuſmodi honore, dum vixit, Ferdinandus Archiepiſcopum Toletanum proſequutus eſt, uſquedum prope erat, ut animam efflaret. Imminens graviſque neceſſitas Regis ob oculos verſabatur Curatorem conſtituendi, qui poſt ſupremum diem ſuum ſatageret Hiſpaniæ rerum; namque Joanna Regina filia ægræ valetudinis erat, nepoſque Carolus Aſturiæ Princeps legitimus Regnorum heres longe nimium aberat: nullumque conſilium ad Regni quietem aptius inire, ſe poſſe intellexit, quam ſi Cardinali Archiepiſcopo curam Regni omnem committeret; uti reapſe præſtitit ex teſtamento, Madrigalexo in vico a. d. decimum primum Calendas Februarias anni 1516. obſignato coram Michaele Velazquez, Clemente a ſecretis. Quod teſtamentum, quatenus huc ſpectat, ita ſe habet: *Por ende confiando de la conciencia, religion, rectitud, y buen Zelo de el Reverendiſſimo Don Franciſco Ximenez, Cardenal de Eſpaña Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas Canciller mayor de Caſtilla &c.* „ Quare confidens conſcientiæ, religioni, rectitudini, ac „ zelo Reverendiſſimi Franciſci Ximenii Cardinalis Hiſpanienſis, Toletani Archiepiſcopi, Primatis Hiſpaniarum, majoris Cancellarii Caſtellæ &c. Documenta cætera proferre ſuperſedeo, onerat enim turba, non ornat.

Teſtam. Reg. Cat.

Carol. V.

XXVII. Carolus V. tum ante, tum poſtea quam ad Imperii faſtigium aſcendit nullas Archiepiſcopo Toletano literas non *ad Primatem* inſcriptas tradere conſuevit. Poſt Avi mortem proxime ſequutam, Aſturiæ duntaxat Principem gerens Archiepiſcopo ſcripſit ejus electionem a Catholico Rege factam confirmans ob rerum Hiſpaniæ regimen, uti

Digitized by Google

uti mox memorabam. Epiſtolam dedit Bruxellis decimo ſexto Calendas Martias anni 1516. atque inſit: *Reverendiſſimo Padre en Jeſu Chriſto Cardenal de Eſpaña Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, gran Cancillèr de Caſtilla, nueſtro cariſſimo amigo*. „ Reverendiſſime Pater in Chriſto Jeſu „ Cardinalis Hiſpaniæ, Toletane Archiepiſcope, Hiſpa„ niarum Primas, major Cancellari Caſtellæ, nobiſque „ amice cariſſime &c. Regii ſibi nominis dignitatem, majeſtatemque adjunxit Reginæ matri Joannæ adhærens hortatu Pontificis Leonis X., Avique Maximiliani Imperatoris, jamque Rex Hiſpaniarum ſalutatus inauguratuſque aliam dedit epiſtolam Bruxellis a. d. ſeptimum Idus Septembres anni 1512. de Ferdinandi Infantis Ædium commutatione: cujus titulus: *Reverendiſſimo Padre en Jeſu Chriſto Cardenal de Eſpaña Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Inquiſidor General, gran Cancillèr, Governador de nueſtros Eſtados de Caſtilla nueſtro muy amato, y querido amigo*. „ Reverendiſſime „ in Chriſto Pater Cardinalis Hiſpanienſis, Archiepiſcope „ Toletane, Hiſpaniarum Primas, Generalis Inquiſitor, „ magne Cancellari, noſtrarum ditionum Caſtellæ Guber„ nator, amice nobis cariſſime, ac deſideratiſſime. Ita Carolus I. Hiſpaniarum Rex, antequam Germaniæ Imperium aſſequeretur.

Flecbier. lib. 3. pag. 411.

Sandoval. to. 1. lib. 2. pag. 66.

XXVIII. Poſtmodo ad Imperium aſſumtus coævos Archiepiſcopos iiſdem honoris officiis proſequutus eſt. Forte Granatæ tum degebat, quum infauſtum accepit nuncium de Hungariæ Rege devicto, & in fugam verſo per Turcarum Imperatorem Solimanum. De ægris, affectiſque Hungariæ rebus Alphonſum de Fonſeca Toleti Præſulem certiorem facit literis, quibus etiam oſtendit quam neceſſaria ſit ſua in Germaniam aditio Infanti Ferdinando, reique Chriſtianorum publicæ periclitanti ſuppetias; poſtremo ſupplicationes ut fiant pro felici rerum eventu curare jubet. Datæ fuerunt hæ literæ Granatâ tertio Calendas Decembres anni 1526. quarum ſubſcriptio eſt: *Franciſco de los Cobos*. Et incipiunt: *EL REY. Muy Reverendo en Chriſto Padre, Arzobiſpo de Toledo Primado de las Eſpanas, Cancillèr mayor de Caſtilla, de el nueſtro Conſejo*. REX. „ Admodum „ Reverende in Chriſto Pater Toletane Archiepiſcope, Hi„ ſpaniarum Primas Cancellari mayor Caſtellæ, nobiſque

„ a Conſiliis. Alias afferre poſſem literas ab eodem Imperatore datas e Regia Quinqueremi, quum haud mora eſſet in Italiam transfretaturus a. d. quintum Calendas Sextileis anni 1527. quibus idem a ſecretis ſubſcribit, qui ſuperioribus per eadem verba, hæc vero: aliaque prætereo, ne ſubmoleſtus Lectori fiam.

Philip. II. XXIX. Quum anno 1555. ſeſe volvente Carolus Imperator omnibus ultro Regnis remiſiſſet nuncium, Hiſpaniarum Rex acclamatus fuit filius ejus Philippus II. Regis hujus epiſtola ſuppetit per Gometium Davila Marchionem *de Velada* poſtea Aulæ Magiſtrum Caroli Principis perſcripta Olyſſippone a. d. tertium Calendas Septembres anni 1582. ad Cardinalem Gaſparem de Quiroga, qui Concilium omnium Provinciæ Præſulum Toleti coegerat: cujus inſcriptio eſt: *Al muy Reverendo en Chriſto Padre Cardenal D. Gaſpar de Quiroga, nueſtro muy caro, y muy amado amigo, Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Inquiſidor General de mis Reynos, y Señorios.* „ Admodum Reverendo in Chriſto Pa„ tri Cardinali Gaſpari de Quiroga nobis chariſſimo, & „ juxta dilectiſſimo amico Toletano Archiepiſcopo, Hi„ ſpaniarum Primati Regnorum noſtrorum, ac ditionum „ Generali Inquiſitori. Documentis cæteris, quæ hujus Regis extant prætermiſſis repetam quod parte prima jam attuli, decretum nempe definitivum, quod Archiepiſcopos omnes, & ſingulos Toletanos comprehendit. Ea eſt Pragmatica officiorum, quam ipſe Rex fecit anno 1580. in qua legitur: *No ſe puede llamar Señoria Reverendiſſima à ninguno, ſinò à ſolos los Cardinales, y al Arzobiſpo de Toledo, como a Primado de Eſpaña, aunque no ſea Cardenal.* „ Nulli omni„ no convenit Dominatio Reverendiſſima, præter Cardina„ les, & Archiepiſcopum Toletanum, tanquam Hiſpania„ rum Primatem, quamvis Cardinalatus honore minime „ fulgentem.

Philip. III. XXX. Ex Philippi II. agnomine filio Philippo III. ſupervacaneum haud dubie foret monumenta petere, ſiquidem ipſamet officiorum Pragmatica ab illo edita octavo Idus Junias anni 1600. loco laudato per nos allata documentum eſt ſane locupletiſſimum. In eadem mandat, ut Dominatio Illuſtriſſima omnium nemini, præter Cardinales, tribuatur, deinde addit: *Aſſimiſmo por la grandeza de la dignidad de el Ar-*

Digitized by Google

Arzobiſpo de Toledo es exceptuato en dicha ley, como Primado de las Eſpañas, aunque no ſea Cardenal. „ Archiepiſcopus pariter Toletanus, ob dignitatis amplitudinem, tanquam Hiſpaniarum Primas, ut minime ſit Cardinalis, hac tamen lege habeatur exceptus. Ita Religioſiſſimus Rex.

XXXI. Item a Catholicis Regibus Philippo quarto, & Carolo Juniore quanquam innumera peti poſſint exempla, ſuperfluens puto eſſet recenſere ex iis ullum, lege enim ſcripta utuntur qui ſunt a ſecretis Regiæ Majeſtatis, ut literas ad Archiepiſcopum Toletanum inſcribant *ad Primatem Hiſpaniarum*, ut paſſim faciunt. Cæterum quia Ferdinandi Auſtriaci Cardinalis Infantis, qui Toletanam rexit Eccleſiam ſingulare exemplum eſt, operæ pretium erit epiſtolæ initium proferre, quam Philippus quartus ad eum tradidit, adventum Vvalliæ Principis Madritum nuncians, qui poſtea fuit Rex Angliæ. Ea vero eſt hujuſmodi: *El REY. Iluſtriſſimo Infante Don Fernando mi muy caro, y muy amado hermano, Cardenal de la Santa Igleſia de Roma Adminiſtrator perpetuo de el Arzobiſpado de Toledo, Primado de las Eſpañas &c.* „ REX. Illuſtriſſime Ferdinande Princeps, Frater mihi chariſſime, ac dilectiſſime, S. R. E. Cardinalis, perpetue Adminiſtrator Toletani Archiepiſcopatus, Hiſpaniarum Primas &c. Philip. IV. Card. II.

XXXII. Secundùm allatam epiſtolam proferre aliam Philippi V. quem Deus Optimus Maximus diutiſſime nobis ſervet incolumem, non modo ſuperfluum, ſed etiam inutile fore cenſeo: nam Eccleſia Hiſpalenſis haud multo poſt ſui Memorialis initium profert tum literas Regiæ ipſius Majeſtatis nomine perſcriptas ad Eccleſiæ Hiſpalenſis Procuratorem Romæ, quæ Primatus Eccleſiæ Toletanæ præſeferunt teſtimonium: tum Regium decretum datum pridie Idus Septembres anni 1721. quod nos initio hujus operis produximus, quo Rex Toletano Archiepiſcopo Excellentiæ titulum tribuit, *que es el mayor*, proſequitur idem decretum, *que ſe permite à la mas elevada esfera de ſus Reales Dominios, por ſer el referido Arzobiſpo Primado de las Eſpañas:* „ Quo quidem honore omnium ampliſſimo eos tantum proſequi licet, qui ſublimiori ſunt in loco poſiti, quia Toletanus Archiepiſcopus Hiſpaniarum eſt Primas. Decretum hujuſmodi utpote manifeſtum, ac publicum teſtis non Philip. V.

indiget Hiſpalenſi Eccleſia firmioris, quæ proprio ore id fatetur.

XXXIII. Anno autem inſequenti decretum aliud ejuſdem Regis invicti prodiit, quod præterire nec poſſum, nec debeo, ſanctioris, ac ſecretioris Conſilii ſententia, quod frequentiſſimum duodeviceſimo Calendas Quintileis anni 1722. Regem admonuit de audaciſſimo per Tarraconenſem Vicarium perpetrato facinore, Sede vacante, nam gravate, ac repugnanter acceperat quoddam Vicarii urbis Madriti præſcriptum, quod inter Archiepiſcopi Toletani titulos, illum etiam Primatis Hiſpaniarum exhibebat. Addebat præterea Conſilium, argui oportere eum Vicarium, ambigere auſum de re Pontificum Diplomatibus, ſanctionibus Regum, noſtrique ſanctiſſimis Regni legibus conteſtata. Quamobrem Rex Conſilii ſententiæ adhærens denunciari mandat Vicario Archiepiſcopatus Tarraconenſis Generali, quam moleſte audaciam ejus tulerit; & Archiepiſcopo recèns electo, (qui ſuæ jam Sedis poſſeſſionem inierat,) ut opportune ediceret, ne ſuarum ipſius rerum adminiſtratores eò audaciæ in poſterum devenirent.

XXXIV. Quum igitur iſtiuſmodi decretum Rex ediderit, quiſnam, ſi Deus me amet, adminiſtratorum Archiepiſcopalis Audientiæ Hiſpalenſis obfirmatam ferret audaciam, qui expungere orſi erant e ſcriptis ad Toletanam Curiam ſpectantibus Primatûs titulum? Quam gravate id tulerit Rex, decreto expreſſit ad Conſilium tradito, quod licet totum in operis hujus prooemio propoſuerim, tamen abs re non erit aliqua inde huc transferre: *Mando*, inquit, *al Conſejo haga entender à aquel Arzobiſpo, y à ſu Igleſia, ha ſido de mi deſagrado, que toleren eſta novedad, dando las providencias convenientes, para que ni el Arzobiſpo, ni la Igleſia lo permitan, ni fomenten: previniendo à la Audiencia, eſtè à la viſta de lo que en eſto ſe executare.* „ Conſilio mandamus, ut „ Archiepiſcopo, & Eccleſiæ illi ſignificet permoleſte a „ nobis auditum, quod in ejuſmodi novitate conniveant; „ præſtetque quæ opportuna fore cenſuerit, ne Archiepi„ ſcopus, & Eccleſia id ferant, foveantque: Audientiæ de„ mandans explorandi onus quidquid ea in re factum erit. Loquendi genus adeo apertum, adeo ſignificans, ut graviſſimos illos Canonicos pudore ſuffundere certe valeat; quo enim

Digitized by Google

enim Toletanæ Eccleſiæ decoris plus affert, eo conniventiam magis Hiſpalenſis condemnat.

XXXV. Non æquum facerem, ſilentio Ludovici primi exemplum obvolvens, cujus præproperam mortem perpetuò deflebit Hiſpania; ejus quippe ſuaviſſimam memoriam ex hominum mentibus nulla unquam delebit vetuſtas. Hic antequam ipſe ad Catholici hujus Regni Solium aſcenderet, publicum, atque juridicum Toletani Primatus teſtimonium reliquit. Laudabilis conſuetudo eſt Equeſtris Ordinis Sancti Spiritus, ut qui in eum cooptatur Torquem non ante accipiat, quam Fidem profeſſus Catholicam, jurejurando ad eam ſe defendendam aſtringat. Princeps hanc præſtitit profeſſionem, juratuſque eſt coram Illuſtriſſimo Franciſco de Valero, & Loſa Toletano Archiepiſcopo, cui Rex Chriſtianiſſimus Summus Ordinis Magiſter ſuam de legaverat poteſtatem. Quæ ſic ſe habet: *Ego idem Ludovicus ſpondeo, voveo, ac juro, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, in qua juro, & Sacramenti voto me adſtringo præ manibus D. Franciſci de Valero, & Loſa Archiepiſcopi Toletani Hiſpaniarum Primatis, magni Caſtellæ Cancellarii.* Quæ quum ita ſint, nullus igitur ambigendi locus eſt, quin omnes Hiſpaniæ Reges tum veteres, tum recentiores ab Alphonſo ſexto ad Philippum quintum, qui Monarchiam Hiſpaniæ iterum moderatur, Toletanum Archiepiſcopum honore Primatis proſequuti ſint. *Ludov. I.*

XXXVI. Regum Aragoniæ, & Navarræ ſum pollicitus monumenta proferre, antequam duo iſta cum Caſtellæ Regno conjungerentur. Quare primum adducam ex Joanne II. Aragoniæ Rege, idque magnæ ſane auctoritatis, quippe in Regis ejus ditione Tarraconenſis Metropolitana ſita erat, quæ cum Toletana de Primatu quandoque contendit, Joannes igitur hujus nominis II. in Aragoniæ Regno, quum Valliſoleti verſaretur anno 1420. ſeptimo Idus Junias donationem fecit Regionis *Cepedæ* Iſabellæ de Roxas poſtea Comitiſſæ Fani Sanctæ Martæ. „ Aitque „ donationem ſe iſtam facere gratificandi cauſa Iſabellæ de „ Roxas filiæ legitimæ Martini Sanchez de Roxas, ne„ ptiſque Senctii de Roxas Archiepiſcopi Toletani, Prima„ tis Hiſpaniarum, magnique Cancellarii Caſtellæ. Verba ipſius proferam: *Por facer bien, y merced a vos D. Iſabel de Roxas, hija* *Joan. II. Rex Arag.*

Mem. comp. lit. Fam. de Aſtorga pag. 17.

hija legitima de Martin Sanchez de Roxas, Sobrina de Don Sancho de Roxas Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, è Cancillèr mayor de Caſtilla. Documentum hoc videſis impreſſum in libro Memoriali de litibus Familiæ de Aſtorga.

XXXVII. Alterum peto monumentum ab Joanne alio Rege Navarræ. Documentum nempe concordiæ in Turris Syllanæ oppido datum anno 1439. quo pactionibus ſeſe obligant factis, ut congreſſui cautum eſſet, Rex Navarræ, Henricus Auſtriæ Princeps, Alvarus de Luna Stabuli comes, Joannes Archiepiſcopus Toletanus, aliique non pauci. Documentum autem hujuſmodi incipit: *Sepan quantos eſta carta vieren, como nos D. Juan., por la gracia de Dios Rey de Navarra, è Don Henrique Principe de Aſturias fijo Primogenito heredero de el muy alto, y muy eſclarecido Principe, y muy poderoſo Rey, y Señor, mi Señor, è Padre el Rey Don Juan de Caſtilla, y de Leon: è otroſi Don Alvaro de Luna Condeſtable de Caſtilla, è Conde de Sant Eſtevan, è D. Juan Arzobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Cancillèr mayor de Caſtilla &c.* Eadem latine converſa: „ Omnibus has legentibus literas ſit „ perſpectum, nos Joannem Dei gratia Regem Navarræ, „ & Henricum Aſturiæ Principem maximum nátu filium, „ atque heredem Excellentiſſimi, & Illuſtriſſimi Princi- „ pis, Regiſque invicti ac Domini, D. Parentis optimi „ Joannis Regis Caſtellæ, & Legionis; itemque Alvarum „ de Luna Comitem Stabuli Caſtellæ, & Gormatii caſtri, „ & Joannem Toletanum Archiepiſcopum Hiſpaniarum „ Primatem, magnum Caſtellæ Cancellarium &c. Hinc ſatis liquet, Hiſpaniarum Primatem agnoſci Archiepiſcopum Toletanum ab hoc Rege Joanne. Monumentum iſtud videre eſt impreſſum a Petro Mantuano in libro edito Redemtionis anno 1611., cui titulus: *Seguro de Tordeſillas*.

Petr. Mant. Seg. Tordeſ. c. 36. pag. 131.

Galliæ Reges.

XXXVIII. Ex Chriſtianiſſimis Galliæ Regibus haud multæ vetuſtatis exempla proferentur, ob communionis infrequentiam cum Toletanis Archiepiſcopis pro eorum temporum conditione. Attamen videndum erit, quid ii poſtea præſtiterint, quàm divinitus duo hæc inclyta Regna conjuncta ſunt, duoſque invicem infenſiſſimos Reges indiſſolubili conjunctionis vinculo copulavit omnipotentia Dei, *qui facit utraque unum*. Siquidem ex eadem immortali Familia Borbonenſi Reges Hiſpaniam, & Galliam moderantur ex

eo

eo tempore, quum Philipus quintus, tanquam legitimus, & naturalis heres horum in Regnorum poſſeſſionem venit. Quæ quidem occaſio non facilem modo, verum etiam neceſſariam reddidit Archiepiſcopi Toletani cum Rege Chriſtianiſſimo communionem. Exinde autem Galliæ Rex quotieſcumque ad Archiepiſcopum Toletanum dedit literas, nunquam non Primatis Hiſpaniarum dignitatem illis inſcripſit.

XXXIX. Sic inſcriptas omnes accepit literas Cardinalis Portocarrerius, quæ in Philippi V. Regni primordiis frequenter eidem fuerunt redditæ. Eumdemque inſcripſit titulum literis ad Illuſtriſſimum D. Franciſcum de Valero, & Loſa, quum Regiam illi auctoritatem delegavit, ut per ipſius manus Regis Chriſtianiſſimi nomine Torquem Sancti Spiritus acciperet Sereniſſimus tunc Aſturiæ Princeps, poſtea Rex Catholicus Hiſpaniarum Ludovicus primus, qui ad majus, meliuſque Regnum evolavit; cujus delegationis mentionem habui ſupra num. 35.: in ea vero Hiſpaniarum Primas, magnus Caſtellæ Cancellarius vocabatur. *Ludov. XIV.*

XL. Rex denique Chriſtianiſſimus Ludovicus XV., qui Galliæ rerum feliciſſime potitur, dans literas ad Excellentiſſimum Didacum de Aſtorga, & Ceſpedes Toletanæ Primatialis Sedis nuperrimum Archiepiſcopum, quem Benedictus XIII. Pontifex Maximus, dum hæc latine converto, Sacro Cardinalium Collegio aggregavit ſeptimo Calendas Decembres, necnon præclaræ Primatus ejuſdem dignitatis rationem habens, quum quatuor alios digniſſimos viros iiſdem frequentibus Comitiis creavit, Toletanum præ cæteris ampliſſimo honore illo cohoneſtavit. Ad hunc inquam Ludovicus dans literas decimo tertio Calendas Sextileis anni 1724. Primatus titulum iiſdem inſcribit materno idiomate hoc pacto: *Al Archevêque de Toledo du Conſeil de mon Frere le Roy d'Eſpagne, gran Cancellier de Caſtille, & Primat des Eſpagne. A Madrit.* „ Toletano Archiepiſcopo Fratris „ noſtri Regis Hiſpaniarum a Conſiliis magno Caſtellæ Can„ cellario, & Hiſpaniarum Primati. Madritum. Cauſa, cur Chriſtianiſſimus hanc epiſtolam Toletano Archiepiſcopo ſcriberet, fuit delegatio ſuæ auctoritatis, ut penes eum argumentis, & inſigniis nobilitatis, juxta conſtitutiones Ordinis Sancti Spiritus, neceſſariis ad cæruleam vittam, veſtemque Equeſtris Ordinis ſuſcipiendam, probarent, qui ab *Ludovic. XV.*

Re-

Rege Chriſtianiſſimo in eumdem Ordinem cooptati fuerant Excellentiſſimi Domini Dux Arcûs Marchio Sanctæ Crucis Comes Altamiræ, & Dux loci in Hiſpania Geryonis monumentum nuncupati, vulgo *S. Pedro*, qui Regis negociis detenti Lutetiam Pariſiorum haud poterant commigrare.

XLI. Abs noſtro inſtituto haud erit verba ipſa delegationis memoratæ producere ad vim roburque addendum rei propoſitæ. Ea vero ſunt iſtiuſmodi: *Lois pour la grace de Dieu Roy de France, & de Navarre, Chef, & Souverain, gran Maiſtre des Ordres de St. Michel, & de St. Eſprit. A nôtre tres cher, & bien aimè le Sr. Archevêque de Tolede du Conſeil de nôtre tres cher, & tres aimè Frere le Roy d'Eſpagne, & gran Chancellièr de Caſtille, & Primat des Eſpagnes.* „ Ludovicus „ Dei gratia Rex Galliarum, & Navarræ, caput, & Prin- „ ceps, ſummuſque Ordinis Sancti Michaelis, & Torqua- „ torum Equitum Magiſter. Nobis cariſſimo, ac dilectiſ- „ ſimo Archiepiſcopo Toletano a Conſilio ſanctiori, ac ſe- „ cretiori Fratris noſtri cariſſimi, atque amatiſſimi Hi- „ ſpaniæ Regis, magnoque Caſtellæ Cancellario, atque „ Hiſpaniarum Primati. Quibus exemplis propoſitis manifeſtum fit Chriſtianiſsimos etiam Reges Hiſpaniarum Primatem Archiepiſcopum Toletanum non detrectare.

XLII. Cæterum, quod proculdubio maxime attendi oportet, Portugalliæ Reges vel ipſi Toletano Archiepiſcopo Primatis titulum tribuerunt: quanquam nemine omnium clam ſit, Bracarenſes Archiepiſcopos dignitatem hanc ſuæ ipſorum Sedi adjudicatam eſſe contendere, ejuſdemque Regni ſcriptores pro virili parte niti, ut proprio in Regno eam dignitatem oſtendant permanere. Videſis Barboſam de univ. Jur. Eccl. Verumtamen cognita prævaluit veritas cæci conatus incœpto: dubitatio enim nulla eſt, quin Regiam Majeſtatem, ac Regis æquiſsimi auctoritatem potius deceat, quod ratio penitus diſcuſſa uti certiſsimum ſuadet attendere, quam cæcæ, obfirmatæque mentis impetum defendere. Teſtimonium citabo, quod ubi reperiri poſsit me indicante, facile incredulus quiſque propriis ſubjiciet oculis.

Barboſ. to. 1. de univ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 6. nu. 48. pag. 98.

XLIII. Eminentiſsimus Hiſpaniæ Cardinalis, ac Venerabilis Archiepiſcopus Toletanus Fr. Franciſcus Ximenius Ciſnerius, quo erat ardore maximo, ſingularique virtute, nunquam non intentus ad res præclare gerendas, ſum-

Digitized by Google

ſummopere curavit Chriſtianis perſuadere Principibus, ut fœdus ferirent adverſus immaniſsimos Turcas, vindicandi gratia ſacros Jeroſolymæ locos in libertatem, ut in eam urbem Chriſtianum nomen reduceretur, unde jam fuerat amandatum. Quamobrem alios inter Principes, ad Emmanuelem Portugalliæ Regem dedit literas, quibus quæ reſpondit Rex idem ob ſtudium ardens erga Catholicam Religionem exemplum erunt, quod proponere ipſe conſtitui: etenim cætera Regiis iiſdem literis expreſſa, utcumque Principis adeo Catholici religioſiſsimum animum oſtendant, quoniam abs re noſtra ſunt, invitus quidem, omnia tamen omitto; quæ autem cum noſtra cauſa conjuncta ſunt, decerpo: *Nos Dominus Emmanuel Dei gratia Luſitaniæ Rex &c. Reverendiſſime in Chriſto Pater Toletanæ Sedis Antiſtes, Hiſpaniarum Primas, Cancellari maxime, qui nobis ſemper familiaritate amicus, & obſervantia Parens es habitus.* Hujuſmodi accepit verbis Archiepiſcopum Toletanum Rex iſte præſtantiſsimus: quare quis dubitet, quin cæteris omnibus epiſtolis pari eum honore ſit proſequutus? Equidem binis id literis præſtitum ab eodem Rege eſt, quas refert Reverendiſsimus Fr. Petrus de Quintanilla, & Mendoza, Ordinis D. Franciſci, mihi ſane cognitus in libri ejus initio, quem inſcripſit: *Oranium, Ximenii virtute, Catholicum.* Quæ quum ita ſint, ſatis jam factum per me fuiſſe arbitror inſtituto meo, quod nempe Chriſtiani orbis Catholici Reges Toletanæ Eccleſiæ Primatum apertiſsime fatentur, atque teſtantur.

Emmanuel Rex Portugalliæ. Ill. Flech. vita Card. lib. 3.

Fr. Petr. de Quin. & Mend. lib. 1. Oran. Xim. virt. Cathol. inſcript.



PARS TERTIA.

PROLUDIUM

Rationes, & Fundamenta, quibus Hiſpalenſis Eccleſia innititur, penitus diluuntur.



INſignem de acerrimo hoſte victoriam reportare, ſummæ ſingularisque virtutis gloria eſt: quæ autem ſemel virtute ſunt parta, ſervare, neque minor eſt virtus, neque minor eſt gloria.

Quærere non minor eſt virtus, quam parta tueri:

ajebat Etnicus. Equidem, verbo abſit invidia, victoriam ſum aſſequutus eorum genere armorum, quibus in hunc campum deſcendi. Ea vero ſunt firmiſſima argumenta, auctoritates certæ, præclara documenta & exempla, teſtimonia Regum, Romanorum reſcripta Pontificum, Oecumenici demum Concilii ſententia. Quamobrem uſurpare jure poſſum quod vetus poeta cecinit:

Manil. ap. Salm. to. 14. cap. 2. ad Corint. 1. diſp. 4. pag. 41.

Ornari res ipſa vetat contenta doceri.

Toletanæ Eccleſiæ Primatus externis non indiget ornamentis, ſatis illi eſt unicuique pateſieri. Quoniam vero Hiſpalenſis Eccleſia claſſicum cecinit, eduxitque aciem tot conflatam ornatiſſimis copiis, quarum non paucas factum fuit ut penitus deleremus; conferenda nobis erunt ſigna adverſus

 eas,

eas, quæ reſtant, futurum namque eſt, ut nihilo meliori quam reliquæ fortuna utantur. Et quanquam in parte copiarum ſuarum, quæ veteranis conſtat, aliaque in earum parte, quam recenter inſtructis militibus adornavit, maximum ſibi præſidium collocavit, hos pollicemur, (audaciæ ac temeritatis, cauſas procul habentes) pudore adeo ſuffuſum iri, ut venire amplius in conſpectum noſtrum non audeant: eorum quippe inertia in apertum prolata, & robuſtiores a progrediendo deterrebit, & ora impudentiorum rubore ſuffundet. Abſit vero, ut aliquis libertatem dicendi, qua utor condemnet, non antea inſpectis quæ capitibus quinque V. VI. VII. VIII. IX. ſum dicturus. Eô lectorem humaniſſimum opperior, ut poſtea judicet, audaxne, ac temerarius, veruſne ſim rerum promiſſor. Quicunque autem ea legerit capita, ſit licet ſtudioſiſſimus adverſæ partis, ut ſententiam ferat non recuſo.

CAPUT I.

Diluuntur quædam argumenta Eccleſiæ Hiſpalenſis.

SUMMA CAPITIS.

I. *Memoriale negat Toletum antiquitus fuiſſe Metropolim:*

II. *Ideoque Oſii tempore non extitiſſe Hiſpaniarum* Primatem.

III. *Metropolitas non extitiſſe in Hiſpania colligit ex Concilio Cæſarauguſtano A.* 380. *celebrato.*

IV. V. VI. *Epiſtola Siricii Pontificis ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum idem adſtruere contendit.*

VII. VIII. IX. *Aliæ objectiones Memorialis contra Toletani* Primatus *vetuſtatem.*

X. *Prima objectio diluitur, & comprobatur. Toletum fuiſſe ſemper Metropolim.*

XI. *Exemplo Arelatenſis Metropolis oſtenditur, quandoque Eccleſiaſticam Dignitatem extitiſſe in aliqua urbe, antequam civilis in eadem conſtitueretur.*

XII. *Carthago, ut videtur, non habuit Epiſcopum per prima tria Secula.*

XIII. XIV. *Dacianus Diocletiani Præſes, qui in præcipuis totius Hiſpaniæ urbibus collocavit ſuum Tribunal, Toleti etiam id conſtituit.*

XV. *Antiquitas Toletanæ urbis, ejuſque mœnium veterum duplex ambitus.*

XVI. *Frequens incolis advenisque ab Apoſtolica prædicatione ſemper fuit.*

XVII.

XVII. XVIII. *Diluuntur argumenta, quæ negant Toletanum* Primatum *demonſtrando quod ſicut D. Leander præſedit Concilio III. Toletano tanquam Pontificis Legatus, ita Oſius Cordubenſis Epiſcopus eadem auctoritate, qua Niceno, & Sardicenſi præfuerat, præſedit Concilio Cordubenſi.*

XIX. *Idem adſtruitur exemplo Concilii Generalis VI. cui præfuerunt duo Sacerdotes, & Diaconus Romani Pontificis Legati.*

XX. XXI. *Metropolitæ Tarraconenſis antiquitas vindicatur ab objectionibus Memorialis.*

XXII. XXIII. XXIV. *Himerium fuiſſe Metropolitam Tarraconenſem ipſa Epiſtola Siricii demonſtrat, qua Memoriale nititur contrarium evincere.*

XXV. XXVI. *Himerii tempore non erat interclusum cum Romana Sede commercium, ut ſuadet Memoriale.*

XXVII. *Ideo Siricius committit Himerio curam reſtituendi collapſam diſciplinam, quia Metropolitæ ipſi aliis erant deteriores.*

XXVIII. *Diluitur etiam objectio majoris antiquitatis quam Memoriale tribuit Himerio ut* Primatum *Toletanum, & Metropoliticam dignitatem neget.*

XXIX. XXX. *Patruini iterum mentio eſt, quem nulla ratio ſatis firma comprobat non fuiſſe Toletanum Præſulem: itaque negari certe non poteſt antiquitas, quam non pauci Auctores tribuunt Toletano* Primatui.

I. PRimatialem Hiſpaniarum Sedem Toleti non fuiſſe ab ultima illa vetuſtate, quam tradit Garſias de Loayſa, Eccleſiæ Hiſpalenſis objectorum ſumma eſt. Primum ea conficit argumentum, ajens: quod Metropolitana Sedes ea in urbe collocanda fuerit, quo Laici cauſas deferre conſueverunt, ut ſuperioris partis capite primo eſt demonſtratum: Quum autem Carthago, non Toletum jſtiuſmodi eſſet Metropolis, quo populi duo, & ſeptuaginta confluebant, ut jus ſuum experirentur; hac in urbe, non Toleti Metropolis ſtabilienda erat. Eoque id magis, quia tum temporis urbs Toletum Plinio teſte *urbs parva* erat, *ſed loco munita*. Quare quum Toletana civitas ne Metropolis quidem eſſet, Primatialis multo minus fuerit.

II. Hanc propoſitionem illatione univerſaliori confirmat, quam rationibus quatuor fulcit ſubjecto hærentibus non incerto. Conſtans eſt, Præſulem, ut ſit Primas, Metropolitanum eſſe oportere. Hiſpalenſis autem Eccleſia docet, quatuor primis Eccleſiæ ſeculis, & paulo citra, nullum in Hiſpania Metropolitam extitiſſe, quocirca Toletanum Præſulem non fuiſſe Metropolitam, proindeque nec Primatem. Argumentum comprobat: Primo: Quia conſtantiſſime hiſtoria teſtatur, Oſium Epiſcopum Cordubenſem, *Mem. p. 61. n. 62.*

ſem, aliquot poſt annos a Synodo Nicæna, & Sardicenſi, quibus tanquam Apoſtolicus Legatus præſedit, in Hiſpaniam veniſſe, Synodoque congregata Cordubæ anno circiter 356. Conciliorum prædictorum decreta evulgaſſe. Quo poſito; docere pergit, eodem anno Epiſcopum Hiſpalenſem, tametſi Bæticæ totius provinciæ Præſulem, minime tamen Metropolitæ jus, aut titulum habuiſſe; ſiquidem, ſecus ſe habente, Suffraganeus Epiſcopus, meritis licet præſtantiſſimus, cujuſmodi erat Oſius, propria, inquit, in Sede Præſules inconſulto Metropolita non congregaſſet: quos inter congregatos Epiſcopos credibile eſt Hiſpalenſem ipſum recenſeri. Poſtremo colligit, Primatem haud dubie Hiſpaniarum tum temporis non fuiſſe, quippe quem, ſi extaret, Nationale Concilium cogere oportebat.

III. Deinde ait, Redemtionis anno 380. celebratum Cæſarauguſtæ Concilium duodecim Epiſcoporum, quorum, licèt Garſias de Loayſa Hiſpanienſes fuiſſe omnes teſtetur, duos tamen Phitadium, & Delphinum fuiſſe Gallos ex Aquitaniæ provincia juxta Severum Sulpitium, Eutichianum ex urbe Baſtis, & Valerium Cæſarauguſtanum: hoc anno Præſulem Tarraconenſem fuiſſe Himerium, qui Concilio non adfuit; Tarraconenſis autem Suffraganeum fuiſſe Cæſarauguſtanum, ex quo Metropolitæ fuerint conſtituti. Quî ergo, urget Eccleſia Hiſpalenſis, alii ex aliis provinciis cogi Præſules poterant, Metropolita abſente? Certe ſi ea tempeſtate Himerio Metropolitæ auctoritas fuerat, neque Cæſarauguſtæ Concilium fore coactum, neque Metropolitam, aut ſaltem illius Vicarium defuturum: at eorum nulli delegatam ejuſmodi auctoritatem conſtare, quum Valerium Cæſarauguſtanum caruiſſe eadem ſit palam e ſubſcriptione, quæ nono extat loco. Idem evinci ratione alia, quod nempe ex Gallia Præſules adfuerint; conſuetudinem quippe hanc antiquitus viguiſſe, ut Epiſcopi provinciæ finitimi amice vocarentur, aut a Chriſtiano aliquo ſeculari Principe invitarentur; ex quibus legitime inferri, Metropolitarum poteſtatem iis temporibus in Hiſpania nondum ſtabilitam fuiſſe.

Pag. 62. n. 63.

Sever. Sulp. hiſt. Eccl. lib.

IV. Tertio docet, conſtare id ex epiſtola Divi Siricii ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem traditam anno 385. Eo tempore Hiſpaniam horridæ inſtar Sylvæ, quod ad mores

Pag. 63. n. 64.

Digitized by Google

res attinet, atque omnigenæ reſertam hæreſeos extitiſſe. Romam aditum intercluſum: Hiſpaniarum Epiſcopos congregari prohibitos, tum ingruentibus bellorum incendiis, tum capiti ſubordinationis defectu, a quo cogerentur. Hanc ob rem Himerium Damaſo epiſtolam conſcripſiſſe, quam epiſtolam, quum tabellarii adventum Damaſi mors præceſſiſſet, D. Siricio legendam eſſe traditam. Hunc, ait, Eccleſia Hiſpalenſis, ubi rogatis quindecim ſingillatim reſpondit in epiſtola expreſſis, præterea addidiſſe: *Hæc, quæ ad tua conſulta reſcripſimus, in omnium Coepiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem, & non ſolum eorum, qui in tua Diœceſi ſunt conſtituti, ſed etiam ad univerſos Carthaginenſes, ac Bæticos, Luſitanos, atque Galitianos, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde provinciis.* Siric. ep. ad Him.

V. Ad hæc accedunt alia Hiſpalenſis Eccleſiæ pulcherrima effata, quod nempe id Himerio in mandatis minime datum fuerit per Divum Siricium ex privata ulla auctoritate ipſius; aut ex aliqua prærogativa, quam Præſul Tarraconenſis ſive adeptus antea eſſet, ſive Pontificio eo reſcripto aſſequeretur; at ſolummodo ob majorem ordinationis antiquitatem, quam rem ex epiſtolæ verbis colligit, ubi idem Pontifex; *Et quanquam*, inquit, *ſtatuta Sedis Apoſtolicæ, vel Canonum venerabilia definita nulli Sacerdoti Domini ignorare ſit liberum, utilius tamen, atque pro antiquitate Sacerdotii tui, dilectioni tuæ eſſe admodum poterit glorioſum, ſi ea quæ ad te ſpeciali nomine ſcripta ſunt, generaliter per unanimitatis tuæ ſollicitudinem in univerſorum Fratrum noſtrorum notitiam perferantur.*

VI. Liquet igitur (ita robuſtiſſime, ut credit argumentatur Eccleſia Hiſpalenſis) Primatem eo anno Hiſpaniam non habuiſſe, cui negotium illud committeretur; honoreſque, ac poteſtatem Metropolitarum nondum fuiſſe conſtitutos; Divus enim Siricius Himerio ſcripſiſſet, ut Hiſpaniarum Metropolitas ſuarum compotes redderet literarum, quæ rurſus ab eiſdem communicarentur cum Suffraganeis, juxta ſanctiones Sacrorum Canonum; qui tametſi publicati erant in Hiſpania, tamen hauddum executioni mandati fuerant.

VII. Quarto demum comprobat Concilii Toletani primi auctoritate, quod fuit habitum anno 400. a novemdecim Præſulibus, præſidente Patruino, qui, prout ſacri ejus conventus Præſes, hunc in modum orditur: *Mihi autem placet* Pag. 65. n. 65.

con-

conſtituta primitus Concilii Nicæni perpetuo eſſe ſervanda, nec ab iis eſſe recedendum. Indicium, ait, Eccleſia Hiſpalenſis nondum executioni mandatos fuiſſe Canones Nicænæ Synodi ullis in Hiſpaniarum provinciis, ac proinde Metropolitarum auctoritatem non eſſe id temporis conſtitutam: quare initium ſumit a proponendo Nicænæ Synodi conſtitutionum obſervantiam. Verum quia Garſias de Loayſa hunc Patruinum tradit Toletanum eſſe Præſulem, idcirco addit Hiſpalenſis Eccleſia, conſtare ex D. Innocentii epiſtola, quam P. Sirmondus eruditiſſimus in lucem protulit, exhibetque Conciliorum tomus alter ex recenſione Labbejana, Patruinum fuiſſe Præſulem Emeritenſem, ſecutus Sirmondi laudati opinionem, cujus frequentiſſime a nobis mentio facta eſt.

VIII. Quam Sirmondi opinionem religioſe adeo ſectatur Hiſpalenſis Eccleſia, ut nos admonere non dubitet; liquido ex auctoris hujus animadverſione conſtare, quod conſulto prius deinde mature facto ſit opus, ut de vetuſtis adeo rebus inſtituatur ſermo, quorum in cognitionem perquam raro conjectura nos ducit; quum præſertim quod affirmavimus, impenſe nitimur comprobare; omnia enim novam induunt faciem, quando ſummum eorum ſtudium nos tenet. Jam vidimus quam neceſſe habuerit ipſa conſultrix laudabilis Conſilii ſui, & juxtà quam parum faciat cum re præſenti; quanquam Sirmondi obſervatio eruditis non paucis maximi momenti fuerit. Vide quæ capite decimo ſecundæ partis a num. tertio diſputavimus.

Sup. p. 2. c. 10. num. 3.

IX. Paragraphum quintum quatuor hæc argumenta comprehendens his claudit verbis; quæ quoniam ſemel cœpi latine tantum afferam: Conſtat igitur, ait, tum ex hac Synodo, tum ex Divi Innocentii primi literis, Canones Nicæni Concilii executioni nondum fuiſſe mandatos in Hiſpania Redemtionis anno 400. proindeque Epiſcopos Matricium, quas dicunt civitatum auctoritate, atque juriſdictione Metropolitarum minime fuiſſe præditos; pariterque conſtat Patruinum non Toletanum, ſed Emeritenſem Epiſcopum fuiſſe, atque in Toleti urbe Primatem haud extitiſſe: non enim credibile eſt Præſulem tunc Toletanum Aſturium, qui ſexto loco ſubſcripſit, alienæ provinciæ Epiſcopo conceſſiſſe præeminentia domi propriæ. Omnia hæc Hiſp. Eccleſia.

X.

Digitized by Google

X. Hiſce argumentis, ut patet, rectà eo collimat, ut antiquitus, quinque ſcilicet primis ſeculis, comprobet Toleti Primatum exiſtere nequiviſſe: ea vero ſunt adeo levia, ut facili negocio refelli poſſint; quin etiam ipſorum nonnulla ex ſe concidant, quia labili admodum hærent fundamento. Primum ſane, quod non Eccleſia Toletana, ſed Carthaginenſis fuerit Metropolis, tumquum Metropolitæ in Hiſpaniarum Eccleſiis inſtituti fuerunt, non modo diluimus ſupra; ſed contra luculentiſſime docuimus Carthaginenſem Eccleſiam fuiſſe nunquam, Toletanam vero ſemper totius provinciæ Carthaginenſis Metropolim fuiſſe. Quidnam eſſet cauſæ, cur Toleti Metropolis Eccleſiaſtica poneretur, dum ſecularis haud dubie Carthagine olim foret, quæri poteſt, & exemplo propoſito diſcrimen omne amoveri.

XI. Exemplum ſuppetit ab Arelatenſi civitate, ubi, Petro Marca Pariſienſi Archiepiſcopo teſte, Metropolitana dignitas, quod ſpectat ad Eccleſiaſticum Ordinem, fuit, priuſquam ab Imperatore Honorio ibidem ſecularis poteſtas coſtitueretur, ut jam diximus, modo autem ipſius Archiepiſcopi verba producimus: *In ea*, inquit de Honorii quadam conſtitutione ſermonem habens, *Imperatorem Arelatem Metropolim in Ordine Civili appellare, ob Præfecturæ Sedem; in Ordine enim Eccleſiaſtico Arelas dignitate Metropoleos potiebatur a longiſſima conſuetudine.*

Marc. lib. 1. de Marc. Hiſpan cap. 16. n. 3. cit. part. 2. c. 9. n. 34.

XII. Exemplo jam præmiſſo experiendum mihi eſt, num ratio aliqua non contemnenda afferri per me valeat. Si Carthaginenſis Metropolis perinde in Civili olim Ordine, atque poſtea in Eccleſiaſtico extendebatur, certe Dioeceſes non paucæ a Carthagine maximo intervallo erant diſſitæ: Carthago enim quum ſita eſſet in extremo provinciæ, valde diſtaret neceſſe erat a Sedibus Epiſcoporum aliis e regione poſitis. Contra vero ſi Toleti Metropolitana Sedes conſtituta eſſet, utpote quæ urbs totius in provinciæ umbilico extat, commodiori loco cunctis Epiſcopis ſita fuiſſe videretur. Huc accedit, quod mihi perquam veriſimile eſt, primos eos tercentum annos Epiſcopum fuiſſe nullum Carthagine, nam Illyberitanæ Synodo, in qua multorum opinio eſt diviſionem Metropolitarum Sedium factam eſſe, Carthaginenſis Præſul non adfuit, nec ejus mentio ulla fit: quum-

Conc. Illyberitan.

Ppp que

que non defuerit Eliocratenſis Epiſcopus Succeſſus, qui decimo ſeptimo loco ſubſcribit, credibile eſt, Carthagine nondum Epiſcopum extitiſſe. Enimvero a fide abhorrere videtur, duabus in proximis urbibus, nempe Carthagine, & Eliocratæ duos Præſules habuiſſe Cathedram, præſertim quo tempore Chriſtianis infenſiſſimæ gentes, tum antea immaniſſime perſecutæ illos fuerant, tum hactenus inſectabantur: quando enim coacta fuit ea Synodus, Diocletiani adhuc perſecutio graſſabatur, ut docet Card. Aguirre. Huic per me allatæ rationi ſi adjungas memoriam extare nullam Carthaginenſis Epiſcopi multos inde annos; argumentum mihi videtur non leve ad aſſerendum, quod conjecturâ duntaxat auguramur.

XIII. Neque inſuper credenda eſt urbs Toletum parva ea urbs fuiſſe, quam ſibi vult Hiſpalenſis Eccleſia, ac nullius pene nominis, quando Catholica fides annuciabatur Hiſpaniis. Profecto conſtat Dacianum Præſidem ex omnibus quos Diocletianus, & Maximianus Imperatores habuerunt facile crudeliſſimum, cui ad Chriſtianam evertendam Rempublicam Hiſpania provincia commiſſa fuit, in Peninſulæ præcipuis urbibus Tribunal conſtituiſſe, uti Barcinone, Cæſarauguſtæ, Valentiæ, & Emeritæ; ea ſiquidem loca erant ad Chriſtianos arceſſendos, tormentiſque debiles perterrendos, necnon ad Idololatriam reducendos maxime opportuna. Prætcrea quum iiſdem in urbibus eſſent Præſules, qui & exemplo, & exhortationibus ad conſtantiam in perferenda vi tormentorum alios inflammabant, facile poterant eoſdem captos Epiſcopos exquiſitis torquere cruciatibus, vitaque exuere; aut ſaltem e conſpectu ovium abducere, fortaſſe etiam conſtantiam eorum infringere, uti de Baſilide Emeritenſi Epiſcopo docui factum eſſe.

XIV. Id unum ſpectavit Dacianus, quum venit Toletum. Quando autem conſtat quam inſignes, ac celebres laudatæ urbes forent, quidni Toletum iiſdem accenſeatur? Addendum præterea, quod Romani hac in urbe Circum maximum habuerunt, cujus vel hodie extant rudera in campi æquore nobis *la Vega*, ubi Romæ inſtar celeberrima fiebant ludicra, & beſtiæ aſſervabantur quibus reos objicere moris erat, quo mortis genere Martyres non pauci fuerunt ſublati; quorum aliquos Martyrologia memorant, & Eccle-
ſia

ba Toletana ſtatis diebus veneratione proſequitur. Quamobrem velit nolit Eccleſia Hiſpalenſis, vel 190. annos ante Chriſti adventum Toletana civitas haud dubie celebris in Hiſpania erat. Videſis Doctorem Piſa, & Comitem de Mora. Quamobrem, tametſi Carthagine primo conſtitutus Præſes fuit, biſcentum poſtea lapſis annis æſtimationem Toletanæ urbis eſſe auctam nihil mirum. Forte etiam Præſes Toletum ſe ſuumque Tribunal contulerit ab urbe Carthagine. *Mem. pag. 55.*

XV. Tradunt hiſtoriæ noſtræ, quibus objicere nihil poteſt Eccleſia Hiſpalenſis Toletanorum mœnium ambitum, quibus aut cinxerunt urbem, aut cinctam Romani receperunt, uſque ad Vvambæ Regis tempora, qui novis eamdem mœnibus cinxit, antiquis minime loco motis, ampliavitque ædificiis longe pluribus, arcibuſque novis excitatis. Utrorumque ſuperſunt rudera, extantque adhuc veterum mœnium portæ, vulgo *de el Cambron*, quæ cum Divi Auguſtini Monaſterio conjungitur, inſignia urbis affixa, uti cernere oculis poteſt quicumque vetuſtatis amans Toletum ſeſe conferat.

XVI. Quæ quum ita ſint animadverto. Gothorum tempore Leovigildus Aulam conſtituit in urbe Toleto, atque ibidem ſpatio centum annorum nullo diſcrimine perſiſtit abſque ullo incremento. Aliquot enim lapſi anni ſunt ſupra centum a Leovigildo, cujus Regni primordia Redemtionis anno 568. fuerunt, ad Vvambam, qui anno 672. fuit inauguratus. Omne igitur quidquid Eccleſia Hiſpalenſis Toleti urbis amplitudini conatur detrahere, nunquam poterit evincere, quod prædicationis tempore Divi Jacobi, ac Principis Apoſtolorum, qui ambo noſtram illuſtrarunt provinciam, Toletum incolis infrequens fuerit, quò non undique Hiſpani confluerent, proindeque in Eccleſiaſtico ordine facile poſſet fieri Metropolis, quantumvis libet in civili non eſſet. Afferre ſuperſedeo quæ tradunt Didacus de Caſtejon, Alcocerius, Comes de Mora, aliique quamplures; argumento enim diluendo ſunt ſatis, ſuperque ea quæ tradidi, de quibus dubitari omnino non licet.

XVII. Quibus quatuor argumentis Eccleſia Hiſpalenſis probare nititur propoſitionem ſuam, fundamento ea hærent nullo. Primum leve nimium eſt. Certo certius po-

pono quidquid ipſa autumat conjicitque; ac proinde nullus dubito, quin Oſius Cordubenſis Epiſcopus aliquot poſt annos a Concilio Nicæno, ac Sardicenſi in Hiſpaniam venerit, Synodumque coegerit anno circiter 356. in urbe Corduba, quo advocatus fuerit Præſul Hiſpalenſis cum cæteris Hiſpaniarum Epiſcopis, & etiam Epiſcopus Toletanus. Omne id autem Oſius ut præſtiterit, necnon Concilio præfuerit, tamen ne minimus quidem eſt arguendi locus, quod neque Hiſpalenſis Metropolita eſſet, nec Toletanus Primas, forent ii hac dignitate præditi, necne, per id tempus. Qua de re ut conſtet liquido, inſtructione alia non indigemus, quam quæ frequenter ab Eccleſia Hiſpalenſi nobis traditur, quæ unà cum aliis non paucis affirmat, id quod in dubium non auſim revocare, Divum Leandrum præfuiſſe Concilio Toletano tertio, quod veriſimile eſt ab eodem Præſule coactum eſſe. At enimvero quînam fieri poterat, ut ipſa in urbe alieni Metropolitæ (de hoc certe nullus ambigendi locus eſt) ejuſque in oculis congregaret Synodum, eique præeſſet? Non multi operis eſt ſolutio: quia ſcilicet Sanctus Archiepiſcopus Romani Pontificis erat Legatus, uti teſtantur, qui præſediſſe ipſum affirmant, nobiſque non improbatur. Quod ſi ergo Eccleſia Hiſpalenſis affirmat Oſium, tanquam Legatum Pontificis id coegiſſe Concilium; quid, malum! e tenebris lucem conatur eruere, dum Solis radiis circumfunditur.

XVIII. Sed ab Oſio ut non diſcedam, ratio patet ex eodem ipſiuſmet exemplo. Et ſane Oſius Concilio Nicæno præſedit, quô tot Præſules ſanctitatis, ac virtutis laude præſtantiſſimi, omneſque propemodum ex Oriente convenerunt; etenim ex Occidente pauci admodum eam ad Synodum graviſſimam ſe contulerunt. Quæ quum ita ſint, quare igitur Præſul exterus Concilio præſidet? Quare Sanctiſſimi illi Patres id patiuntur, quum præſertim de re agatur, quæ contra illos facit? Ratio eſt, qua objecta quælibet poſſent dilui, quod ſcilicet Oſius Divi Silveſtri Legatus erat; Legati vero Pontificii auctoritas, cui ejuſdem Pontificis erant vices in mandatis, quum Synodo præeſſet ejus nomine, ita erat perſpecta; ut Præſulum quorumcumque, vel Patriarcharum Alexandrini, & Antiocheni, qui tanta hac poteſtate tum ſoli erant præditi, jus omne, atque auсto-

ctoritatem excelleret: itaque tanquam Pontificis gerens vices, parteſque agens, Præſulibus quibuſcumque congregatis in Synodo præſidebat, ac præerat. Id Nicæno in Concilio Oſius præſtitit, prout Pontificius Legatus: & juxta in Cordubenſi, quo potuit pro ſua auctoritate Hiſpalenſem Epiſcopum quantumlibet Metropolitæ auctoritate præditum, & Toletanum, quantumvis Primas Hiſpaniarum ab omnibus haberetur, convocare; Oſii quippe auctoritas cuicumque aliorum auctoritati præibat.

XIX. Exemplum aliud proferam ad cap. 6. primæ partis per me allatum. Agatho Pontifex convocavit Synodum ipſa in urbe Conſtantinopoleos Oecumenicam ſextam. Huic Patriarcha Gregorius adſuit, quem nemo verum, ac legitimum Patriarcham detrectabat, uti ſupra eſt demonſtratum. Ecquis autem Concilio præfuit? Num Gregorius? Haud ſane. Num Præſul alius niſi auctoritatis tam eximiæ, ſaltem adeo illi proximæ, ut cum Patriarcha æquaretur? Nil minus. Agatho tres miſit Legatos, eorumque nullum Præſulem, duo enim Theodorus, & Gregorius erant Presbyteri, tertius Diaconus, Joannes nomine. Hi autem propria in Patriarchæ Sede, ac domo, omnium in Concilii Patrum oculis, ac frequentiſſimi populi locum Patriarchæ occupant duo meri Presbyteri, & Diaconus? Maxime id quidem. Quin etiam tribus iis certe viris, utut non Epiſcopis, auctoritas major erat quam ipſi Patriarchæ; etenim iidem tametſi ne infimo quidem cum Epiſcopo per ſe comparandi erant; tamen, quatenus partes agebant Pontificis, præclariſſimam Patriarchæ poteſtatem anteibant. Quamobrem Cordubenſi Concilio præſediſſe Oſium Apoſtolicæ Sedis Legatum, nonniſi leviſſima cauſa eſt, cur Epiſcopus Hiſpalenſis minime Metropolita, & Toletanus haudquaquam fuiſſe Primas dicantur.

Part. 1. cap. VI. num. 12.

Ibi cap. 14. n. 8.

XX. Si, quod nonnulli tradunt ſcriptores, affirmare velim, Phitadium fuiſſe Archiepiſcopum Toletanum, non modo ſatis per me argumento erit factum, at evidenter comprobatus, Cæſarauguſtani Concilii exemplo, Eccleſiæ Toletanæ Primatus. Etenim in aliena provincia tum Synodum congregarat, tum eidem præſederat, ut patet ex eo quod primus omnium recenſetur: cui etiam ſententiæ ſuffragatur quod ait Eccleſia Hiſpalenſis; congregatos nem-

pe Præſules ex alienis diſſitiſque provinciis eſſe profectos: cui quidem Synodo idcirco ni fallor ex ſe non adſuit Himerius Tarraconenſis Epiſcopus, quia eidem præeſſe non poterat. Quoniam vero Maximi, Flavii Lucii Dextri, Juliani Perez, aliorumque horum ſcriptis inhærentium, auctoritates adhibere religio eſt, ut ajebam capite primo, inſtare nequeo huic reſponſo. Quamobrem, eſto, Phitadius & Delphinus Gallorum Præſulibus bono omine accenſeantur. Himerium vero Epiſcopum Terraconenſem undenam didicit Eccleſia Hiſpalenſis, per ſuum Vicarium non ad fuiſſe? verba ejus audienda: *Porque no lo fue Valerio Obiſpo de Zaragoza que firma en lugar nono.* „ quia Vicarius ejuſdem „ non fuit Cæſarauguſtanus Epiſcopus, qui nono loco ſub- „ ſcribit. Euge, belle: itanevero? Annon fieri potuit, ut, præter Cæſarauguſtanum Præſul alius vices Tarraconenſis geret, atque ita Concilio præforet? Quid? nonne potuit Phitadio quantumvis Gallo Epiſcopo committere, ut ſuas ageret partes, quum per ſe adeſſe non poſſet? Id profecto quemadmodum factum eſſe non aſſerimus, ita fieri potuiſſe non negamus, neutram quippe in partem ratio ſuppetit: eaque tempeſtate qui priori, poſteriorive ſubſcriberent loco, majorem minoremve auctoritatem non indicabat, ut capite decimo eſt demonſtratum.

Sup. part. 2. c. X. num. 7.

XXI. Alia inſuper Eccleſiæ Hiſpalenſis cauſa ſuppetit, cur Himerius Metropolita id temporis non fuerit: ait enim: *Si Himerio tuviera en eſte tiempo autoridad de Metropolitano, el Concilio no ſe huviera celebrado en Zaragoza.* „ Si Metropoli- „ tæ auctoritate Himerius fuiſſet tunc præditus, Cæſarau- „ guſtæ coactum non eſſet Concilium. Quæ quidem ratio quum tanti ſit Eccleſiæ Hiſpalenſi, miror, non fateri eumdem, quod Tarraconenſis Eccleſia ne anno quidem 691. eſſet Matropolis; eo ſiquidem anno Cæſarauguſtæ Concilium eſt habitum: eademque ratione conſtante, fatendum erit, Veram tum Præſulem Tarraconenſem non fuiſſe Metropolitam; ſi enim ſecus eſſet, Cæſarauguſtæ Synodus haud coacta foret. Quapropter apertum eſt quam levi nititur fundamento Hiſpalenſis, ut Himerium demonſtret Metropolitam non fuiſſe, tumquum primum Cæſarauguſtæ Concilium eſt celebratum. Quin etiam de levitate hujus rationis clarius patet, quam reſello; namque Tarraconenſis Metropolita

lita præter hanc, Synodos minimùm octo extra Tarraconem convocavit. Joannes Tarraconenſis Metropolita Gerundæ habuit Concilium anno 515. Sergius Barcinone anno 540., aliudque poſtea Ilerdæ 546. Artemius coegit Cæſarauguſtæ Synodum anno 592. & iterum Faventiæ 598. Aſſiaticus celebravit Synodum Barcinone; Euſebius aliam Egaræ nunc tenui oppidulo vulgo *Terraſſa* anno 614. Aliud demum Concilium eſt celebratum Cæſarauguſtæ anno 691. quo tempore quis eſſet Metropolita, licèt non innoteſcat, Vera tamen ſortaſſe fuerit, quem patet fuiſſe Tarraconis Præſulem anno 693. Quæ quum ita ſint, quam levi fundamento nititur, qui Tarraconenſem Præſulem idcirco negat fuiſſe Metropolitam, quia prima Cæſarauguſtana Synodus extra ipſius Metropolim fuerit congregata? Et quoniam e Præſulibus nullus qui ſubſcribunt, Sedis ſuæ mentionem facit, ſententiam hanc affirmare, & negare perinde eſt.

XXII. In literis per Siricum ad Himerium traditis penitiſſime animum defigit Eccleſia Hiſpalenſis, ut tertium inde argumentum eliciat, cæterum quicumque Memoriale id coagmentaverit, bona ejus pace dixerim, epiſtolam totam non legit, multa ex induſtria præteriens, nonnulla autem ad rem ſuam aptiſſima decerpens; itaque minutam ejus diligentiam latuit quod negotium ſibi faceſſere potuiſſet; quare præclara ea noxa ſe minime implicaſſet proferendi ſententiam, re, ut par erat, minime explorata, atque perſpecta, neque ſecus atque tradit epiſtola affirmaſſet; quam rem Juriſconſultus Celſus belliſſime diſtrinxit, inquiens: *Incivile eſt, niſi tota lege perſpecta, una aliqua particula ejus propoſita, judicare.* Idque apprime contigit Eccleſiæ Hiſpalenſi, quæ proponit argumentum, ut retur firmiſſimum, comprobandi cauſa, quod Himerii Præſulis Tarraconenſis tempore, ac Siricii Pontificis Metropolitæ in Hiſpania non fuerint. *Leg.24.ff.de Leg.*

XXIII. Argumenti hujus confutatio ita erit perſpicua, ut nullus ambigendi locus remaneat: duciturque eâdem ex epiſtola Siricii ad Himerium. Ad percontationem, ſeu caput octavum Himerii Summus Pontifex ita reſpondet: *Dicimus etiam licenter, ac libere exploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numeroſa coniugia, ad præſatas dignitates, prout cuilibet libuerit, aſpirare. Quod non tantum illis, qui hæc* *S.Siric.ep.ad Himer.*

im-

immoderata ambitione pervertunt, quantum Metropolitanis, ſpecialiter Pontificibus imputamus; qui dum inhibitis auſibus connivent, Dei noſtri, quantum in ſe eſt, præcepta contemnunt.

XXIV. Liquido hinc patet, Metropolitas minime in Hiſpania id temporis defuiſſe. Himerius queritur, apud Pontificem, tempora moreſque Hiſpaniarum, dum non ſolum homines æſtimationis non integræ, ſed etiam Bigami, hac duntaxat de cauſa, ut ſuæ ipſorum ambitioni ſatisfacerent, ad Sacros Ordines, immo & ad Epiſcopi dignitatem aſpirabant. Pontifex vero reſpondet, magnum quidem eos homines facinus perpetrare, at longe majus peccare Præſules, potiſſimum Metropolitas eorum cupiditati minus Catholicæ conniventes. Enimvero, niſi certum teſtatumque eſſet Siricio Metropolitas in Hiſpania reperiri, quomodo eorum damnaret indulgentiam, qua ambitioſos illos dignitatibus ſtudentes ferebant? Quæ quidem verba Pontificis ſi expendantur, palam eſt Metropolitas ab eo magis incuſari; quum enim nullus ordinari Epiſcopus niſi per provinciæ Metropolitam poſſet, ipſi tribuendum vitio erat, ſiquis dignitatem immerens aſſequeretur, quam audaci ambitione quæſiviſſet. Quum igitur Siricius Epiſcopos, maxime autem Metropolitas culpandos apprime cenſeat, quod ſpectat ad corruptelam ei per Himerium ſignificatam, quin Metropolitæ ea tempeſtate in Hiſpania fuerint dubitatio nulla eſt: ejuſdemque præſidio epiſtolæ, quam Eccleſia Hiſpalenſis potiſſimum jactat ipſamet laceſſens vincitur. Quare adamuſſim illi convenit dictum Claudii Mamertini, quod protuli in prima hujus operis parte.

Par.1.c.3.n.10.

XXV. Manifeſtæ huic rationi objici nihil jure poteſt; & quamvis ad cavillationem ſubdolum ſeſe vertat ingenium; argumentatio tamen procedet omnino nunquam. Animadverto ab Hiſpalenſi Eccleſia eſſe dictum, Himerium petiiſſe conſilium a Damaſo Pontifice, cauſas afferendo tum difficilis Romanam ad Sedem aditus, tum Hiſpaniarum Epiſcopos congregari non poſſe tam ob ingruentia bella, quam ob capiti ſubordinationis defectum. Ex his cauſis nulla, ut videtur, movere Himerium potuit, ut ſuis in rebus dubiis ab Apoſtolica Sede conſilium peteret. Et ſane prior cauſa non procedit; ſi enim aditio fuiſſet Romam difficilis, erat potius, cur minime a Pontifice Conſilium peteret. At

re-

revera id temporis alia nulla extitit difficultas, præter longitudinem viæ: præterea quindecim poſt annos, quum teterrimis, & crudeliſſimis Hiſpania bellis longe lateque affligeretur, Synodus tamen Toletana prima Epiſcopum potuit Romam mittere conſilium petitum a D. Innocentio; contra vero Himerii tempore, quum Hiſpania omnis Octaviana, ut dicam, tranquillitate uteretur, adeo interclusa itinera Romam fuerint.

XXVI. Quinquennio ante, Hiſpalenſes Epiſcopi convenerant in urbe Cæſaraugusta; legeſque ſanctiſſimas tulerant, corruptis moribus, ac diſciplinæ collabenti obviamituri, Priſcilliani ſectam damnantes. Bella nondum ulla fuerant excitata; quinti enim ſeculi primordia, Hiſpalenſi Eccleſia teſte, moveri ſunt cœpta. Quid igitur tres eæ cauſæ ſibi volunt, quas Memoriale comminiſcitur, cur Himerius Divi Damaſi conſilium inierit, Pontifexque Siricius ſententiam expreſſerit ſuam? Capiti ſubordinationis defectus pro certo hic habetur, circa id enim tota vertitur controverſia. Hoc ſcilicet probandi genere quodcumque inſtitutum confirmari facile poteſt; viri tamen prudentes probandi hoc genus rejicient; totoque Cælo aberrans a veritate collectio erit, quæ levi adeo nititur fundamento.

XXVII. Quare Himerio mandatum potius fuerit, ut Pontificias has literas cum Hiſpaniarum Epiſcopis communicaret, quam cum Metropolitis, ut ſuos quiſque Suffraganeos faceret earum compotes, juxta Canonicas Conciliorum Sanctiones, conjicere prudentia eſt, affirmare autem audacia: quum enim hujus rei cauſa non poſſit dici Metropolitarum in Hiſpania defectus, quos vere fuiſſe literæ eædem Siricii teſtes ſunt, aliam oportet rationem excogitare. Quæ adduci videtur poſſe, nec levi nititur fundamento, ipſis nempe Siricii literis, eſt eorumdem Metropolitarum negligentia, & ignavia, quæ ita diſplicuit Sancto Pontifici, ut eam ob rem iiſdem præſertim vitio verterit collapſam diſciplinam, quemadmodum num. 23. demonſtravimus. Quumque intelligeret, quanti momenti eſſet cum omnibus Epiſcopis per ſe decreta, ac ſancita communicare, provinciam hanc noluit tantæ levitatis hominibus, qui proprio Paſtorali muneri indormiebant, demandare: duxitque optimum Himerii curæ, ac ſtudio ardenti committere, qui quam rerum omnium

ſatageret, ut medicam adjungeret manum labefactatæ diſciplinæ locupletiſſime teſtabantur ipſius literæ ad Summum Pontificem dubia omnia complectentes, quorum ſolutio ad Apoſtolicam Sedem pertinebat. Præterea ſi Himerius epiſtolam ſcripſerat, eidem certe reſcribenda alia fuit. Neque dubium eſt, quin multum inde honoris eveniret Himerio, quod Sancti Pontificis ſententiam tot cum Præſulibus communicaret; ita enim toti quam late patet orbi ejus ſtudium ardens in Religionem, Eccleſiæ legibus obtemperatio, morumque depravatorum emendatio, ſummam per Himerii laudem innotuiſſet.

XXVIII. Equidem tota in Siricii epiſtola ne verbum quidem ſum nactus, quo Pontifex cauſam eſſe dicat, cur Himerio committat munus communicandi cum omnibus Præſulibus provinciarum Carthaginenſis, Bæticæ, Luſitanæ, Gallœciæ, ac finitimarum quod literis ipſe reſpondet, majorem ordinationis antiquitatem. Neque enim Pontificis literis, neque ullo conſtat monumento, Tarraconenſem Epiſcopum Himerium fuiſſe antiquiorem tota in Hiſpania, finitimiſque provinciis. Antiquum eum eſſe Præſulem literæ illæ tradunt, antiquiorem non tradunt. *Pro antiquitate*, inquiunt, *Sacerdotii tui*: non autem, *pro majori*. Te hanc epiſtolam cum Præſulibus communicare erit utilius, & pro tui Sacerdotii antiquitate tibi valde honorificum, ait Siricius. Verum ut fatear, ex his verbis quomodo inferri poſſit non intelligo, quod Himerio tanquam Præſuli antiquiori committitur, ac demandatur ut decretum edicat. Quocirca, quum ratio iſtæc afferri nequeat, ac Siricii teſtentur literæ quod ſupra luculenter docuimus, Himerii nempe ævo in Hiſpania Metropolitas non defuiſſe; eadem ſane ratione defendi non poterit, ut Eccleſia Hiſpalenſis contendit, Metropolitas in Hiſpania non fuiſſe auctoritate, atque juriſdictione ipſorum propria, Himerii tempore. Itaque machinamenta oppugnatoris corruunt, quibus nititur Toletanæ Eccleſiæ Primatum diruere.

XXIX. Ad quartum argumentum parum reliqui eſt quod dicamus; variis quippe in locis diximus multa, quæ ſatis ſuperque illud rejiciunt. Jam vidimus argumenti imbecillitatem, quod ex D. Innocentii primi epiſtola ad Toletanum Concilium ſcripta duxit Eccleſia Hiſpalenſis, negan-

Sup. part. 1. cap. 10.

gandi cauſa, Patruinum illum, qui primo loco ſubſcripſit, Toletanum Archiepiſcopum fuiſſe; affirmandique, quod idem ea tempeſtate fuerit Præſul Emeritenſis. Neque ulla extat difficultas ab eruditiſſima Jacobi Sirmondi obſervatione, cui Auctores Hiſpani graviſſimi, quos laudavimus, abunde ſatis reſponderunt. Quod potiſſimum demonſtrare contendit hoc loco Hiſpalenſis Eccleſia, eſt; quod nempe Concilii hujus tempore nondum ſingulis in Hiſpaniæ provinciis Metropolitæ plenam adepti erant juriſdictionem; quæ autem Patruini affert verba ad rem probandam, ſecus ſeſe habent: & tametſi contrarium aperte non evincunt, tamen in id videntur magis prona. Eadem Patruini verba ſic ſe habent: *Soy de parecer, que los decretos de el Concilio Niceno ſe guarden perpetuamente, y que de ellos nadie ſe debe apartar.* „ Sentio decreta Nicænæ Synodi perpetuo ſervari oportere, „ eorumque nihil negligendum eſſe. Quæ verba interpretari poſſumus tam de admiſſis, quam de non admiſſis Concilii decretis; quî enim illatio certa poteſt duci ab antecedente, quod æque hinc atque in contradictorium propendeat?

XXX. Ratio hæc loquendi non obſcure videtur innuere admiſſos jam in Hiſpania eſſe Concilii Nicæni Canones: decreta enim legeſque veteres ut perpetuo ſerventur edicere, priſtinam potius earumdem auctoritatem inſtaurare eſt, quam novam iiſdem conciliare, quod alteram ſententiæ partem videtur adſtruere: *Nihil ſejungendum a decretis per Nicænam Synodum*. Id enimvero pro certo habeo, quod nihil a loco, re, perſona ſejungi poſſit, quod olim conjunctum non fuerit. Quare quum Patruinus nil ſejungendum eſſe dicat a Nicæni Concilii decretis, verbis ejus antiqua potius legum obtemperatio inſtauratur, quam nova inſtituatur. Itaque ex Memorialis argumentis nullum labefactare poſſe judico vetuſtatem Primatus Eccleſiæ Toletanæ, quam Garſias de Loayſa, qua eſt eruditione, ingenio, ſapientia, comprobare, & Eccleſia Hiſpalenſis contra nequidquam perſuadere, contendunt.

CAPUT II.

Confutantur alia duo Argumenta Memorialis.

SUMMA CAPITIS.

I. Primatus *Toletanus perinde atque affirmari non poteſt argumentis certis, negari non poteſt rationibus ſatis firmis.*

II. *Pallii honor non importat Pontificias vices; exemplis comprobatur.*

III. *D. Leander Pallium obtinuit a D. Gregorio, non autem vices Pontificias.*

IV. *Quidquid Memoriale ait de Sacro Pallio nihil promovet contra Toletanum* Primatum.

V. *Memoriale objicit quod Archiepiſcopus Compoſtellanus quinquennio ante inſtitutus Metropolita etiam poſt* Primatum *reſtitutum ab Urbano II. præſedit Nationali Synodo Palentinæ, cui interfuit Toletanus Præſul.*

VI. VII. VIII. *Negatur inſtitutio tam recens Metropolitæ Compoſtellani, quem pariter demonſtratur non præſediſſe Palentinæ Synodo.*

IX. *Verba ipſa ejuſdem Synodi evincunt præſediſſe Raymundum Toletanum* Primatem.

X. *Idem evincitur ex Actis omnibus laudati Concilii.*

XI. *Compoſtellanus Præſul non erat Legatus, nec præſedit: itaque non audiendus hac in re Mariana ſecus docens.*

XII. *Toletani* Primates *etiam ordinatione recentiores Conciliis Nationum præſunt.*

XIII. XIV. *Si Archiepiſcopus Compoſtellanus fuiſſet Legatus Pontificis, jure præeſſe poterat Concilio, etiamſi in Toleti urbe celebraretur.*

I. QUanquam, ut ſæpe jam dixi, non noſtri inſtituti eſt docere, quod Eccleſia Toletana ipſis ab Euangelicæ prædicationis primordiis, Primatiali dignitate glorietur: argumenta enim ſatis firma non ſuppetunt ad tantam vetuſtatem invictiſſime comprobandam; quum neceſſe habuerimus Decretales Pontificum, quæ tribus e primis ſæculis extant, ab contentione iſta rejicere, ſimulque monumenta Veterum, quæ Critici dictitant recentiorum commenta, ex quibus peti quidem poſſent argumenta certa præſtantiæ, vetuſtatis, & conſtantiæ Primatus in Toletana Eccleſia; tamen, ita Deus me amet, ne in contrarium quidem argumenta reapſe exiſtunt, quantum videre licuit. Quamobrem ſatis per me factum non obſcure videtur ſuperiori ca-

capite iis, quæ Hiſpalenſis objecit, mihique perſuaſiſſimum eſt nihil ultra deſiderari poſſe ad penitus diluendas Memorialis machinas. Proponam impræſens duo ejuſdem Eccleſiæ Hiſpalenſis argumenta, quibus inſtitutum ſuum firmiſſime roborari opinatur; demonſtrare pro virili nitens, quod ne temporibus quidem minus remotis, tam ante calamitates Hiſpaniæ, quam poſt inſtauratam urbem, Primatus Toleti extiterit: Alia præterea argumenta faciam reliqua pro inſequentibus capitibus; namque ea quum recèns fabricata ſint ab eadem Hiſpalenſi Eccleſia, reſponſionis indigent præclarioris.

II. Immane conficit argumentum parte altera Memorialis ſuper ſacro Pallii ornamento a Divo Gregorio miſſi ad Sanctum Leandrum: ejuſque conficiendi gratia quam multa de ſacro illo ornatu conſarcinat, ex quibus pro antecedenti poſitis, conatur inferre, quod tota illa vetuſtate Primas in Hiſpania non fuerit. Quum vero antecedens plures, atque evidentes patiatur exceptiones (multa enim, quæ Memoriale præſefert tanquam certa, & minime dubia, incerta ſunt, uti tradidimus parte prima ab eruditiſſimo Petro Joſepho Cantelio Societatis Jeſu edocti, idque hic tanquam abs re omittimus) certa fieri non poteſt illatio. Si autem quæ Eccleſia ipſa Hiſpalenſis tradit pleraque eorum pro certis haberemus, legitime contrarium inferri poſſet. Si E. G. pro certo haberetur Archiepiſcopi nomen fuiſſe cum Pallii honore conjunctum; ſiquidem Proficius Emeritenſis Præſul vel ante id temporis Archiepiſcopi nomen obtinuit: dum in Emeritenſi Concilio, quod fuit habitum octavo Idus Novembres anno Æræ noſtræ 704. communis autem 666. Archiepiſcopus a Suffraganeis nuncupatur. Si pariter certum eſſet Archiepiſcopi nomini, & Pallio Pontificias fuiſſe vices adjudicatas, neceſſariò inde colligeretur, tum Ildephonſum, tum Proficium Pontificiam geſſiſſe auctoritatem.

Prim. part. c. 7. num. 1.
P. Petr. Joſeph Cantel. ibi.
Part. 1. c. 5. n. 5.
Ibi num. 6.

III. Quas doctrina hæc patitur exceptiones jam docui partis primæ capite ſeptimo, ubi rationibus, & exemplis minime dubiis ejuſdem inconſtantiam comprobavi; quum præſertim conſtet, Divum Leandrum a Divo Gregorio Pallii uſum obtinuiſſe; nec tamen idcirco Pontificias geſſiſſe vices, ut eodem capite monſtratum fuit, atque Mar-

Part. 1. cap. 7.

chio de Mondejar teſtatur. Nonnullos quidem opinio feſellit, nam aliquot verba Lucæ Tudenſis habuerunt, tanquam dicta a Divo Iſidoro, quæ ſententiæ ipſius, neſcio quo auctore ſunt adjuncta, ut Marchio de Mondejar obſervat, unde facile id affirmare potuerunt. Eccleſiam autem Hiſpalenſem opinio hac in re non feſellit, ipſa enim Lucæ laudati verba nunquam Iſidoro tribuit, ſemperque proprio ab auctore mutuatur; atque interpretationis acumine, & conjectura fidem ſe credit poſſe facere, quod Divus Gregorius ſuas vices, & Apoſtolicæ Sedis auctoritatem commiſerit Divo Leandro, hac tantum de cauſa, quod certo conſtet eidem a Pontifice Pallium eſſe miſſum.

March de Mond. Diſſ. Eccleſ.diſſ. 4. c. 3. num. 41.

Mem. 1.part.pag. 32. 2. par. pag.288.

IV. Cæterum, uti capite prædicto oſtendimus incertum omnino eſt, mutuo conjuncta fuiſſe vinculo Apoſtolicas vices, & Pallium, quantumvis enixe id affirmet Eccleſia Hiſpalenſis. Jamque vidimus apertiſſime Pontifices non paucis eſſe Præſulibus impertitos Apoſtolicas vices, ut Salluſtio, & Zenoni Metropolitis Hiſpalenſibus, Pallio eiſdem haud miſſo; & e converſo Pontifices Pallium abſque Apoſtolicis vicibus conceſſiſſe multis Præſulibus, quam rem locupletiſſime teſtantur quæ capite eodem exempla produximus. Quamobrem illa ex coagmentatione tam immani rerum, quas doctiſſima Eccleſia Hiſpalenſis exhibuit de ſacro hoc ornamento, illatio nulla poteſt fieri, quæ Toletanæ Primatum Eccleſiæ in diſcrimen adducat; & multijuga inde potius eruditio deſumitur, quam argumentum ullum ad rem faciens, nempe ad comprobandum, primis decem ſeculis in Hiſpania Primatum non extitiſſe.

Par. 1. cap. 7.

V. Alterum argumentum, quo Eccleſia Hiſpalenſis pugnare, ſeu aliqua ex parte labefactare Toletanum Primatum conatur, vel poſt inſtauratam urbem, eque Maurorum captivitate vindicatam, creatumque Bernardum primum Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatem ab Urbano ſecundo ducit ex Marianæ hiſtoriarum libro decimo. Is refert, Didacum Gelmirez Archiepiſcopum Compoſtellæ, quum Pontificius Legatus factus eſſet, coegiſſe Synodum Nationalem Palentiæ, Præſulibus Hiſpaniæ omnibus convocatis. Quo pariter conveniſſe tradit Abbates, Regni Epiſcopos, eumdemque Toletanum Archiepiſcopum Raymundum, qui tunc erat, multoſque Proceres, Regemque, ac Reginam. Maria-

Mem. par. 3.5.4. n. 55. pag. 373.

rianæ verba ex latina hiſtoria, quæ affert Eccleſia Hiſpalenſis, ſunt hujuſmodi: *Palentiam Epiſcopi, Abbates, & Proceres univerſa ditione evocati, convenerunt. Ipſe etiam Toletanus. Cæterum præcipua auctoritas penes Gelmirum Compoſtellanum erat, jure Legati. Adfuere Rex & Regina.* Sic Mariana. Idque evenit anno 1129. *Marian. lib. 10. cap. 14.*

VI. Addit præterea negari non poſſe, quin Raymundus ſecundus Archiepiſcopus Toletanus, Primaſque tam recens ægre moleſteque tulerit, anteire ſibi Præſulem in Nationali Concilio ſua in provincia congregato, Præſulem inquam, quem tanquam ſibi ſubditum habebat, & ſummùm quinquennio antè Metropolitæ dignitate cohoneſtatum. Multas hic exhibet Eccleſia Hiſpalenſis res incertas; nec parum peccat Marianæ traditionem amplectens; verumtamen hoc dandum ipſi eſt (licèt injurià, ut infra palam erit) quia ſcilicet inſtituto conducebat ſuo adverſus Toletanum Primatum. Ac primo falſum profecto eſt, Compoſtellanam Eccleſiam, quo tempore id Concilium Nationale fuit celebratum Palentiæ, anno ut diximus 1129. non ante quinquennium ad Metropolis dignitatem evectam fuiſſe. Cujus rei argumentum ſuppetit locupletiſſimum. *Ibi n. 56. pa. 374.* *Card. Aguir. to. 3 Conc. 327.*

VII. Anno 1115. Concilium pariter Nationale Oveti coactum fuerat: jamque id temporis Compoſtellanus erat Archiepiſcopus Didacus Gelmirez. Concilio huic præfuit Bernardus Toletanus Archiepiſcopus, Hiſpaniarum Primas, & Apoſtolicus Legatus, ſubſcribitque præ cæteris hoc pacto: *Bernardus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Legatus.* Deinde: *Didacus Jacobenſis Archiepiſcopus.* Tertio: *Pelagius Bracarenſis Archiepiſcopus.* Poſtea Præſules alii duodecim ex aliis provinciis. Quandonam Compoſtellana Eccleſia, cujus Archiepiſcopus erat Didacus, ad Metropolis dignitatem evecta fuerit mihi, ut verum fatear, non eſt compertum: cæterum ambigendi locus haud eſſe poteſt, quin annos ante Palentinam Synodum quatuordecim Metropolis ea eſſet; totidem quippe annorum ſpatium inter 1115., & 1129. eſt interjectum. Concilium hoc affertur ab Aguirre Cardinale tomo tertio Conciliorum, quem videſis, ſumma cum fide per nos citatum invenies.

VIII. Hoc autem docere perſequar vel ſupra expectationem lectoris mei. Et ſane ipſum hoc Palentiæ Concilium,

lium, quo Hiſpalenſis Eccleſia everti contendit, contra quis credat validiſſime adſtruere Primatum Eccleſiæ Toletanæ? Ita quidem ego ſentio: factumque ipſum locupletiſſime teſtatur. Concilium hoc fuit Nationale, idque Memoriale non negat, eique adfuere Præſules, Epiſcopi, Abbates, Proceres, Rex, & Regina, Archiepiſcopus Compoſtellæ Didacus Gelmirez, qui minimùm quatuordecim ab hinc annis erat Metropolita, & Raymundus Archiepiſcopus Toletanus, qui ad ſummum biennio ante ad Toletanam Sedem aſcenderat. Concilio autem quis præſedit? Hauddubie Compoſtellanus Archiepiſcopus Didacus Gelmirez; ita enim Eccleſia Hiſpalenſis tradit Mariana magiſtro, perinde atque clarum & evidens foret ejus teſtimonium. Negare non auſim, graviſſimum hunc hiſtoricum hac in re nobis imponere; tametſi non affirmarem aperte ipſum loqui. Quoniam vero ejus verborum notione inhærere haud conſtitui, at potius hiſtoriæ veritate; agedum ita ſenſerit Mariana, ut Eccleſia Hiſpalenſis tradit. Verumtamen ad eamdem me verto, cujus in verba jurare poſſim; Synodoque Palentinæ Toletanum præſediſſe Archiepiſcopum dico. Idque fidenter adeo affirmo, ut Hiſpalenſem ipſam Eccleſiam ratione audita mecum affirmaturam id eſſe mihi pollicear.

IX. Fiduciam hanc tantam mirabitur fortaſſe aliquis: Teſtis vero id affirmans omni major exceptione eſt; eique refragari poteſt omnium nemo. Synodus ipſamet teſtis eſt: Ipſa quidem Synodo hujus veritatis magiſtra utar; ipſiuſque verba in medium afferam inſtituti mei præclariſſimum argumentum. Ea vero ab eodem Aguirre Cardinali repetam qui Synodum totam affert citato tomo: *Quia in Eccleſia Dei*, ita incipit Synodus, *& in pauperibus Chriſti multa mala fieri videmus, & Regnum Imperatoris noſtri Domini Adelphonſi, Filii Comitis Raymundi, & Reginæ Dominæ Urracæ, a quibusdam pravis hominibus diſtrahi, & minui, & diverſis modis corrumpi dolemus; idcirco ego Raymundus Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, & Primas, ac Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Legatus, una cum Pontificibus, quorum inferius nomina ſcripta eſſe videntur, & Imperatore noſtro Adelphonſo præſente, atque ſavente, firmam unitatis ſtabilitatem inter nos facere ſalubre duximus: qua utique indiſſolubili vinculo caritatis, ſtatuimus, ut deinceps, & virtute noſtræ unitatis, & circa ſalutem Fidelium præjudice juſtitia laboremus.*

Card. Aguir. to. cit. pag. 341.

X.

X. Hoc primo in ingreſſu Synodi unus loquitur Archiepiſcopus Toletanus Raymundus. Is Concilium inchoat, ſe vocans Primatem, & Sanctæ Eccleſiæ Romanæ Legatum, Patreſque ajens convocatos eſſe, ut obviam eant malis multis, quæ in Eccleſia Dei perpetrabantur. Nonne hoc eſt præeſſe Synodo? Negari certe non poteſt. Quamdiu ea Synodus celebrata fuit, Præſul alius nullus verba fecit; Compoſtellani vero Archiepiſcopi ne mentio quidem incidit. Qui ſermonem inſtituit de rebus agendis: qui Synodi cogendæ cauſas explicat: qui conſilia expedit obortis malis medendi, qui demum ſancita decernit, is porro Concilii Præſes eſt, quod unuſquiſque certum eſſe non diffitebitur. Quum autem hæc præſtiterit Archiepiſcopus Toletanus, ipſemet haud dubie Concilio præfuit. Ex Actis ab Aguirre prolatis loco citato, de Compoſtellani Archiepiſcopi præſentia ne conſtat quidem, (tametſi quin adſuerit non ambigimus) Præſulum quippe ſubſcriptiones deſiderantur, nec præter Toletanum Archiepiſcopum Raymundum Primatem Legatumque Apoſtolicum, ullius nomen occurrit. Neque vero dubitandi locus eſſe poteſt, quin idem Raymundus præſederit, juxta id quod exprimit de honoribus, quos gerebat. Et ſane ſi præter Hiſpaniarum Primatem, Apoſtolicæ etiam Sedis Legatum gerebat, quî poterat fieri, ut non præeſſet?

XI. Ex hac minime dubia doctrina neceſſariò infertur, Didacum Gelmirez Compoſtellanum Archiepiſcopum Pontificis Legatum id temporis non geſſiſſe in Hiſpaniis; &, ſi forte aliqua peculiari auctoritate fuit præditus alia occaſione, coarctatam jam, limitibuſque anguſtioribus præfinitam fuiſſe. Quid igitur contra Marianæ teſtimonium aſſerentis, quod Didacus Gelmirez primas in hac Synodo habuerit partes, tanquam Legatus, reponam? Res ipſa per ſe patet, nam facti evidentiæ auctoritas nulla prævalet. Mariana quidem non ait, ſe vidiſſe Concilium, & ejus Acta, ac ſubſcriptiones; literis autem conſignavit, quæ aliquot ex hiſtoriis, & monimentis accepit: quum vero documentum certum ſit eductum, non eſt amplius cur fides teſti, utut magnæ, & incorruptæ æſtimationis, præſertim non oculato, adhibeatur. Opinionis hîc errorem ſecutus eſt Mariana, deditque anſam Eccleſiæ Hiſpalenſi eliciendi argumentum,

quo ad rei veritatem promendam nos induxit, cujus mihi ſatagenti nova ſuppetit ratio Toletanæ Eccleſiæ Primatum aſſerendi, quam ſilentio præterire non eſſet æquum.

XII. Poſt Regiam Toleti urbem e poteſtate Maurorum ereptam, & in ditionem Chriſtianorum vindicatam, quinquaginta ſpatio annorum bis Nationale Concilium eſt habitum; Oveti primum 1115., deinde Palentiæ 1129. de quo mox loquebamur. Utrique præſedit præſuitque Archiepiſcopus Toletanus. Bernardus primo, alteri Raymundus. Ille ſi dici potuit Metropolitanis antiquior, hunc e converſo cæteris poſteriorem fuiſſe conſtat: etenim, ut paulo ante monui a Raymundi creatione in Toletanum Archiepiſcopum primus, ſummùm alter vertebat annus, a Didaco autem Gelmirez Archiepiſcopo, & Metropolita Compoſtellano creato quartus jam decimus exactus erat. Hæc primarum delatio a nemine omnium in diſcrimen adducta in eorum temporum Conciliis magnam comprobat Archiepiſcoporum Toleti dignitatem; quam nulli Præſules Hiſpaniarum detrectabant, omneſque venerabantur; qui auctoritatem Primatis omni in Conventu, atque Concilio obſervantes priores ei partes, utcumpue antiquiores Metropolitæ, alii forent, deferebant.

XIII. Qua liberalitate hactenus uſi ſumus erga Hiſpalenſem Eccleſiam, nil ab ipſa propoſitum rejicientes, eadem impræſens uti volumus. Eſto igitur: verum ſit quidquid, ſuum ut argumentum adſtruat, prætendit. Didacus Gelmirez Compoſtellanus Archiepiſcopus bono omine ſit Pontificius Legatus: indicat, cogatque Synodos totius Hiſpaniarum nationis: advocet Toletanum Archiepiſcopum Raymundum, qui mandatis obtemperans ad Concilium ſe conferat. Quum autem hæc ita ſe habeant, prout Hiſpalenſis Eccleſia docet, atque confirmat; quænam ratio eſt, teſtor ejus fidem, cur ea occaſione Raymundum non fuiſſe Primatem affirmetur? Quidve hic Præſul gravaretur, ſeu quereretur ita eſſe factum? Profecto nemo unquam gravate, aut moleſte ſecum agi recte quereretur, quum eum ſibimet præire cerneret, quem conditione ſe quidem minorem, longe autem poteſtate majorem noſceret, ob dignitatem commiſſo eidem muneri adjunctam.

XIV. Quam ſæpe in Eccleſiæ monumentis legimus, Con-

Conciliis vel graviſſimis præſediſſe, tanquam Pontificis ſummi Legatos, meros Presbyteros: quandoque etiam Diaconum? De hac re ſuperiori capite ſatis multa. Nemine autem ægre, nemine gravate id ferente, nemine prorſus querente, Presbyter, aut Presbyteri Legatos agentes & conſeſſu, & ſubſcriptione in Synodis anteibant quibuſcumque Præſulibus, vel Patriarchis, (qui aut ſuperiores, aut minimùm auctoritate ſunt pares Primatibus) quorum in Diœceſi, & Patriarchatu habebantur Concilia, cujus rei exempla produximus ſupra. Quare ſi Didacus Gelmirez Archiepiſcopus Compoſtellæ Apoſtolicum agebat Legatum cum omnibus muneribus ad Synodum convocandam, eidemque præſidendum neceſſariis, vel ipſa in urbe Toleto Concilium poterat congregare; locumque facile primum occupare, ac Raymundo Archiepiſcopo præeſſe; neque ullum idcirco detrimentum hujus dignitati, & poteſtati, nullumque incommodum Primatui eſſet illatum. Quocirca vel ubi antecedens totum, ut ponit Eccleſia Hiſpalenſis, concedatur, (quod tamen docui eſſe falſum) juxta dialecticæ præcepta inferri haudquaquam poteſt, quod ipſa contendit: quam enim ſui argumenti rationem conatur adſtruere, nullam ea cognationem habet cum conſequentia, quod nempe Toleti Primas non fuerit, ſeu moleſtiam, & detrimentum acceperit Toletanus Præſul.

Part.3.c.1 n.17.

CAPUT III.

Reſponſiones ad Argumenta recèns ficta ab Eccleſia Hiſpalenſi.

SUMMA CAPITIS.

I. *Memoriale male ſentit de Toletanis* Primatibus.

II. *Necnon de ſummis Pontificibus, & de viris in Sanctorum albo jam deſcriptis.*

III. *Objectat Urbanum II. victum precibus Alphonſi VI. & Reginæ uxoris, conceſſiſſe* Primatum *Toletanæ Sedi.*

IV. *Urget, S. Hugonis Cluniacenſis Abbatis, qui olim ejuſdem Urbani præceptor fuerat, epiſtolam multum contuliſſe ad eamdem rem impetrandam.*

V. VI. *Negat ſubſiſtere Bullam Urbani II. ac proinde Suceſſorum Pontificum Bullas omnes eſſe irritas.*

VII. *Objicit Toletanos Præſules auctoritate Regum tueri dignitatem* Primatus.

VIII. *Exemplo Garſiæ Hiſpalenſis Archiepiſcopi repetentis poſſeſſionem Eccleſiarum ſui juris roborat objectionem.*

IX. *Alias objicit cauſas, cur nullæ haberi debeant Summorum Pontificum Bullæ.*

X. XI. *Prædictæ objectiones confutantur.*

XII. *Comparatio Eccleſiarum Toletanæ & Hiſpalenſis. Hiſpalenſis laus.*

XIII. *Toletanæ Eccleſiæ præcipua laus.*

XIV. *Reprehenditur audax ſcribendi genus Memorialis.*

XV. *Auctor purgat ſe ab iis quæ reſpondit Memoriali pro æquitate cauſæ tuenda.*

XVI. XVII. *Rem & hiſtoriam Monaſterii S. Facundi in Memoriali non recte traditam demonſtratur, ſitque vera ejuſdem narratio.*

XVIII. XIX. *Rex Alphonſus VI. a D. Hugone Cluniacenſis Monaſterii Abbate obtinuit Bernardum, & alios Monachos. Quare corruit Memorialis objectio, quod Alphonſus idem Cucullum induerit per manus Bernardi Abbatis, qui nondum venerat in Hiſpaniam.*

XX. uſque ad XXIV. *Ante Bernardum miſſus erat Robertus Abbas, qui corruptorem magis geſſit, quam inſtitutorem Cœnobii: hujus loco Bernardus venit, quod hiſtoriis comprobatur.*

XXIV. *Quum Alphonſus VI. Cucullum induit erat Abbas S. Facundi Julianus.*

XXV. *Bernardus ob præclaras animi dotes ab Rege præfertur Sanctio Principi in Electione Toletani Præſulis.*

XXVI. uſque ad XXIX. *Monumenta teſtantur Bernardi electionem, ob virtutes, ac merita ejuſdem viri eſſe factam.*

XXIX. *Prædictarum rerum epilogus.*

XXX. *Bernardus non ſtudii cauſa, ſed ob præclara merita aliis prælatus fuit.*

XXXI.

XXXI. XXXII. *Diluitur alia objectio, quod nempe* Primatus *inſtitutio detrimentum intulerit Hiſpaniæ Præſulibus: & negatur Morini auctoritate.*
XXXIII. *Inſtauratio antiquæ dignitatis in Toletana Sede nihil novi juris Toletano Præſuli fecit, ſed confirmavit antiquum.*
XXXIV. *Quando etiam hæc inſtauratio pro nova conceſſione accipiatur, ſeu fuerit gratioſa, ſeu aliquo jure facta.*
XXXV. XXXVI. XXXVII. *Si gratioſa, nullum Præſulum lædit, nam jura Metropolitica ſarta tecta ſervari jubent Pontifices, quum creant* Primates, *quod probatur exemplo Vicariorum Apoſtolicæ Sedis, nihil differunt poteſtate a* Primatibus, *niſi quod hæc perſonæ, illa vero dignitas Sedi adhæret.*
XXXVIII. uſque ad finem. *Si aliquo jure facta fuit hæc* Primatus *inſtitutio, nullo pacto reprehendi poteſt. Expenditur cauſa tota cum ſuis adjunctis, & circumſtantiis.*

I. NIſi vererer ut vitio mihimet verteretur, perinde quaſi rationes deſint ad reſpondendum, lubentiſſime præterirem ſilentio argumenta quædam ab Eccleſia Hiſpalenſi fabricata, quæ in tertiam ſui Memorialis partem conjecit: timeo enim ut præſtantiſſimis Eccleſiæ Hiſpalenſis Canonicis quorum nomine inſcriptus prodiit is libellus, non parvam faciam injuriam, quantumvis caute ad illa manum admoveam. Et revera quam cautus providuſque ſim oportet, ne ſtylus libero nimium curſu ad ſcribendum properet quæ ipſis oculis vidi! Argumentorum hujuſmodi recèns fictorum hæc ſumma eſt: Sacroſanctæ Toletanæ Eccleſiæ Canonici, Præſuleſque ipſius Ampliſſimi, Eminentiſſimique, inobſequentes dictitantur mandatis ſummorum Pontificum ſæpe acceptis: improbe injuſti, utpote qui ex induſtria retineant quod alienum eſſe haud ignorent: deceptores pravi, qui dolo malo a Pontificibus ſummis multa reſcripta extorſerint pro aſſerendo Primatu, quem ſibi arrogant: Sacrilegi violatores Canonum, qui nullatenus eorumdem auctoritate inhærentes poteſtatem Regiam obtendant, quaſi rationem juridicam in auctoritatis, & juriſdictionis Eccleſiaſticæ momentis.

II. Neque vero apertis hîc injuriis modus conſtituitur, quæ laudato loco inſtar argumenti proponuntur; at præterea Hiſpaniarum Regum majeſtas, Romanorumque Pontificum Sanctitas læditur. Illi enim ſtudioſi ob leviſſimas cauſas prædicantur; & violatores æqui, non ſecus atque ultro propendentes in Gallicanam gentem, ac Monachos Clu- *Mem. par. 3. §. 1. pag. 317.*

niacenſes in Gallia, Bernardum Archiepiſcopum nimis forent amplexi. His autem per ſummum nefas perſonarum delectus, ac diſcrimen objicitur. Sacris quin etiam Altaribus non ignoſcitur: Hugo enim Cluniacenſis Abbas laude ſanctitatis celeberrimus tum florens, quum e Maurorum manibus Toletana civitas erepta fuit, capitalis, malique exempli noxæ inſimulatur, ut argumento hinc robur accedat, ſua quippe auctoritate magna interpoſita petiviſſe dicitur ab Urbano ſecundo Pontifice, ut in Archiepiſcopum Bernardum, ejuſque ſucceſſores Primatus Hiſpaniarum dignitatem in perpetuum conferret: quæ res quum aperte iniqua eſſet, ut Hiſpalenſis Eccleſia docet, a Pontifice concedi non potuit ſine gravi culpa. Quæ quidem omnia præ cæteris minime reticendis propoſui partis primæ octavo capite, futurum ſperans, ut ſacræ Inquiſitionis Tribunal re probe perſpecta, ſi ad ipſum fieret juridica delatio, Memoriale illud revocari mandaret. Ibidem videre erit verba ipſa Memorialis, quæ incredibiles haſce propoſitiones continent, quâ per ſummam fidem relata, quâ expreſſa iterum ſeu per eaſdem voces, ſeu per alias earumdem ſimillimas.

Part. 1. cap. 8.

III. Verum argumenta hæc producere operæ pretium erit. Ait Eccleſia Hiſpalenſis, recentiorem hunc Toletanæ Eccleſiæ Primatum a Summis Pontificibus conceſſum poſt urbem inſtauratam, & in priſtinum reſtitutam virtute Regis Alphonſi ſexti haud ſtabili hærere fundamento. Primum: quia Urbanus ſecundus, qui dignitate iſta Bernardum primum Archiepiſcopum cohoneſtavit, inexplorata cauſa hoc præſtitit, ſuam omnem auctoritatem, ac id in ſtudium impendentibus viris, quibus Pontificem morem gerere conditionis, ac dignitatis gratia, aliaſque ob peculiares cauſas oportebat. Qui autem hoc impenſe rogabant Pontificem, fuerunt: Rex idem Alphonſus ſextus, qui e Legionis Regno expulſus a Fratre majore natu Sanctio primo, quod a patre Ferdinando ſecundo hereditate fuerat conſecutus, Fratris ejuſdem iram metuens, aut re, aut ſpecie nomen dederat Monaſterio Sancti Facundi, quod Cluniacenſis colonia eſt, eique tum præerat Bernardus Abbas ab eodem Monaſterio profectus: Hanc ob rem, ac præterea Regina impenſe rogante, quæ pariter ex Gallia erat, ſuum animum induxit apud Urbanum in id negotii, quo Regina ipſamet implicabatur.

IV.

IV. Alius præterea, qui Pontificis gratia valebat plurimum, Divus Hugo erat Abbas Cluniacenſis, qui florebat id temporis, piiſque in rebus magiſter, & parens Urbani fuerat, ejuſdemque Bernardi: quare interpoſita ipſius auctoritas erat etiam major ob æſtimationem, quam ſibimet virtute collegerat, ab eodem Pontifice obſervatam, & idcirco momenti non levis apud Sanctitatem Pontificis ad beneficium impetrandum. Denique Bernardus ipſe Pontificis curavit reſcriptum, quod poſtea impetravit. Hic eodem in Cluniacenſi Monaſterio, ut dictum fuit, vitam degerat cum Urbano, uſique ambo erant iiſdem in ædibus eodem in piis rebus inſtitutore, ac patre. Bernardus itaque pro re tanta, ac tanti momenti Romam profecturus, habere iter coſtituit per Cluniacenſe Monaſterium, antiquum ut magiſtrum ſuum Hugonem viſeret; qui rationem intelligens ſuſcepti itineris ad Romanam Aulam, rogatuſque ad Urbanum commendatitiam epiſtolam ſuper re tanti momenti, ob quam longæ adeo ſe dabat viæ; literas quidem conſcripſit eo uſus dicendi genere, quod poſcebant ſpiritualis filii ſibi chariſſimi preces, Regis gratia & ſtudium, aliuſque filii ſpiritualis merita, ad quem tradebantur, qui licet univerſalis omnium Pater, Hugonem tamen, tanquam inſtitutorem, & Patrem ſuum colebat.

V. Hinc legitime inferri contendit Hiſpalenſis Eccleſia, quod Urbani ſecundi Bulla neque ſubſiſtat, neque ullius ſit roboris: quippe, ait, dignitatem iſtam Primatus concedendo, ſingulare incommodum inferebatur Hiſpaniarum Epiſcopis, ac Metropolitis, auctoritati enim alienæ ſubdebantur, a qua immunes ſemper fuerant, iiſdem minime auditis, vocatiſve; idque eò tantum quod Rex, Regina, Divuſque Hugo ſuam interpoſuerint actoritatem, intercedente inſuper veteri conſuetudine Pontificis cum Bernardo Toletano Archiepiſcopo recèns electo. Huc, inquit, accedunt debiles, atque inanes cauſæ, quas Romano Pontifici obtenderunt, ut beneficium conſequerentur, contendentes, apud Eccleſiam Toletanam antiquitus extitiſſe auctoritatem, & dignitatem Primatus; quæ enim cauſæ fuerunt adductæ ſunt, omnes ad rem probandam intiules; quemadmodum intellectu pronum eſt ex facili admodum ſolutione earum, quas Archiepiſcopus Bernardus prætexuit; præ qui-

quibus omnibus haberi certe debent ſubſcriptio Felicis Toletani Archiepiſcopi recèns electi, qui ſtatim Metropolitis omnibus in Concilio præſedit, ac permiſſio Cordubenſis Epiſcopi Toletano Archiepiſcopo facta per Divum Heladium, depoſitionis cauſa: quarum neutra èvincit, Toletanam Eccleſiam iis temporibus Primatem Hiſpaniarum fuiſſe.

VI. Confirmat ſuum argumentum præoccupando objectionem, quæ poſſet fieri. Non ſolum, inquit, Urbani II. Bulla eſt irrita, nulliuſque roboris, ut eſt demonſtratum, ſed aliorum etiam Bullæ Pontificum ſucceſſorum eidem adhærentium, nullæ ſunt. Primum: quia confirmatio quæque privilegii, ſive auctoritatis, quæ conceſſione irrita, inhæret, nullam vim habet, nullumque ab ea robur accedit ad conceſſionem, quæ prior eſt facta. Quare quum Bullas omnes Urbani ſecundi ſucceſſorum certum ſit ejuſdem Urbani conceſſione inhærere, in irritum & ipſæ cadant, ut prior, neceſſe eſt. Deinde: quia ipſam, eamdemque exceptionem patiuntur Paſchalis Junioris, Gelaſii ſecundi, & Calliſti ſecundi Bullæ, quam Urbani ſecundi: hi enim aut fuere omnes Monaci Cluniacenſes; filiique ſpirituales Divi Hugonis, aut ſummopere Monaſterio illi ſtuduerunt, eidemque Hugoni: quocirca eorum plerique Toletanæ Eccleſiæ Primatum confirmantes, patriæ, educationis, vitæque inſtituti communis affectu moti ſunt. Itaque horum Bullæ Pontificum Primatum aſſerentes, perinde atque Urbani II. prior Bulla irritæ ceciderunt.

Mem. pag. 325.

VII. Hinc fit, Memoriale inſtat, ut Eccleſia Toletana juſtitia cauſæ deſtitutam ſe videns auctoritatem, & dignitatem Eccleſiaſticam, tanquam legitimo titulo, gratiâ Regum tueatur: quorum præſidio interpoſito æquitati Eccleſiarum impedimento eſt, ſuoſque magnos conatus defendit. Enimvero quum Hiſpaniarum Reges Toletanæ Eccleſiæ cauſis tanquam propriis edicant patrocinari ſe velle, ecquis erit tam audax, ut apertæ adeo voluntati Regum non reformidet obſiſtere? Rei hujus luculentiſſimum teſtimonium erit eventus expoſtulationis Garſiæ Hiſpalenſis Archiepiſcopi temporibus Regis Sanctii quarti, cognomento Fortis. Quibuſcumque in Summorum Bullis Pontificum, qui primis iis ſeculis poſt reſtitutam Toleti urbem, aut conceſſere, aut con-

confirmarunt Sacroſanctæ hujus Eccleſiæ Primatum, præclare id exprimitur, quod Eccleſiæ omnes quæ Maurorum e poteſtate eriperentur, ſubditæ, ac Suffraganeæ Toletanæ fierent, quoad Metropolis, cui antea ſubdebantur, vindicaretur; quumprimum autem id fieret, Eccleſiæ illæ omnes ad Metropolitæ antiqui juriſdictionem redirent. Quod mandatum licèt fuerit, atque ſancitum a ſummis duodecim Pontificibus; Toletana tamen Eccleſia nunquam voluit, aut vult Hiſpalenſi Cordubenſem, ac Giennenſem reſtituere, quæ Gothorum ævo ad Metropolim Hiſpalenſem pertinebant.

VIII. Quamobrem laudatus Archiepiſcopus Hiſpalenſis Garſias de repetenda cogitans poſſeſſione Eccleſiarum Cordubenſis, & Giennenſis, quæ Gothorum ævo Hiſpalenſis fuerant Suffraganeæ; a Pontifice Maximo Honorio IV. precatus eſt, ut Apoſtolicis committat Judicibus cauſæ hujus cognitionem. Honorius annuit. Conſtitutique ab eo Judices Burgis Tribunal ponunt: mandata expediunt; Eccleſia Toletana, & ejus Archiepiſcopus Gundiſalvus ſecundus citantur. Hi autem, quippe quos non latebat præſidio æquitatis nullo cauſam ſuam hærere, nullo ſe nomine retinere Eccleſias illas poſſe, nec potiorem ſibi viam parari ad iis ſe ambagibus extricandos, quam Eccleſiarum reſtitutionem Hiſpalenſi Metropolitæ, ad gratiam Regis Sanctii quarti cognomento Fortis confugiunt, uti ſemper conſueverunt, neque petitionem conteſtantur, neque mandato obtemperant. Quum igitur certo certius ſit, voluntatem, & gratiam Regum æquum nomen nullum ſuppeditare in Eccleſiaſticis rebus; perinde certiſſimum eſt Toletanam Eccleſiam injurià ſibimet has Eccleſias, & Hiſpalenſem Primatum arrogare. *Mem. pag. 383.*

IX. Alia inſuper cauſa eſt, cur Pontificis Urbani ejuſque ſucceſſorum cum eo conniventium Bullæ nullius ſint roboris, quod ſcilicet ex propoſitis rationibus, quibus recentis hujus Primatus conceſſio innititur, nulla ſubſiſtit, ſeu quia dubia ſunt, ſeu quia, certa ut ſint, non tamen ad conceſſionem adſtruendam ſunt ſatis: namque ad ſex tantummodo recidunt, quas continet documentum inſcriptum: *Exceptio de dignitate Eccleſiæ Toletanæ*: earumque nulla eſt quæ valeat Primatus vetuſtatem comprobare. *Y en conſequencia* (verba ipſa ſunt Eccleſiæ Hiſpalenſis,) *es digno de admi-* *Mem. par. 3. pag. 341.*

rarſe que con probanza tan flaca, y defectuoſa affirmaſſe un Pontifice Sumo en ſu reſcripto, y en un negocio de puro hecho, que conſtaba aver tenido antiguamente todos los Prelados de Toledo el Primado de todas las Igleſias de Eſpaña. *Lo qual no pudo ſuceder, ſino haciendo una poderoſa impreſſion en ſu animo las cauſas impulſivas, que yà quedan expreſſadas; ſiendo las motivas, que ſe le repreſentaron en eſte Memorial, tan inſuficientes, è ineficaces, para obligarle a una determinacion de coſa tan grave, y en la qual ſe trataba de el perjuicio de las otras Igleſias Metropolitanas*. Hæc ad verbum e Memoriali expreſſa ſic latine facio: „ Quare dignum admiratione eſt, quod adeo imbe-„ cilla, ac vitioſa probatio Pontificem Summum induxerit, „ ut reſcriberet, præſertim in re de facto, affirmans *con-„ ſtare, quod Toletani omnes Præſules ab antiquo in cunctas „ Hiſpaniarum Eccleſias Primatis auctoritatem habuerint*. Quod „ fieri nequaquam poterat, niſi alte forent impreſſæ illius in „ animo cauſæ impulſivæ, quas ſupra memoravimus; ete-„ nim rationes ſupplici eo libello expoſitæ Pontifici per-„ ſuadendo erant impares, ut rem tanti momenti definiret „ Metropolitanis cæteris Eccleſiis damnoſam. Argumentum hoc quotum quodque eſt ex allatis locis eſt decerptum.

X. Miror equidem argumenti genus, quod Satyricon melius nuncuparem, omnique procul dubio ſycophantiam dicerem. Ut verum fatear, ſcribendi hoc genus inſolens, qua fronte Memorialis auctor graviſſimo, præſtantiſſimoque Hiſpalenſis Eccleſiæ conſeſſui adjudicet, non intelligo. Ingenuorum virorum indoles & ſcribendi reverentia, & comitate loquendi ſingularem ſibi ſemper æſtimationem collegit. Neque ii unquam adverſarios provocare conviciis fuerunt ſoliti. Ubi aliqua contentio ſit, mentem illi ſuam aperiunt vocibus, quæ neque a ratione diſcrepent, neque moleſtiam aliis inferant, quibuſcum de jure contendunt: ſiquidem vel juris vocabulorum index ab humanitate ſuppetit, quæ dicentis aperiant mentem, abſtinendo maledictis. Præterquamquod ejuſmodi verborum moderatio, & humanitas, non minus auctoritati, & dignitati congruit ejus, de quo inſtituitur ſermo, quam præſtantiæ, & amplitudini illius, qui ſcribit: nec virum is honeſtum gerit, qui ſermonis ſui vocibus Chriſtianæ moderationis terminos præterit. Auctor autem Memorialis ut ſuſcepta ultro provin-

Ex leg. 14. §. ſi Patris ff. de bon. Libert.

vincia defungatur, graviſſimis criminibus Pontifices, Reges, Archiepiſcopos, Sanctoſque ipſos viros, quod majus, inſimulat. Archiepiſcopi aſpirant injurià; Reges ob leves nationis, aut ſtudii cauſas propriam auctoritatem interponunt: Divus Hugo amoris tantum gratia erga Bernardum impenſe petit: Urbanus denique nulla ex æqua cauſa quidquid rogatur, concedit cum Eccleſiarum Metropolitarum detrimento. O rem prorſus inauditam! Credo equidem ſi Eccleſia Hiſpalenſis expenderit genus hoc ſermonis audaciſſimum, quod continet Memoriale ſuo nomine inſcriptum, pudore ſuffuſum iri: etenim, ut ait Satyricus, *Juvenal.*

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu!

XI. Memoria repeto, quæ olim ſcripſit ad Theophilum Alexandrinum Patriarcham D. Hieronymus de Joanne Jeroſolymitano, qui audacem conſcripſerat Satyram in Sanctum illum Patriarcham. *Conferamus*, inquit, *arguentis, accuſatique perſonas, & cujus vel meritum, vel vita, vel doctrina præceſſerit, illi magis accommodemus fidem.* *Hieron. ep. 62. ad Theophil.* Hic igitur & nos conferamus accuſatorum, & arguentis perſonas, certum enim ſcio, quod quacumque hi ex parte conſiderentur, magna eos inter diſcrepantia erit, nullaque propemodum comparatio. Accuſantur Archiepiſcopi omnes Toletani, a Bernardo, qui reſtituta ea urbe in Chriſtianorum poteſtatem, cathedram illam primus omnium aſcendit, uſque ad Eminentiſſimum Didacum Cardinalem, qui noſtro ævo digniſſimam hanc Eccleſiam gubernat: Accuſantur ſex & viginti Hiſpaniarum Reges, qui poſt Alphonſum ſextum res Hiſpanas adminiſtrarunt, uſque ad Philippum quintum, quem Deus Optimus Maximus diu ſervet incolumem: Accuſantur Pontifices Urbanus II. quique duodecim eum ſecuti, Primatum pariter Toletanum confirmarunt: Accuſantur denique duo Sancti viri, quorum ſacram memoriam in altaribus veneramur, hi ſunt Hugo Abbas, & Rex Ferdinandus. Quæ quum ita ſint, quæro, num ab Hiſpalenſi Eccleſia, nunc cauſa quam tuetur ſit ſuperior, aut minimùm par cauſæ Sanctorum, Pontificum, Archiepiſcoporum, Regum? Quod ſi ſuam ipſa cauſam eſſe iniquiorem fatetur, magnæ ipſius auctoritati hac in contentione nullus eſt locus: fides enim potius adjungi debet virorum tot illuſtrium ſententiæ, qui alteram tuentur, juxta Doctorem maximum:

ſi autem è converſo cauſam ſuam eſſe æquam contendit, alii dicent quæ ſibi dicenda perſuaſerit ratio, mihi autem mea ratio ſuadet, ut ſileam.

XII. Nunc alia ex parte oppugnandi hoc genus conſideremus, conferentes Eccleſiæ Hiſpalenſis amplitudinem, & Toletanæ majeſtatem: palam erit, quibuſcumque honoribus Hiſpalenſis Eccleſia conſpicua eſt, iis longe majoribus, mirumque in modum eximiis Toletanam cohoneſtari. Hiſpalenſis Eccleſia vel ab Gothorum temporibus floruit Epiſcopis laude ſanctitatis celeberrimis, quorum ſinguli Eccleſiam quamlibet præclariorem illuſtrarent. Horum tres præ cæteris Memoriale commemorat; & recte aliis præfert, nempe Divos Laureanum, Leandrum, & Iſidorum; quorum unuſquiſque pro ſumma, & ſingulari qua eſt præditus ſanctimonia, gloriam illi Eccleſiæ præſtantiſſimam comparare poteſt. Hic autem opportune in mentem venit Auguſtini conſilium iis, qui Martyrum dies feſtos venerantur: *Imitari non pigeat, quod celebrare delectat*. Nos martyria Sanctorum, ut ſui exempla ſequamur invitant; non igitur pigeat eorum veſtigiis inhærere, quorum delectamur memoria. Vidimus magnum Hiſpaniarum Doctorem Divum Iſidorum non detrectaſſe Toletanum Præſulem ſe poteſtate majorem, faſſumque eſſe, quod Divus Heladius Toletanus Archiepiſcopus juriſdictione Archiepiſcopum Hiſpalenſem anteibat. Hanc igitur Eccleſiam imitari ſuum Sanctum Præſulem æquum eſſet, quumque ipſam delectet magnas, & heroicas ejus celebrare virtutes, imitari non pigeat profundæ humilitatis exempla; nec poteſtatem, auctoritatemque Toletanæ ſuperiorem detrectet, quam ſapientiſſimus Doctor Iſidorus nullo ſuæ poteſtatis incommodo faſſus eſt.

Auguſt. ſerm. 47. de Sanct.

Sup. p. 2. c. 12. 13.

XIII. Haud numero pauciores Toletanos Præſules ſanctitate conſpicuos recenſet, neque doctrinæ, ac ſanctitatis laude minus claros veneratur antiquitas. Heladium nempe, Ildefonſum, Julianum, Eugenios duos, quorum quinque Toletana Eccleſia diurnis precibus celebritatem annuam proſequitur; Sanctus autem Ildephonſus alios etiam commemorat, Aſturium nempe, & Montanum Præſules tum ſapientia, tum ſanctitate clariſſimos. Invidioſum eſt merita, & virtutes Sanctorum conferre; itaque ne laudem ulli præripiam id tantum affirmo, quod Toletana Eccleſia Sancto-

rum

rum numero Hiſpalenſem præcellit. Eadem Hiſpalenſis gloriatur Infantem Caſtellæ primum ſuum Præſulem deſignatum a Divo Rege Ferdinando ejus patre, tametſi ad ordinationem haud pervenerit, neque ſuam ad Sedem aſcenderit. Toletana vero tam ex antiquis, quam e recentioribus multos ejuſmodi Præſules honoris gratia commemorare poteſt: Archidux Albertus, & Ferdinandus Infans Cardinalis Philippi tertii filius poſterioribus his temporibus: Sanctius, & Joannes Caſtellæ, & Aragoniæ Infantes præteritis ſeculis Toletanam decorarunt Eccleſiam, non modo deſignati, ſed propria in Sede conſtituti, tanquam legitimi, veri, & conſecrati Archiepiſcopi. Parum eſt quod iſtis Toletana Eccleſia Præſulibus glorietur. Eſt, eſt quod majorem in ejus laudem contigit. Ipſi ſane Infantes Caſtellæ inter Eccleſiæ hujus Canonicos numerantur, qui Chori ſubſellia honeſtarunt præſentia ſua: moxque laudatus Philippus Princeps Caſtellæ, quum in Hiſpalenſem Archiepiſcopum electus fuit, Toletanos inter Canonicos cenſus fuerat.

XIV. Neque ſatis Eccleſia Hiſpalenſis faciet conviciationi tam apertæ, quam, ubi prudentes viri conſiderarunt, acerbe ut debuerunt, tulere, (quos non paucos fuiſſe numero certum ſcio) ſua eſſe negans, quæ auctor Memorialis conflavit hoc in argumento, excuſationis loco obtendens hoc ſcriptum ſe minime inſpexiſſe. Primo: quia ex jure Canonico, & civili, quum ipſa ediderit, atque evulgarit propria auctoritate, ac nomine hunc libellum, quæcumque eo continentur, adoptat in ſua. *Ea omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impertimur*. Deinde: quia ſemper videbitur incuſanda, ſeu rem non ante exploratam ſibi adjudicarit, ſeu rem adoptarit, quam ſi conſiderent prudentes viri, ab Eccleſiæ ejuſdem virtute alieniſſimam judicent. Opportune id mihi occurrit, quod Divus Auguſtinus libro primo de civitate Dei cap. 19. ſcriptum reliquit: nempe Lucretiam, quod ſibi mortem conſciverit ob vim invitæ ſibimet illatam, tanquam fortem commendari neutiquam poſſe; ſiquidem, ait Auguſtinus, aut ipſa interne culpam admiſit, & vere fuit adultera; aut noxæ obſtitit, & innocens mortua eſt. Quare alterutro nequit abſolvi crimine ſeu adulterii, ſi aſſentita fuit culpæ, ſeu homicidii, ſi innoxiæ ſibi intulit manus. Haud multum ab Hiſpalenſi Eccleſia

V. Aug. Barboſ. to. 8. tr. 1. axiomat. 136.

S. Aug. lib. 1. de Civ. Dei cap. 19.

hæc abludit imago : ſeu enim non fuit eorum neſcia quæ libellus præſeferebat , ſeu eumdem ne inſpectum quidem adoptavit in proprium: quorum alterutrum eligat, in brevia conjicitur, neutrum quippe aut rectum eſſe, aut ſapientiæ, & prudentiæ ipſius covenire judicandum eſt.

XV. Si graviſſimi hujus Eccleſiæ Canonici moleſte admodum ferunt ſe toties redargui, nec aliquid ex æquo ſe poſſe reponere, (intelligo enim quam recte eos pœniteret perpetratæ rei, licèt ſero, & nequidquam, tum quod ſpectat ad argumentum retexendum, tum quod ad diluendam noxam : ultro enim ſeſe induxerunt, ut libellum publicæ lucis facerent hac ſibi re unice propoſita, id eſt Eccleſiæ Toletanæ laudum detrimento, fidem, & auctoritatem ipſius Primatui detrahendo apud omnes quâ fraude, quâ offenſione, conflatarum copia rerum, quarum quæ magis ad rem faciebant, falſas eſſe jam fuit oſtenſum:) ſi, inquam, moleſte id ferunt, non eſt, cur mihi invidiam faciant, atque ſuccenſeant; propiorem ſcilicet habent hoſtem, quem jure oderint, eique ſuccenſeant, id enim magis convenit facienti turbas, quam excitatas ad componendum aggredienti. Ita orator eloquens ait, quum cauſam debuit dicere, contraria parte id ægre ſentiente: *Id vos ſi forte offendit, juſtius huic, quam mihi ſuccenſere debetis, qui initium introduxit*. Si cauſam ad quam dicendam ſum aggreſſus pro Toletanæ Eccleſiæ Primatu, Canonicos Hiſpalenſes offendit, querantur ii Memorialis auctorem ipſorum nomine evulgati, qui initium introduxit; non me, qui cauſæ iniquitatem condemno, genuſque dicendi inſolens reprehendo.

Ex Oratione, quæ tributur Tul. in Sal.

XVI. Antequam venio ad argumentum hoc refellendum, abs re non erit, arbitror, monere, quod idem, utpote nullo ſtabili fundamento poſito fabricatum, vel nulla manu forti impellente, nulloque exiguo lapide percutiente ejus pedes, in nihilum redigetur. Divo enim Auguſtino teſte: *Iſta quæ a veritate non veniunt, plerumque nullo impellente, ſe ipſa ſubvertunt*. Vaſta hujus argumenti moles in eo ſita eſt, quod nempe Bernardus Abbas Monaſterii Sancti Facundi, perquam humaniter liberaliterque Alphonſum ſextum ad ſe confugientem exceperit, quum e Legionis Regno, cujus a Patre Ferdinando heres teſtamento fuerat inſtitutus, a fratre Sanctio expulſus, Burgiſque in arce ſerva-

S. Aug. de Civ. Dei lib. 7. c. 19.

Digitized by Google

vatus, ut carcere iſto liberaretur, inſtituit Sacrum S. Benedicti Cucullum induere in eodem Divi Facundi Monaſterio, quo acceptus fuiſſe traditur a Bernardo. Hac nititur hiſtoria totum Eccleſiæ Hiſpalenſis argumentum. Videſis numerum duodecimum paragraphi primi partis tertiæ, ubi conſiderans quæ in Bernardi electione difficultates eſſe poterant, ita concludit: *Todo eſto lo vencen, y ſuperan las poderoſas, y eficaces, alianzas de intereſſes, y de afecto, que quedan expreſſadas: en el Rey Don Alonſo de agradecimiento à ſu Padre, y Abad Don Bernardo, que le diò acogida, y le cortò el Cabello en Sahagun, quando el Rey Don Sancho ſu hermano le obligò à profeſſar de Monge &c.* Mem. par. 3. §. 1. n. 12. pag. 327. Quæ latine ſonant: „ Omnia hæc vincit ſuperatque officii, & amoris magna conjunctio, quam dixi. Rex quidem Alphonſus, ut gratum „ faceret Patri ſuo Bernardo Abbati, qui eum exceperat, „ atque initiaverat in Moneſterio D. Facundi, quum a Fra„ tre Sanctio in Monaſticum inſtitutum adactus fuit.

XVII. Eccleſia Hiſpalenſis utcumque multijuga eruditione, atque agnitione, rei hujus fundamentum facile ſuſtinere non poterit: niſi forte contendat Alphonſum a Bernardo exceptum initiatumque eſſe in Hiſpanienſi Monaſterio Fani D. Facundi, quum temporis ex hiſtoriis omnibus conſtat Bernardum eumdem in Galliis in Cluniacenſi Monaſterio commorari. Quam noſtram opinionem confirmant quotquot hiſtoriæ ad noſtras manus venerunt, diſtincte occaſionem, & cauſas adventus Bernardi in Hiſpaniam, tradentes. Unanimi conſenſu omnes referunt, Alphonſum Regem Regna hæc pacifice adminiſtrantem ab Hugone Cluniacenſi Abbate petiiſſe, ut viros mitteret Religioſos, qui Monaſterium Sancti Facundi reformarent, quod Rex ipſe (fortaſſis officii cauſa erga Monachos, qui ut dicebamus, humaniter ſe exceperint) cæterorum ut caput fieret ordinis Divi Benedicti ſuis exiſtentium in Regnis cupiebat, perinde atque in Galliis erat Cluniacenſe. Cujus precibus, ut poſtea oſtendam, indulgens Divus Hugo multos miſit Monachos horumque caput, & præpoſitum Bernardum. Ita hiſtorici omnes ſentiunt, nec facile creditu eſt, inveniri ullum, qui ſecus referat id factum.

XVIII. Sed præſtat eorumdem teſtimonia huc afferre. P. Joannes Mariana ſua in hiſtoria Hiſpanice conſcripta

pta de Bernardo loquens, quum in Archiepiſcopum Toletanum electus fuit, & Auguſtæ Auſciorum Monaſterio, ubi Abbatem agebat, accerſitum eſſe ait. *De alli le llamò Hugo Abad Cluniacenſe, y por el miſmo fue embiado à Eſpaña al Rey Don Alonſo, para que refermaſſe con nuevos eſtatutos, y leyes el Monaſterio de Sabagun, que pretendia el Rey hacer cabeza de los demàs Monaſterios de Benitos de eſtos Reynos. Por eſta cauſa pidiò à Hugo le embiaſſe un varon à propoſito deſde Francia, y como fueſſe embiado Don Bernardo, tomò cargo de aquel Monaſterio.* „ Illinc Hugo Abbas Monaſterii Cluniacenſis eum „ accerſit, atque in Hiſpanias mittit ad Regem Alphon- „ ſum, quo novis inſtitutis temperet, ac ſeveriori diſcipli- „ na adſtringat Monachos Cœnobii Sancti Facundi, quip- „ pe quod Cœnobium Sancti Facundi Rex cupiebat cæteris „ præficere Monaſteriis ordinis Divi Benedicti, quæ hiſce „ in Regnis extabant. Quamobrem ab Hugone poſtula- „ verat, ut e Galliis aptum ad id munus ſibi mitteret vi- „ rum, quumque Bernardus ea occaſione miſſus eſſet, idem „ ejus Monaſterii curam ſuſcepit. De hoc Bernardo loquens Stephanus de Garibay celeberrimus hiſtoriographus. „ Erat, inquit, „ Fr. Bernardus Abbas natione Gallus, qui in Hi- „ ſpanias annis ſuperioribus advenit, ab Hugone Abbate „ inclyti Monaſterii Cluniacenſis ordinis D. Benedicti miſ- „ ſus, Alphonſi precibus, qui ad Hugonem Abbatem tra- „ diderat literas Monacho multæ auctoritatis, & ingenii, „ ob Sancti Facundi Cœnobii reformationem. Verba autem ipſius ſic ſe habent: *Era el Abad Fray Bernardo, de nacion Francès, el qual los años paſſados avia venido à Eſpaña, embiado por Hugo Abad de el inſigne Monaſterio de Cluni de la Orden de San Benito, à ruegos de el Rey Don Alonſo, que al Abad Hugo avia eſcrito por un Monge de mucha ſuficiencia, y autoridad, para la reformacion de la caſa de Sabagun.*

Marian. lib. 9. cap. 17.

Garib. to. 2. lib. 11. pag. 607.

XIX. Nil, arbitror, Hiſpalenſis Eccleſia objiciet auctori, quem modo laudaturus ſum, etenim ex Hiſpalenſis Eccleſiæ Canonicorum præſtantiſſimo cœtu eſt, eruditus nempe vir Nicolaus Antonius, qui ſua in Bibliotheca veteri, & nova ubi de Bernardo hoc noſtro verba facit: *Gallus*, inquit, *quidam in Monaſterio Cluniacenſi Benedictinus Monachus, ſed ad Alphonſum Regem ſextum ab Hugone Cluniacenſi Abbate miſſus, Sancti Facundi Cœnobium adminiſtrandum, & ad ſe-*

Nicol. Ant. to. 2. Bibliot. vet. Hiſp. lib. 7. cap. 3. n. 62. cap. 12.

ſeveriorem vivendi formam reducendum ſuſcepit ; unde ad Cathedram Toletanæ urbis omnium approbatione Ordinum aſcendit.

XX. Cum his concinunt graviſſimi auctores Ordinis D. Benedicti, qui hac de re ſcripſerunt. Ill. Pampelonenſis Epiſcopus Fr. Prudentius Sandovallius in Chronico Imperatoris Alphonſi ſeptimi hæc habet : *El Rey Don Alonſo el ſexto... luego que ſe viò pacifico Rey de Leon y Caſtilla, diò mueſtras de el amor, que tenia a ſu caſa donde avia tomado nueſtro Avito, comenzandola à iluſtrar con ricos dones, y edificios... y ſobre todo quiſo poner piedras vivas, para que como San Pedro de Cluni era famoſiſſimo en Francia, y Cabeza de tres mil Monaſterios, el de Sahagun lo fueſſe de todas maneras en Eſpaña. Para eſto traxo de el dicho Monaſterio de Cluni Varones de conocida, y ſeñalada virtud, y entre ellos fue el principal Don Bernardo.* Ill. Fr. Prud. de Sandov. hiſt. Alph. VIII. c. 16. pa. 41. „ Rex Alphonſus ſextus vixdum Legionis, & Ca- „ ſtellæ pacificam iniit poſſeſſionem, detexit amorem illum „ quo Cœnobium erat amplexus, ubi noſtri Ordinis Cu- „ cullum induerat, opulentiſſimis illud donariis, atque „ ædificiis exornans... apprime autem curavit ponere vi- „ vos lapides, ut ſicuti Cluniacenſe in Galliis Monaſterium „ Divi Petri erat celeberrimum, caputque Monaſteriorum „ trium millium, ita illud S. Facundi in Hiſpania eſſet. „ Hanc ob rem ex eodem Cluniacenſi Monaſterio eduxit „ ſpectata ſingularique virtute viros, quos inter omnium „ caput Bernardum. Equidem inducor ut credam (cujus meæ opinionis cauſa mox patebit) primum omnium adveniſſe Rupertum Monachum pariter Cluniacenſem ; ſiquidem iſti Bernardum ſucceſſiſſe Sandovallius idem teſtis eſt. Idem de fund. S. Fac. §. 20. pag. 61.

XXI. Reverendiſſimus Fr. Antonius Yepes Ordinis ſui chronographus, tomo ſexto vitam deſcribit Bernardi ; quumque multa retulerit ab hiſtoricis aliis de hoc Præſule memorata, ad paginam veniens 377. quæ inde eſt traditurus, conſtare ait ex monimentis archetypis ejuſdem Monaſterii Sancti Facundi. Poſtea narrat quomodo Alphonſus Rex Divum Hugonem rogavit, ut ſibi mitteret Monachos, qui Cœnobium hoc ad ſanctiorem diſciplinam inſtituerent: cujus poſtulatis indulgentem Hugonem virorum par multa religione conſpicuum miſiſſe Rupertum, & Marcellinum, qui Monachos Hiſpanienſes demereri minime potuerunt. „ Itaque (ipſamet ejus verborum ſententia eſt) Alphonſus

„ ſextus qui vires omnes, ac nervos intenderat, ut Monaſterii Sancti Facundi gliſceret ſanctior diſciplina, neceſſe habuit novam adornare legationem ad Divum Hugonem petitum novos Monachos... indulſitque iterum Sanctus Hugo... ac Bernardum, cujus ſpectatiſſimos mores norat, namque verſatus cum eo erat annos aliquot, coloniæ illius Ducem miſit. Eadem penes auctorem ita ſe habent: *Y aſſi fue neceſſario al Rey Don Alonſo el VI. que avia tomado el negocio de la reformacion de Sahagun con muchas veras, tornar a embiar Menſageros al Abad San Hugo, à pedirle nuevos Monges... condeſcendiò ſegunda vez San Hugo... y como èl tuvieſſe eſperimentadas las prendas de Don Bernardo, con quien avia tratado, y converſado algunos años, embiòle a Eſpaña por Cabeza de eſta Miſſion.*

Fr. Ant. de Yep. Chron. S. Bened. to. 6. cent. 7. c. 1. pag. 377.

XXII. Ex Hiſpanienſi Paralipomeno, quem Gerundenſis quidam Epiſcopus conſcripſit, edito in lucem fuit anno 1545. Bernardi adventus habetur libro ſexto eodem ferme pacto. Ibi ſic legitur: *Quum Rex Ildephonſus vellet Sanctorum Facundi, & Primitivi Monaſterium ampliare, miſit ad Venerabilem Hugonem Cluniacenſem Abbatem, ut ei virum providum, & religioſum mitteret, qui in prædicto Monaſterio Abbatis officio fungeretur... Prædictus autem Abbas Bernardum, quem ob ſanctitatis meritum carum habebat, cum aliis Monachis deſtinavit: qui mox veniens factus Abbas.*

Paral. Hiſp. lib. 6. c. 25. pag. 55. B.

XXIII. Dubitari non poteſt quin Rupertus prior ab Hugone miſſus fuerit: conſtat enim ex literis ad eum datis ab Alphonſo Rege, quibus gratias ei agit maximas, quandoquidem ſpem omnem ſuam cumulatiſſime expleverat, mittens Monachum tam præclaris meritis, Rupertum ſcilicet; *Quem*, ait, *ſuper omnes Monachos teneo excellentiorem, & cariorem, veſtrumque ex intimo corde Confratrem.* Poſtea refert quanti eum faciat, & quam multam in eo fiduciam collocarit. Has literas mutuatur Cardinalis Aguirre ab erudito viro Luca Acherio, qui eas profert. Luculentius item rei teſtimonium extant epiſtolæ duæ Gregorii VII. ad Alphonſum, & ad Divum Hugonem. Rupertus enim gratiam Regis aucupatus non modo ſuæ vitæ inſtitutum oblitus fuit, quin Chriſtianas etiam leges ſubvertit: quam rem ubi Pontifex cognovit, continuò ſcripſit Regi, ut ſuo ab latere illum avelleret, Divoque Hugoni, ut eum ad ſe revo-

Lucas Acher. to. 6. Spicil. pag. 243.

Card. Aguir. to. 3. Conc. 243.

Greg. VII. epiſt. lib. 8. apud Lab relat. ab Aguir. ſup. pagg. 224. & 225.

vocaret, & intra Monaſterium reciperet. In epiſtola ad Alphonſum, eum appellat: *Nefandiſſimum Robertum Monachum, ſeductorem tui, & perturbatorem Regni*. In altera ad Divum Hugonem præ graviſſimis, multiſque criminibus, quibus illum accuſat, adeoque mandat, ut pro ſalute animæ ſuæ revocetur, quo pœnitentia, & lacrymis illa expiet, Simonis Magi imitatorem appellat: *Qui Robertus Simonis Magi imitator*. Has epiſtolas Cardinalis Aguirre Labbejo acceptas refert. Alphonſus Fratri Sanctio ſucceſſit anno Chriſti 1073. eodemque anno Gregorius VIII. ad ſummi Pontificatus apicem divino ſpiritu afflante evectus fuit, ut Mariana teſtatur. Quare omni procul dubio longe antea Rex erat Alphonſus, quam Bernardus in Hiſpaniam veniret. Marian.l.9.c.10.

XXIV. Liquido jam conſtat ex tam multis, præclariſque adeo teſtimoniis, Bernardum nondum in Hiſpaniam veniſſe, nedum S. Facundi Abbatem gerere, tum quum Alphonſus ſextus ad ſacrum id Cœnobium confugit, ut Sanctii Fratris furorem declinaret. Quocirca fundamentum illud aperte corruit, quod Rex officiis devinctus referre voluerit gratiam parenti ſuo atque Abbati, ſingulare in eum conferens beneficium, primam nempe Sedem Eccleſiarum Hiſpaniæ. Si autem roget Eccl. Hiſpalenſis, quiſnam Monaſterii Divi Facundi eſſet Abbas quum Alphonſus illi ordini dedit nomen, id reſpondeo, quod penes Illuſtriſſimum Epiſcopum Sandovallium ſcriptum reperio; qui ſupra laudato loco de Alphonſo loquens, ait: *Tomò el Avito de nueſtro P. S. Benito, y ſe le diò el Abad Don Juliano, que à la ſazon lo era*. Et paulo infra: *Al Abad Don Juliano, de quien avia recibido el Avito, trataba ſiempre con el reſpeto de Padre, llamandole mi Abad*. „ Induit Cucullum S. P. N. Benedicti, „ quem accepit ab Juliano, qui ea occaſione erat Abbas... „ Abbatem Julianum, a quo Cucullum acceperat filiali ſem„ per amore proſequebatur, Abbatem ſuum appellans. Quare fundamentum ab Eccleſia Hiſpalenſi poſitum, quo tanquam mirabili gloriatur invento contra Toletanum Primatum, penitiſſime excinditur. Fr.Prud.Sandov. ſup.§.14.pag.54. B.& §.15.p.55.

XXV. Quamvis hiſtoriæ noſtræ non teſtarentur, quibus de cauſis Bernardus primus Toleti Archiepiſcopus creatus eſſet; Rexque ipſe, conſilii ſui participe ſolum Regina Conſtantia, ad tantæ illum dignitatis faſtigium evexerit,

tamen prudentis viri non eſt minus æquas, minuſque Catholicas electionis cauſas excogitare: cujuſmodi eſſent cauſæ conſuetudinis, & amoris, quas autumat Hiſpalenſis Eccleſia. Verum enimvero neque ſolus Rex elegit, neque unum ſibi eligendum propoſuit Bernardum. Namque ex hiſtoria quinque Regum ab Epiſcopo Pampelonenſi conſcripta conſtat inclinare Alphonſum Regem, ac propendere ad creationem alius ſanguine ſibi conjuncti Sanctii nuncupati; *Però las virtudes*, ait hiſtoricus, *de Don Bernardo valieron mas que la Sangre Real*. „ At Bernardi virtutes Regio ſanguini „ prævaluerunt. Hoc ſane credibile eſt magis, magiſque congruum, atque honeſtum, tum quod ſpectat ad eos, qui elegerunt, tum quod attinet ad electum propter animi dotes totâ Hiſpaniâ celeberrimum, maximoque in pretio habitum.

Idem hiſt. v. Reg. pag. 75.

XXVI. Scriptores hiſtoriæ noſtræ, ubi de hujuſmodi electione verba faciunt, rationem referunt, cur Bernardus ad tantam fuerit dignitatem electus. Primus omnium per me laudabitur Archiepiſcopus Rhodericus, qui hac de re ita loquitur: *Quinto decimo Calendas Januarii omnes in urbe Regia convenerunt, & habito diligenti tractatu, Dominum Bernardum, virum Religionis, & prudentiæ communiter, & concorditer in Archiepiſcopum elegerunt*. His Rhoderici verbis admodum ſimilia habet Stephanus de Garibay laudato loco per hæc verba: *Juntado Cortes el Rey D. Alonſo en la meſma Ciudad, donde los Prelados, y Cavalleros, y Ciudades, y Villas ſe congregaron; entre las demàs coſas, deſeando reſtituir à eſta Ciudad ſu antigua Primacia de las Eſpañas, como en tiempo de los Reyes Godos la ſolia tener, fue eligido con accuerdo, y conformidad de todos un Venerable Religioſo de la Orden de San Benito llamado Fray Bernardo*. Quæ ſic latine converto: „ Quum „ in eadem urbe Rex Alphonſus conventum celebraret, „ quò Præſules, Equeſtres Ordines, Civitates, & oppida „ convenerunt; cuperetque præ cæteris huic urbi vetuſtam „ Primatus Hiſpaniarum dignitatem reſtituere, quemad„ modum Gothorum Regum tempore eadem fruebatur, „ omnium unanimi voce, ac ſuffragiis Venerabilis quidam „ Pater Ordinis Divi Benedicti electus fuit, Bernardus nun„ cupatus.

D. Rhoderic. lib. 6. cap. 24.

XXVII. Gerundenſis Epiſcopus loco ſupra memorato loquens de Bernardo, ait: *Omnibus ſe exhibuit amabilem, & be-*

Paralip. Hiſp. ubi ſupra.

Digitized by Google

& benignum, adeo quod, quum Deus omnipotens Toletum Chriſtianæ reſtituit poteſtati, maxime poſt modicum intervallum, fuit electus in Archiepiſcopum, & Primatem. Audiendus item teſtis alius jam laudatus Fr. Prudentius Sandovallius videtur, qui de Toleto agens, quam urbem recèns a Maurorum poteſtate vindicaverat Regia virtus, in hanc ſententiam verba facit: *Para Arzobiſpo de ella, y Primado de las Eſpañas era coſa conocida, que no tenia igual en letras, valor, y Religion, D. Bernardo Abad de eſte Monaſterio. Y aſſi con gran guſto de la Reyna Doña Conſtanza, y aplauſo, y voz de todo el pueblo, y Grandes de ſu Palacio, fue pueſto en la Silla Arzobiſpal.* Et paulo infra adverſa pagina ita proſequitur: *Aſſi como el Rey, y la Reyna, y Grandes, como todo el Pueblo eſcogieron para primer Arzobiſpo, y Primado de las Eſpañas al mejor hombre, que en el Reyno avia. Aſſi, &c.* „ Circa electionem „ Toletani Archiepiſcopi, & Hiſpaniarum Primatis; Bernardum hujus Monaſterii Abbatem virtute, religione literis omnibus præire, nulli non perſpectum erat. Is „ itaque Regina Conſtantia ſummopere probante, populoque, ac Regni Proceribus plaudentibus, in Toletana fuit „ Sede conſtitutus.... Sicut Rex, Regina, ac Proceres, „ ita omnis populus primum Archiepiſcopum, atque Hiſpaniarum Primatem elegerunt virum omnium, qui in Hiſpania erant maxime commendabilem. Ita Illuſtriſſimus Sandovallius. *Fr. Prud. Sandov. ſup. pag. 62.*

XXVIII. Silentio præterire non poſſum P. Joannis Marianæ teſtimonium, quem auctorem Eccleſia Hiſpalenſis æque integræ fidei, atque ſtudii nullius commendat. Huc ejus verba proferam, patebitque ex ipſius ſententia & electionis ratio, & cauſa cur Bernardus aliis præferretur. *Marian. ſup.* Mariana igitur ubi ſupra ſic fatur: *Los Grandes, y los Obiſpos ſe juntaron á 18. de Diciembre, año de 1086. En aquella junta lo primero dieron gracias á la Divina Bondad, por cuyo favor la Chriſtiandad recobrò tan principal Ciudad... luego ſe tratò de elegìr Arzobiſpo de Toledo. Saliò por voto de todos nombrado Don Bernardo Abad, que era de Sahagun, hombre de muy buenas coſtumbres, y ſuaves, de muy buen ingenio, de doctrina aventajada, entereza, y virtud probada en muchas coſas, y en quien reſplandecia un exemplo, y dechado de la virtud antigua. Eſto fue la cauſa de ganar las voluntades de todos, paraque quieſ-*

ſieſſen por ſu Prelado un hombre eſtrangero nacido en Francia.
„ Quintodecimo Calendas Januarias anno 1086. Proceres,
„ atque Epiſcopi convenerunt. Eo in conventu primùm
„ Deo optimo maximo egerunt gratias pro Regia urbe in
„ priſtinam Chriſtianorum poteſtatem reſtituta... ſtatim-
„ que poſtea agi cœptum de Toletano Archiepiſcopo eli-
„ gendo. Bernardus S. Facundi Abbas omnium ſuffragiis
„ creatur, vir optime, ſuaviſſimeque moratus, liberaliſſi-
„ mo ingenio, doctrina ſingulari, integritate, virtute
„ multis in rebus perſpecta, qui Archetypum antiquæ vir-
„ tutis præſeferebat exemplum. Hæc omnia fuerunt in
„ cauſa, cur omnibus omnium votis Præſul peteretur ex
„ Galliis. Teſtimonium quidem, quo aliud nullum præcla-
rius, enucleatiuſque haberi poteſt.

XXIX. Jam vidimus a Bernardo neque acceptum eſſe, neque accipi potuiſſe in S. Facundi Monaſterio Alphonſum Regem, neque initiatum fuiſſe, quum in Monaſticum inſtitutum a Fratre Sanctio adactus fuit. Vidimus Rege per Bernardum minime in Cœnobium excepto cauſam eſſe cur ipſe eligeretur nequiviſſe gratum Regis animum erga illum. Vidimus cogitaſſe Alphonſum huic Eccleſiæ præficere aliquem Regali ortum ſanguine primum Archiepiſcopum. Vidimus hiſtoriographos hanc rem tradentes aſſerere, quod virtutes eximiæ dotesque præcipuæ Bernardi momentum majus, cauſaque potior extitit, cur omnibus Hiſpanienſibus fuerit antepoſitus; neque eorum ullum electionem hujuſmodi cauſis minus æquis, minuſque catholicis tribuiſſe. Hujus autem rei teſtes ſunt homines adeo ſtudii cujuſvis expertes, adeoque integra fide digni, ut eos qui æquet, ne dicam qui excellat, non facile inveniri poſſit. Quæ quum ita ſint ſciſcitari lubet ab Hiſpalenſi Eccleſia, quare hujus electionis poſthabeat cauſas, quæ ipſam æqui, bonique faciendam ſuadent, cauſaſque alias præſeferat, quæ minus æquam oſtendunt. Probi quidem ſcriptoris partes expleſſet, qui, vel inopia Auctorum æquas & magnas tradentium cauſas, cur extraneus Monachus tot viris ejuſdem gentis digniſſimis præferretur, a rei ſaltem veritate minime diſceſſiſſet: quum enim certiſſimis teſtimoniis res quemadmodum peracta eſt, comprobetur; quare promenda ex arbitrio ſit falſitas, tantum ut præſtantiſſimis viris injuriæ no-

ta

ta inuratur, non intelligo, neque id probari ab ullo poſſe mihimet perſuadeo.

XXX. At contra prudentiſſimum ejus viri conſilium ſapientibus videretur, qui magna merita, ſingulareſque Bernardi virtutes inde colligeret, quod cum non paucis Hiſpanienſibus Primatiali Eccleſiæ illi qui præficerentur digniſſimis videret præferri. Idque jam præſtitit ſcriptor hiſtoriæ celeberrimus Stephanus de Garibay in hanc ſententiam: *Bien ſe manifieſta de la miſma eleccion ſus grandes meritos; pues dexando à todos los Obiſpos, y Abades, y otras perſonas que à la ſazon avia en Eſpaña, fue entre todos elegido para eſta Prelacia.* Id eſt: Garib. ſup.

„ Aperte dignoſcuntur ex electione ipſa magna Bernardi „ merita; ſiquidem Præſulibus, Abbatibus, aliiſque viris „ in Hiſpania tum degentibus, poſthabitis, præ omnibus „ in Sedis hujus Antiſtitem unus ille electus fuit. Hæc procul dubio æquiſſima illatio eſt; at ex eo quod præpoſitus ille fuerit tot præclariſſimis viris, inferre ſtudii, ac neceſſitudinis cauſas, id ſane ut pro mei exiguitate ingenii loquar, non modo ab æquitate, verum a ratione etiam abhorret. Hic, bona cum venia Hiſpalenſis Eccleſiæ, illud Baſilii uſurpo: *Iniquum, & rectum apud te judicatur, da, ut vincat virtus.* Quandoquidem pro ſumma qua eſt prudentia id tibi arrogat, ut inter cauſæ æquitatem, ſtudiumque impotens humanis rebus, quod ſpectat ad electionem iſtam, judicium ferat, lubentiſſime id audiemus: verumtamen per amplitudinem, atque præſtantiam ſuam, exorari ſe ſinat, quumque jam cauſæ veritas eam non lateat, pro electionis hujus æquitate pronunciet, ut vincat virtus.

XXXI. Luculenter docuiſſe jam videor, vix, immo ne vix quidem ullo fundamento hærere Hiſpalenſis Eccleſiæ rationem; reſtat nunc, ut quæ egomet objicio exponam, ut clarior, atque evidentior ſolutio emicet. Toletanæ Primatum Eccleſiæ autumat Hiſpalenſis eſſe conceſſum contra jus, & auctoritatem Epiſcoporum, ac Metropolitarum Hiſpaniæ, ut ſupra vidimus numero quinto, proindeque eſſe irritum quidquid Pontifices his inauditis Præſulibus deliberarunt. Credo equidem, ſi Eccleſia Hiſpalenſis duo, & triginta exercitationes ab Joanne Morino conſcriptas de Primatibus inſpexiſſet, (quas tanta cum laude memorat alio loco) fundamentum hoc minime poſuiſſet, quo reſcripti vitium Par.2.c.13.n.7.

tium

tium adſtrueret. Eum videat exercitatione trigeſima prima, noſcetque, tum ſe a veritate multum aberrare, tum Pontificem ſummum, quum Primatus auctoritatem alicui concedit Eccleſiæ, nulli Metropolitarum de jure quid demere. Quamobrem graviſſimi hujus auctoris ſententia Epiſcopi, & Metropolitæ non recte adverſantur; etenim ipſorum auctoritati, & decori, honos, & poteſtas Primatis detrimenti nihil important.

Morin. l. 1. exerc. 31. p. 260. XXXII. Morini vero ſententiam totam in medium afferam. *Immerito*, inquit, *tumultuati ſunt Epiſcopi; Primatuum enim honos, & auctoritas Metropolitanorum, & Epiſcoporum prærogativas nihil lædit; quum ea ſemper conditione deferatur, ut jura Metropolitica, & Epiſcopalia ſarta tecta illis conſerventur. Nihil quod ad Epiſcopos, & Metropolitas pertineat, quum Primatus Epiſcopum ornat, concedit Summus Pontifex: ſua tantum jura non aliena in ipſum transfundit. Nemo igitur hac conceſſione ſibi injuriam inferri jure conqueri poteſt.* *Sup. par. 2. cap. 13. num. 7.* Sic Morinus. Hic vero quam recte cum Eccleſia Hiſpalenſi doctiſſima ad rem aliam, exclamarem: „ Audire non pigeat duas, & triginta Joannis Morini exercitationes hac de re, fietque palam, Toletanum Primatum nihil penitus contra jus Metropolitarum retinere.

XXXIII. Quæ Morini ſententia locupletiſſime oſtendit nullum ineſſe vitium in Urbani ſecundi Bulla; ſi enim Pontifex Metropolitanorum, & Epiſcoporum prærogativas nihil læſit, & jura Metropolitica, & Epiſcopalia ſarta tecta iiſdem fuerunt conſervata, ubinam læſio; ubinam injuria illa, quam jactat ſuo argumento Eccleſia Hiſpalenſis? Nempe, inquiet, auctoritati eos ſubjicere, a qua immunes ſemper fuerant. Euge, belle. At, nonne ſentis? præpoſterum id genus argumenti eſt: probationis enim loco ponitur ipſa res, quæ in diſcrimen vertitur, verbo, ipſa quæſtio. Enimvero, eſto: Primatus Toletanus aliquid læſerit Metropolitas, & Epiſcopos Hiſpaniarum. Hac tamen in re læſio ulla neque fuit, neque eſſe potuit: quum enim hæc Urbani ſecundi Bulla reſtitutio fuerit priſtinæ dignitatis Eccleſiæ Toletanæ, uti Pontifices Summi affirmant, noſque tradidimus capite ſecundo, Præſules, & Eccleſiæ Hiſpanienſes alieni potius arbitrii eſſe perſeveraſſent, uti fuerant ab antiquiſſimis temporibus, a quo ſolum immunes fuerant dum

dum vacaret Toletana Sedes. Atque jus *Poſtliminii* ab Eccleſia Hiſpalenſi laudatum ad rem noſtram faceret. Ita pleniſſime ſatisfactum haud dubie erit Eccleſiæ Hiſpalenſis argumento, quod nititur inhæretque læſione illa, quam ipſa autumat.

XXXIV. Verum enimvero quanquam ipſemet docui, &, mihi ut videor, planum feci, Gothorum tempore Toletanam Eccleſiam fuiſſe Primatialem, tamen quidquid Eccleſia Hiſpalenſis tradit, admittere certum mihi eſt, ſuis ut rationibus reſpondeam. Eſto igitur; de Toletani Primatus tanta vetuſtate non conſtet, ſolumque id certum ſit, quod Summi Pontifices dignitatem hanc denuo conſtituerint, ejuſque origo ab ipſamet Urbani ſecundi conſtitutione ſit repetenda. Hoc autem caſu duo ponenda ſunt: eademque ſeparatim, ut ſingulis reſponſum aptum accommodetur. Primum: ſi hujuſmodi conceſſio penitus gratioſa, ut dicunt, fuerit, cauſis minime attentis, quæ Pontifici fuerunt expoſitæ. Deinde: ſi conceſſio quodam jure facta fuerit, attentis expoſitis cauſis, quæ Toletanæ Eccleſiæ Primatum velut jure deberi evincerent, quia ſolummodo peteretur, ut ratum fieret, atque inſtauraretur antiquum privilegium, quod rationibus, & documentis probandum ſuſcipiebatur. Duobus his poſitis reſpondebo argumento, quod, quomodocumque conficiatur, apertam facilemque habet ſolutionem.

XVXV. Si conceſſio penitus gratioſa eſt, Joannis Morini doctrina ad rem noſtram facit oppidò. Enimvero ſi Pontifici aliquem in Epiſcopum dignitatem Primatis conferre libuerit, ecquid hinc detrimenti accipiunt Metropolitica jura? Priſtina auctoritas pro ſua ipſis dignitate conveniens omnino eadem ſervatur: nullum namque munus auctoritatis, atque juriſdictionis, quo fungi poſſent pro Epiſcopali, atque Archiepiſcopali dignitate ullum accipit detrimentum. Quamobrem, quum iiſdem omnino ſit liberum juriſdictionem omnem exercere, nam eadem obire munia poſſunt, quæ antea, nullatenus imminuta, vel poſt Epiſcopum aliquem in Primatem electum; dubitari non poteſt quin iſti Præſules, ſemet lædi per Primatis creationem, nullo jure querantur. Metropolitæ, ſi hoc acciderit non eo inficias, quandoque dignitati Præſulis in Primatem electi ſubderentur; id vero ex Pontificia auctoritate, quam Pon-

Vvv ti-

tiſex cum eo, tanquam ſuo Legato, communicat, cui ſuas vices, juriſdictionemque commiſit, uti decernere, atque ſancire eadem poſſet, quæ Pontificem per ſe gerere oportebat.

XXXVI. Num Divus Gregorius magnus ille Pontiſex, quum vices, & auctoritatem Pontificiam Divo Leandro, ut Hiſpalenſis autumat, commiſit, læſit aliquid Epiſcopos, & Metropolitas Hiſpaniæ? Num Summi, Sanctique duo Pontifices Simplicius, & Hormiſda conceſſis vicibus, ſuiſque Vicariis conſtitutis in Hiſpania Salluſtio, & Zenone Hiſpalenſis Eccleſiæ Præſulibus, quod minime dubium eſt, quia neque Præſules, neque Metropolitas citarunt, qui quodammodo his Epiſcopis ſubdebantur, Hiſpaniarum Præſulibus quid incommodi attulerunt? Nemo id quidem affirmare, aut dicere auſit. Cauſa vero, cur nullum læſerit, ea eſt: quod nempe Vicarii Apoſtolici conceſſum id munus jura omnia Epiſcoporum, ac Metropolitarum ſarta tecta relinquebat: & quam Summi Pontifices auctoritatem iis Præſulibus permittebant, ea cæteris omnibus excluſis dabatur; & nullius incommodo, cuicumque congruere Pontificibus videretur, ut Hiſpaniarum Eccleſiis melius, atque expeditius conſultum eſſet, tribuebatur.

XXXVII. Cæterum quæ poteſtas conjuncta fuit ad tempus certum cum Vicarii Pontificii munere, ipſa eademque conſtanter adhæret Primatui: quæ porro eſt Vicarii Pontificii munus Metropolitana Sede inhærens, ad quam perinde provocandum erat ob Apoſtolicam auctoritatem ab aliarum Sedium ſententia, atque ad Romanum ipſum Pontificem. Hinc evidenter colligitur, quod, ſi mere gratioſa fuit conceſſio Primatialis dignitas Toletanæ Sedi per Urbanum ſecundum adjudicata, firma utique, ſtabilis, ac valida conceſſio fuit: nulli enim ex Hiſpaniarum Epiſcopis, Metropolitiſve vel minimum incommodum eſt illatum: jura omnia Epiſcoporum, atque Metropolitarum ſarta tectaque ſervata ſunt; iidem ut antea dignitatis ſuæ munia omnia obire poterant: denique Urbanus cum Toletana Eccleſia, ejuſque Præſule auctoritatem, juriſdictionemque illam communicavit, quæ quum Metropolitæ alii nulli eſſet, dignitatem Primatis conſtituebat; uniuſcujuſque Pontificis, atque auctoritatis Pontificiæ erat eamdem conferre in illum Præſu-

ſulem, qui ſibi dignior videretur. Sic mihi videor argumento ſatisfeciſſe.

XXXVIII. Nec perſpicua minus reſponſio erit, ſi ponamus, Bernardum jure aliquo petiiſſe Primatis dignitatem aſſerendo, Toletanam Eccleſiam fuiſſe Hiſpaniarum Primatialem ante Saracenorum irruptionem: quæ res quin ita fuerit dubitatio nulla eſt, namque ipſæ Summorum Pontificum Bullæ id aperte teſtantur. Ego vero, antequam reſpondeo ad argumentum, libenter interrogarem Hiſpalenſem Eccleſiam; de Bernardo quid ſentiat: Virumne Catholicum, virtutepræditum, ſuoque dignum munere, an excordem, vanum, tumidum, atque ſuæ imparem dignitati? Quum Primatis dignitatem petiit ab Urbano Pontifice, num bona fide id præſtitit ex traditione aliqua in Hiſpaniis, immo etiam Toleti Maurorum tempore adhuc vigente, an mala fide, auſus imponere tum Pontifici, ut beneficium conferret, tum Divo Hugoni, ut ſe apud Urbanum interponeret, Luciferi ambitione elatus, ut aſtris tot lucidiſſimis, Hiſpaniarum nempe Præſulibus anteiret, eoſque ſuæ ſubigeret poteſtati? Alterutrum certe horum eveniſſe oportet. Neque notam ſuperbiæ, & ambitionis effugere poteſt Monachus ad humilitatem, ac religionis tam ſanctæ perfectionem inſtitutus in Cluniacenſi Monaſterio, quem præterea ob præclaras virtutes miſerat D. Hugo tanquam Præpoſitum Monaſterii D. Facundi, quum Archiepiſcopi vix dignitatem eſſequutus eſſet. Præproperum ſane a virtute diſceſſum, hominis præſertim tantæ perfectionis.

XXXIX. Quoniam vero ſuperbum, & ambitioſum nuncupare Archiepiſcopum Bernardum ſanctiſſimas æqui, & caritatis leges contemnere eſſet, (namque perinde id foret, ac ſtultum ſe, audirique indignum non modo a prudentibus, ſed etiam a probis hominibus) fateamur neceſſe eſt bona fide ipſum petiiſſe Primatus dignitatem, ob rationes ſibi oblatas, quas ratus minime poſthabendas ad Romanam Aulam detulit, ac Pontifici Urbano II. una cum Alphonſi Regis, Divique Hugonis epiſtolis, propoſuit. Duo hac in re oportet animadverti. Primùm, quod Chriſtianis Toleti degentibus, quum civitas e Maurorum ditione erepta fuit (quos vocabant, uti nunc minores dicunt, Mozarabes) ex traditione conſtabat, Toletanam Eccleſiam fuiſ-

ſe Primatialem: quam iidem vixdum in libertatem vindicati cum recèns electo Archiepiſcopo Bernardo communicarunt: quem utpote exterum ſuique in conclavis anguſtiis educatum id latebat; ſimulque docuerunt quæ ex vetuſtate rationes ſuppeterent, quæ item extarent documenta antiquum ejus Eccleſiæ Primatum comprobantia. Et ſane, quum Bernardus hoc munus haud ſuſceperit arbitratu ſuo, credibile eſt homines integræ fidei eumdem induxiſſe ad priſtinam Eccleſiæ illius dignitatem inſtaurandam. Quod ſi Gothorum tempore Toletana Eccleſia non fuiſſet Primatialis, undenam præproperam hæc Primatus appetitio?

XL. Deinde animadverti oportet, quod Bernardus non venit Romam abſque documentis, quæ fidem aliquam poſſent facere (non enim hîc quærere lubet, utrum perſuadentia ea fuerint, quod pro certo habeo) quin etiam quæ ob modicam diſtantiam temporis, majorem ſinceritatem atque hominum veritatem fas fuit colligere, omnia ſecum attulit. His teneri ſe Archiepiſcopus cenſuit, ad priſtinam ſuæ Sedi auctoritatem ac dignitatem vindicandam. Hæc voluit Alphonſo ut eſſent perſpecta, ne Regiam interponere auctoritatem dubitaret apud Urbanum. Hæc haud dubie Divo Hugoni Magiſtro, & in piis rebus parenti oſtendit; ab omni ſiquidem fide abhorret, tum Regem inexplorata re id oneris ſuſcepiſſe; tum Divum Hugonem cauſæ hujus patrocinium ſuſcepiſſe, minime comperto, æquane an ſubdola eſſet Bernardi petitio, ſuaſque ad Pontificem literas tradidiſſe, quum tamen eſſet inſciens rationum, quibus Bernardus idem inniteretur. Incredibile eſt, virum ſanctitate conſpicuum, cujuſmodi erat Hugo, adeo imprudentem fuiſſe. Quod ego crederem, ac facile inducor ut credam, & omnium nemo me negabit recte credere; Bernardus omnes ſuæ petitionis cauſas cum Divo Hugone communicavit; Sanctuſque Abbas novi Archiepiſcopi æquitatem agnoſcens, commendatitias eidem literas ad Pontificem libentiſſime tradidit.

XLI. His cum literis, ac documentis Bernardus ubi Romam venit, longi adeo ſuſcepti itineris cauſam docet Pontificem: documenta eadem literaſque exhibet, quibus apud Romanam Curiam probare ait ſe velle, quod Eccleſia Toletana longe, antequam Maurorum in poteſtatem ve-

veniret, dignitate Primatus nituerit; ſupplexque orat Pontificem, ut Hiſpaniarum Primatis dignitatem iterato reſcripto ſuæ Sedi reſtituat. Quæro nunc: quem ſe geſſit Urbanus hac in re? Num Toletanæ Eccleſiæ Primatum conceſſit inexplorata ejus cauſa; documentis haud cognitis; eaque minime compertum habens, forentne legitima, omnique exceptione majora, ſeu potius falſitatis poſſent argui? Solumne Alphonſi Regis ſexti, Divique Hugonis inſpectis epiſtolis, ob veterem cum Bernardo conſuetudinem, nullo habito examine, inquiſitione, ac diligentia edidit Bullam Primatemque illum declaravit? Profecto ſi ita ſeſe res haberet, vel nunc Primatus iſtiuſmodi conceſſionem imprudentem eſſe irritam profiterer. Verum enimvero, ecquis hominum tanto Pontifici, nempe Urbano ſecundo imprudentiæ, ac temeritatis tantæ notam inuſſerit? Fieri hoc quidem omnino non poteſt, ut homo aliquis rationis particeps eouſque temeritatis inauditæ deveniat, ut præcipitis animi ſententiam obfirmans, tam inſignem Pontifici injuriam importet.

XLII. Quod ſi temerarius aliquis obſequium ipſi, ejuſque dignitati debitum detrectaret; conſtat ex prima Urbani Bulla, eque aliorum aliis, qui eidem ſucceſſerunt, compertam, & exploratam fuiſſe cauſam, rationeſque per Bernardum adductas, atque documenta perſpecta; nullumque eſſe dubium, quin jura Primatus, quem antiquitus Eccleſia Toletana habuit, certa eſſent. Argumenta quibus rem comprobavimus videſis cap. 3. partis 2. quô loci multorum Bullæ Pontificum a me fuerunt allatæ. Ex Urbani autem ſecundi, aliiſque Bullis palam eſt: *Conſtare, quantæ Toletana Eccleſia dignitatis fuit ex antiquo: quantæ in Hiſpanicis, & Gallicis regionibus auctoritatis extiterit; quantæ per eam Eccleſiaſticis negotiis utilitates acceſſerint.* Æquum eſſe, *auctoritatem priſtinam Toletanæ Eccleſiæ reſtituere*, quam Ildephonſi virtus in priſtinam, qua Gothorum ævo dignitate nituit, vindicarat. Decernere, ut *quidquid Toletana Eccleſia antiquitus noſcitur habuiſſe, nunc quoque ex Apoſtolicæ Sedis liberalitate habeat.* Quæ ſummo jure actum eſſe evincunt; documenta & literas allatas ad examen revocatas; conſtitiſſe ex Actis, quod Bernardi petitio æqua eſſet, Regiſque Alphonſi auctoritas jure interpoſita eſſet: ac demum rite judicium fuiſſe pronuncia- *Urbani II.*

 tum.

tum. Hæc ex Urbani ſecundi ejuſque ſucceſſorum Bullis habentur. Quocirca irritæ non erunt Urbani, & eorum qui ſunt ſequuti Pontificum Bullæ, ob examinis, ac teſtium defectum; neque mendacii nota Pontificibus iiſdem inuri poterit, quia eadem, quæ ab anteceſſoribus ſancita fuerant, confirmarunt.

CAPUT IV.

Proſequitur reſponſio ad argumenta ſuperiori capite prolata.

SUMMA CAPITIS.

I. *Objectio Memorialis, quod Bulla Urbani II. per obreptionem ſit impetrata.*

II. III. *Eadem diluitur adſtruendo Toletani* Primatus *antiquitatem Privilegio, quod Cindaſuinthes obtinuit a Romano Pontifice.*

IV. *Id documentum licèt hodie deſideretur, credibile eſt Urbano II. fuiſſe exhibitum.*

V. *Quando etiam idem non fuerit prolatum, cauſæ aliæ adductæ ſubreptitiæ non fuerunt.*

VI. *Memoriale ne videatur arguere ſummum Pontificem, Bullæ verba non refert cum integra fide.*

VII. *A ſupremo Judice appellare non licet.*

VIII. *Sententia Urbani II. nullo pacto infirmat documentorum defectus, quæ tum temporis eidem fuerant expoſita.*

IX. X. *Cauſæ, quæ Urbano II. adductæ fuerunt, recenſentur, ac primum Epiſtola D. Braulii.*

XI. *Permiſſio Epiſcopi Cordubenſis D. Heladio in cauſa depoſitionis: teſtimonium Felicis de Juliano prædeceſſore in* Primatiali *Sede Toletana.*

XII. *Felicis teſtimonium eſt argumentum vetuſtatis Toletani* Primatus.

XIII. *Quarta ex cauſis Urbano allatis eſt Beati Aſturicenſis Epiſcopi teſtimonium.*

XIV. uſque ad XVIII. *Memoriale objicit Beati teſtimonio, quod Narbonenſem Eccleſiam accenſeat Hiſpanis Eccleſiis, quæ objectio confutatur, atque illuditur:*

XVIII. XIX. XX. *Aliæ diluuntur objectiones eidem Teſtimonio factæ.*

XXI. XXII. *Adſtruitur veritas ejuſdem teſtimonii; & reprehenditur Memorialis cenſura parum conſtans.*

XXIII. XXIV. *Quinta cauſa ſunt verba ex Innocentii primi epiſtola deſumta.*

XXV. *Sexta cauſa ſunt duo decreta unum Concilii anno 610. Toleti celebrati, alterum Gundemari Regis.*

XXVI.

XXVI. *Urbani II. ſententia, & judicium nullo pacto irrita eſſe dici poſſunt.*

XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. *Objectio Memorialis, quod Eccleſiæ identidem e Maurorum poteſtate receptæ ſuis Metropolitis redderentur, confutatur, demonſtrando Summos Pontifices pro ſuprema auctoritate in Eccleſia decernere, & innovare quidquid boni & æqui conſulunt, quod multis confirmatur exemplis translationum Suffraganearum Sedium, novarumque inſtitutarum Metropoleon.*

XXXI. *Eccleſia ipſa Toletana minorem hodie Suffraganearum numerum habet; nec tamen repetundarum alias inſimulat; neque in Hiſpalenſem Eccleſiam cauſam diceret, niſi provocaretur.*

XXXII. *Concluſio capitis.*

I. ECcleſia Hiſpalenſis, quæ ipſius eſt reverentia, & obſequium erga Romanos Pontifices, eoſdem ab omni labe liberos volens, peccarunt, inquiet, qui rem ad Urbanum Pontificem detulerunt, (ita enim ſuo in Memoriali fatetur) Pontifex quippe fidem habens factæ relationi, Primatum Eccleſiæ Toletanæ conceſſit; proindeque Bulla nullius eſt roboris utpote per ſubreptionem impetrata: id autem fieri ut plurimum ſolet, ne minimum quidem obſequio, ac venerationi erga Summos Pontifices detrahendo, quum nempe reſcripto Pontificis vitium ſubreptionis objicitur; tum enim ipſe Pontifex re melius cognita priorem revocat Bullam. Hac de re nullum eſſe poteſt dubium, ſuntque teſtes iidem Pontifices Maximi; quorum omnium inſtar Alexander III. monet, ut Pontificis reſcriptum, aut executioni mandetur, aut executio eadem producatur uſquedum Pontifex rerum inſtructus, quas antea non novit, decernat, utrum Bulla procedat, & executioni mandentur, quæ a Pontifice ſancita fuerunt. Quod cum publico, privatoque Hiſpaniarum jure conſentit, ut Ill. Fr. Franciſcus Araucus Ordinis Prædicatorum ſplendor teſtatur. Doctrina hæc tota negari haud poteſt: cæterum quam abs re noſtra eamdem ſit, demonſtrabo.

Alex. III. in cap Si quando de reſcr. in cap. quum teneamur de præb.

Arauc. deciſ. moral. de ſtatu Civil. diſp. 4. diffic. 1. n. 23.

II. Multis porro ex cauſis noſtro cum inſtituto hæc doctrina non facit; quas ſingillatim tradere oportet. Nemo aſſerere certo poteſt, quæ cauſæ, quæve documenta ea occaſione ad Urbanum Secundum delata fuerint, ut vitium iiſdem objiciat. Fortaſſe ex documentis recenti ab Archiepiſcopo tunc allatis Romam id privilegium, quod Romanus

nus Pontifex flagitante Cindaſuinthe Rege conceſſit, (Hoc Rege floruerunt Martinus Primus, ejuſque Præceſſor Theodorus) quod memorat Archiepiſcopus Rhodericus, Joannes Morinus, aliique non pauci, noſque idem produximus in parte hujus operis 2. cap. 17. num. 17. cum explicatione verborum Archiepiſcopi, & animadverſione, quam memoria repetere neceſſe eſt. Hoc reſcriptum eſt authentici inſtar monumenti Primatus Eccleſiæ Toletanæ, ejuſdemque confirmationis. Quod ſane documentum non idcirco vetuſtati tantæ negandum eſt, quod deſideretur impræſens; conſtat enim breviori admodum ſpatio temporis documenta plurima vera, certa, & authentica interiiſſe. Meaque opinione mirandum eſt magis, quod nonnulla poſt annorum tot ſpatium adhuc extent, quam ſi omnia penitus forent abſumta.

III. Enimvero quot præclariſſima monumenta non levi fragilique folio commiſſa, ſed in marmore, atque in ære inciſa ætas delevit, æternaque obruit oblivione? Quamobrem Auctor graviſſimus Alphonſus Salmeron alia occaſione ait: *Olim heroicis, & illuſtribus viris dabatur, neſcio quæ memoria in ſaxis, & in columnis marmoreis, aut in arcubus triumphalibus, aut in æreis; ſed brevi illa omnia conciderunt: Nam, ut ille dixit:*

P. Salm. to. 12. in Act. Apoſt. tr. 9. pag. 61. col. 1.

Auſon. Gal. epig. 34.

Mors etiam ſaxis marmoribuſque venit.

Quod ſi marmora etiam, & æra ſuum habent interitum, multo magis leve ſolium intereat neceſſe eſt.

IV. Quocirca ſi ejuſmodi documentum reapſe fuit, quemadmodum viri affirmant digniſſimi, quibus integra fides adhibeatur, ſatis illud erat ad conteſtandam Judicibus ſententiam laturis, æquitatem cauſæ, qua Archiepiſcopus Bernardus utebatur, quatenus Hiſpaniarum Primatus. Utrum ea fuerit ex cauſis ad Urbanum allatis non conſtat, pariterque haud liquet, quænam cauſæ aliæ Pontifici eidem proponerentur; quare falſitas earum redargui non poteſt, adeoque hàc procedere argumentum nequit ſubreptionis Reſcripti Pontificii, ac vitii, cui Urbani Bulla ſit obnoxia.

V. Cauſas, rationes, fundamenta alia nulla Hiſpalenſis Eccleſia docet ad Pontificem fuiſſe delata, præter ea quæ occurunt in ſcripto, cujus ipſe mentionem habui ſuperiori capite num. 9. ex primo e duobus voluminibus, quæ Di-

da-

dacus de Caſtejon de Toletanæ Eccleſiæ Primatu conſcripſit. Sed agedum: hæ tantum cauſæ, hæc tantummodo fundamenta fuerint: ideone ſubreptitia dicenda erit Urbani Bulla? Immo vero hæc altera ratio eſt, quare ſupra allata doctrina Bullæ huic nequaquam conveniat: quum enim quæ producuntur rationes in contentione, codicibus, ac documentis pro defenſione partis, aut gratiæ conceſſione, conſtantes ſunt, atque certæ, nullo pacto irritum haberi debet judicium, aut gratia ſubreptitia: quum certe liqueat, ſubreptionis vitium objici ſolum poſſe Reſcripto, quando falſæ cauſæ adductæ ſint (nihil enim ſpectat ad rem noſtram obreptio.) Quocirca, quandoquidem adductæ cauſæ certæ ſunt, ſuum habeat robur conceſſio eſt opus. Neque poſt gratiam ſemel conceſſam latamve ſententiam ſpectat ad partes de cauſarum qualitate, aut robore diſputare: quum enim ſolius Judicis, qui fert ſententiam, ac Principis, qui gratiam confert, proprium ſit rationum validitatem pro ſua prudentia reputare; contra ſententiam, & gratiam niti, perinde eſſet, ac iniquitatis Judicem, ac Principem imprudentiæ accuſare; minime vero ſententiam irritam, & ſubreptitiam gratiam demonſtrare.

VI. Hoc quidem videtur ſibi velle Hiſpalenſis Eccleſia, libere enim, ut ſupra monuimus, affirmat ipſo in paginæ 341. initio, dignum admiratione eſſe, quod Summus Pontifex tam debili, ac vitioſa hærens probatione in re de ſimplici facto per reſcriptum aſſeruerit, conſtare, quod veteres omnes Toletani Præſules Hiſpanienſium Eccleſiarum Primatum habuerint. Cujus verba ipſa ita ſe habent: *Es digno de admirarſe, que con probanza tan flaca, y defectuoſa, afirmaſſe un Pontifice Sumo en ſu Reſcripto, y en un negocio de puro hecho, que conſtaba aver tenido antiguamente todos los Prelados de Toledo el Primado de todas las Igleſias de Eſpaña.* Verum fatear, de hac propoſitione quid dicam neſcio. Admiratione quidem dignam eſſe non dixerim; quin potius deſpicatui ducendam eſſe contenderem, dignamque habendam, quæ octavo, aut nono primæ partis capiti accenſeatur, ubi legitimum poſſet locum occupare. Cæterum ut magis magiſque lector admiretur Memorialis auctorem, animadvertat quæſo, quantula refert fide Urbani II. verba, quæ ſi fideliter erunt allata, major noxa detegetur in iis,

Mem. pag. 341.

quæ indecore autumat de Pontifice. Tota in Urbani Bulla non occurrunt, quæ profert Eccleſia Hiſpalenſis uti propria Pontificis, characteribus, quos vocant Italicos. Ait Urbanus, recteque ait, conſtare, quod Archiepiſcopi Toletani Primates Hiſpaniarum fuerint ex antiquo: verùm *conſtat*, Archiepiſcopos *omnes* non ait: cæterum univerſalitas eadem fuit opus Hiſpalenſi Eccleſiæ, ut difficiliorem exhiberet propoſitionem, & ſpecie aliqua obtenderet cenſuræ notam, ſimulque ne imprudentiæ Pontificem videretur arguere, quum ait, probatione tam levi, ac vitioſa motum, decreviſſe.

VII. Latam a ſupremo Judice ſententiam, qui impugnavit, invalidas obtendens rationes, quibus motus Judex legitimus pronunciavit, ante hoc tempus nunquam audivimus: nova hæc ſcilicet forma judicii eſſet, quæ protraheret cauſas, eaſdemque æternitati commendaret: pars etenim ſæpe damnata jus ſuum exiſtimat certum eſſe, partiſque adverſæ rationes nullius eſſe roboris: itaque apud novos Judices experiri poſſet jus ſuum, ut ſententia in ſemet lata revocaretur: quandoquidem damnata pars admiratione id quidem eſſe dignum diceret, quod adeo infirmam vitioſamque ob cauſam hereditas ad ſe tanquam primogenitum ſpectans alii adjudicaretur, quæ novi judicii nova, & inaudita forma æternas gigneret controverſias, & lites. Hoc autem abſurdum vitari poteſt ac debet permittendo Judici, ut de probationum efficacia, rationumque robore, pro ſua prudentia decernat: Partis enim utriuſque unum id munus eſt ut ſuam exponat cauſam, ſuumque jus experiatur, latamque ab Judice ſententiam ratam habeat.

VIII. Præterquamquod recte affirmari non poteſt rationes alias nullas ad Urbanum Pontificem fuiſſe delatas majoris roboris, (dum ſatis non eſſent, quæ a nobis ſupra laudatæ ſunt) cujuſmodi ſuppetere potuerunt, quanquam hoc tempore, ut monebam, interierint: neque hac de re ambigendum videtur; quippe una ex rationibus eo ſcripto recenſitis, eſt epiſtola D. Braulii Cæſarauguſtani Epiſcopi, quæ hodie non extat. Credi autem debet Urbano eadem exhibita fuiſſe; nemo enim omnium ſibi perſuadere poterit, fidem integram fuiſſe adhibitam rei, quæ controverſi juris formula eſſe videtur, datamque eſſe Bullam minime au-

auditis rationibus cæteris, quæ ſorent adductæ. Equidem ſentio, Urbanum ſecundum, qui magnus hauddubie ſuit Pontiſex, ſumma ſingularique prudentia fuiſſe præditum; quare affirmanti eidem in ſuis Reſcriptis aliquam rem pro conſtante, ac manifeſta, majorem debeo fidem adjungere, quam privato alii viro, ſeu reipublicæ, licèt multæ auctoritatis ſint, contrarium aſſerentibus. Quumque rationes, quæ poſt annorum tot ſeriem ſuperſunt, perſpicuæ ſatis, firmæque non ſint, ut ab ejus dicto auferant omne dubium, pro certo haberem alias tum rationes adfuiſſe, quæ modò nos fugiunt, & vetuſtate fuerunt abſumtæ. Multa in Hiſpaniis Concilia ſeculo quinto fuerunt habita, uti conſtat ex Divi Leonis literis, quas protuli parte 1. cap. 7. num. 4. nullaque eorum memoria ſuperfuit ab anno quadringenteſimo, ad ſextumdecimum ſupra quingenteſimum. Ecquis, ita me Deus amet, male de Pontifice ſentiat, quem liquido non conſtet minus probe geſſiſſe.

IX. Huc accedit quod pleræque rationes illæ, quas Memoriale, ſeu controverſi juris formula præſeſert, maxime dignæ ſunt, quæ ſummo habeantur in pretio: quumque dubitari nequeat, quin extent, veræque ſint, nonnullæ quippe ex hiſtoriis, atque Conciliis Hiſpaniarum habentur, pleniſſime æquitatem, ac veritatem comprobant, quibus inhærens Bernardus Archiepiſcopus cauſam ſuam expertus eſt. Earum prima eſt epiſtola Cæſarauguſtani Præſulis Divi Braulii, quæ tametſi non extet, pro certa haberi debet; etenim ſi ad Pontificem, Eccleſia Hiſpalenſe teſte, delata fuit Divi Braulii epiſtolæ S. Eugenio conſcriptæ ſententia, qua eumdem Primatis honore proſequitur, inſtar potiſſimæ rationis; profecto documentum ipſum honorem iſtiuſmodi continens adduci oportuit; ridiculum quippe eſſet aut inſcriptionem, aut ſenſum literarum afferre præter ipſas literas. Et ſane ſi Archiepiſcopo Bernardo D. Braulii Cæſarauguſtæ Antiſtitis teſtimonium exhibente Urbanus Pontifex nil ultra inquirendum ſibi eſſe cenſuit, hic certe Præſul plus æquo ſe repreſſit, (niſi forte aut Dei metu, aut veritatis amore fuit retentus) minime affirmans exiſtere quinquagenas, centenaſve Metropolitarum, & Epiſcoporum Hiſpaniæ literas, qui Toletanum Archiepiſcopum Primatis nomine cohoneſtabant.

X. Quod maxime attendi debet, ac ſedulo animadverti, quum *filii hujus ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua* ſint: ut Magiſter omnium Chriſtus per Lucam ait cap. 16. cur Bernardus, ſi iiſdem accenſetur, (prout accenſeatur neceſſe eſt, ſi Primatum Hiſpaniarum non ob ardentem Sedis ſuæ amorem ac neceſſitatem, ſed ſolam ob ambitionem, ac ſuperbiam expetivit) negotii ſui tam male fuit gerens, ut Præſulis unius epiſtolam afferret; dum quemadmodum hanc D. Braulii epiſtolam, quæ ſi Memoriali ex tripode pronuncianti ſit fides, non extitit, ita tercentas Epiſcoporum, ac Metropolitarum omnium Regni epiſtolas afferre potuit; quarum numero, (ſiquidem Eccleſiæ Hiſpalenſis ſententia D. Braulii epiſtolam dummodo is produceret, pro certis habitæ eſſent) petitionem ſuam adſtrueret, maximeque firmaret? Verum enimvero, quum Bernardus & vitæ ſanctimonia, & virtutibus admodum commendabilis foret, Primatuſque dignitatem ideo ſolum appeteret, ne Toletana Sedes ſibimet adjudicata jus vetuſtiſſimum ejus dignitatis amitteret, ſuam ad cauſam ea duntaxat afferre optimum duxit, de quibus tum liquidò conſtabat: ſi autem vetuſtas documenta nobis invidit, quid vitio id Toletanæ Eccleſiæ vertitur? quid enixe ab eadem petuntur perſpicua monumenta, quæ anni jam amplius ſexcentis lapſi ſunt, quum Romæ fuerunt producta?

XI. Quæ deinde affertur cauſa, eſt Cordubenſis cujuſdam Epiſcopi permiſſio Divo Heladio Archiepiſcopo Toletano facta per Divum Iſidorum Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ut ſententiam depoſitionis in eum ferret ob perpetratum incontinentiæ crimen. Eademque maximi eſt momenti ac ponderis, uti 12., ac 13. partis ſecundæ capitibus demonſtravi: perſuadetque locupletiſſime, quod Toletano Archiepiſcopo auctoritas major erat, quam Hiſpalenſi vel in ſubditas huic gentes, quæ porro auctoritas præter Primatialem alia nulla eſſe poteſt. Videſis laudatum locum, quò conjecimus quidquid hic habet Eccleſia Hiſpalenſis, idem quippe iterum iterumque urgere nonniſi moleſtiam gignit. Tertia cauſa eſt, quod Felix Archiepiſcopus Toletanus de D. Juliano loquens prædeceſſore ſuo: *Julianus*, inquit, *Pius B. memoriæ, qui quum in eadem Regia urbe functus eſt honore Primatus*. Objicit hic Eccleſia Hiſpalenſis. Optima hunc textum

tum fide non eſſe prolatum, quandoquidem in operum Divi Iſidori editione Lutetiæ Pariſiorum anno 1601. pag. 739. hunc in modum occurrunt. *Poſt ſanctæ memoriæ Quiricum idem egregius Julianus præfatæ urbis functus eſt Primatu.* Eccleſiam Hiſpalenſem habere diſcrimen materialium duntaxat vocum quis non miretur, perturbantem ſcilicet voces in rebus ſummis graviſſimiſque? Idque paulo ſupra docuimus ad num. 6.

XII. Hoc ex Felicis teſtimonio argui poteſt antiquitas Toletani Primatus. Præcipue vero ſi ejus auctor conſideretur, & duabus allatis cauſis adjungatur. Multa enim quæ ſatis per ſe non probant, aliis adjuncta rem apertam faciunt, atque perſpectam. Nullus quidem dubito, quin de eo conſtet, quod ibidem ait Eccleſia Hiſpalenſis, non paucis nempe in locis ac monumentis veterum haud accipiendam eſſe ex voce ipſa *Primatus*, dignitatem, auctoritatemque illam, quade agimus. Pariterque pro certo habeo, ex circumſtantiis, quæ in Veterum monumentis occurrunt poſſe dignoſci propriam, ſeu impropriam ejuſdem vocis *Primatus* notionem. Et ſane ſi is qui ea dignitate præfulget, conſideratur Archiepiſcopus Toletanus, cujus propria erat ſuperior ſuæ Sedis auctoritas, eaque propter inter Metropolitas licèt minus antiquus præſederat, præfueratque Concilio, uti capp. 10., & 11. dictum fuit in parte altera, proindeque Hiſpaniarum Primas habebatur, certiſſime aſſeri videtur poſſe, quod voci *Primatus* anteceſſori ejus adjudicatæ ipſa eademque ſubjiciatur notio, quæ noſtri inſtituti eſt. Quod ſane judicium rationi, ac prudentiæ conſentaneum eſſe nemo omnium non videt. Quæ quum ita ſint, argumentum, quod e verbis Felicis ducitur, ſint ea ſcilicet quemadmodum exhibet illud ſcriptum, vel quemadmodum Hiſpalenſis Eccleſia refert, utroque enim modo Felix vocat Primatem Toletanum Julianum, eſt quidem certe firmiſſimum.

Par. 2. c. 10. & 11.

XIII. Quartam cauſam nequidquam labefactare nititur pro virili parte Hiſpalenſis Eccleſia, invicti enim eſt roboris. Ea vero teſtimonium eſt Beati Aſturicenſis Epiſcopi de Toletanæ Eccleſiæ Principatu, quod ita ſe habet: *Tempore Gothorum novimus, totam Hiſpaniam ſub uno Rege fuiſſe, & Eccleſiam quæ ipſi Regno pertinuit, ſub uno Archiepiſcopo, & cæteras Metropolitanas Sedes, ideſt Narbonam, Tarra-*

Mem. pag. 348.

raconam, Hiſpalim, Emeritam, & Bracaram ſupradictæ Sedi ſubeſſe. Hoc teſtimonium ſi certum, omnique majus exceptione eſſet, evidenter oſtenderet Eccleſiæ Toletanæ Primatum Gothorum tempore, maximamque Urbani ſecundi æquitatem, dum Archiepiſcopo priſtinam, ut ait in Bulla, dignitatem confirmat: Eccleſia autem Hiſpalenſis diligentiſſime aucupatur multa nomina, quibus tum idem oſtendat eſſe falſum, tum multos poſt annos effictum; tot quippe, ait, erroribus ſcatet, ut eorum præſeferat imperitiam temporum, quum fabricatum fuit. Ex iis nominibus tria quæ jactat adeo nullius ſunt roboris, ut ne ipſa quidem Eccleſia Hiſpalenſis ullo habuiſſet in pretio, niſi verum eſſet ejuſdem præceptum a me laudatum in parte prima, quod nempe magnum incrementum rebus additur, *quando ſon mirados por el vidrio de la paſſion*, „ quum ſtudium ad eas con„ ſiderandas nos ducit. Certum mihi deliberatumque eſt illa in medium afferre, atque eos, qui ſtudii cauſas procul habent obteſtari, ut ferant judicium, cui me ſtaturum polliceor vel ſi meæ opinioni contrarium ſit.

Par. I. c. 3. n. I.

XIV. Ait igitur primùm, deceptum eſſe Beatum, quia inter Hiſpanienſes Eccleſias Narbonenſem recenſet; quæ quidem provincia quanquam Gothis parebat, nunquam, ait, Hiſpania, at Gallia Gothica fuit appellata... dum tamen univerſali ea voce *totam Hiſpaniam*, ab Epiſcopo comprehenditur. Ejus proſeram verba, ut ſoleo: *Es, que entre las Igleſias de Eſpaña quente la de Narbona; porque, aunque aquella Provincia eſtuvo ſujeta à los Godos, nunca ſe llamò Eſpaña, ſino Galia Gothica... y la incluye en el termino univerſal de totam Hiſpaniam*. Vitio quidem nulli Beati verba ſunt obnoxia: verùm intelligo, Hiſpalenſis Eccleſia, quum deeſſet quod objiceres, hæc ſplendida ſomnia prætexers. Vitio inquam omni carent mox laudata Beati verba, non enim affirmat, Narbonenſem Galliam, ut autumat Hiſpalenſis Eccleſia in Hiſpania comprehendi, quod minime expers eſſet vitii, niſi ſecus ſeſe res haberet. Redeas precor, mi lector ad Beati verba, paulo ante prolata, facile enim agnoſces ſibi haud voluiſſe hunc Epiſcopum, quæ Hiſpalenſi Eccleſiæ in mentem veniunt.

Mem. ibid.

XV. Ecquem latet in Galliæ Hiſpaniæque finibus non pauca eſſe oppida, quæ licèt Hiſpaniarum ditionis non ſint, ad

ad Diœceſes tamen, & Eccleſias harum ſpectant? Gerundæ, & Orgelii Diœceſes multa in Galliis habent oppida. Turiaſonenſis item Diœceſis, quæ in Aragoniæ Regno eſt, in Caſtellæ, Navarræque provinciis habet oppida. Quæ quum ita ſint, Gerundæ, & Orgelio Hiſpanis Diœceſibus loca multa extra fines Hiſpaniæ ſita conveniunt. Ad Turiaſonem vero pertinent oppida provinciarum Caſtellæ, & Navarræ, nempe extra Aragoniæ Regnum, in quo Eccleſia iſtæc ſita eſt. Ubinam igitur geograficus ille error quem objicit Memoriale? Num Gallia Narbonenſis Toletanæ Diœceſi finitima dicitur, quemadmodum ipſummet Memoriale Gallæcos Carpetanorum ad Tagi ripas incolentium finitimos eſſe docet? *Mem. ſup. par. 1. cap. 1.* Beati quidem teſtimonium quin exceptione omni ſit majus dubitari non poteſt. Diœceſis olim, ac Metropolis Narbonenſis Gothorum ævo ad Hiſpanienſem ſpectavit Eccleſiam: quare ad Nationales Synodos Toleti habitas ejuſdem Metropolitæ advenerunt, qui ſi antiquiores forent, ipſos ante Hiſpanos ſubſcribere conſueverunt. Eſſe igitur provinciam ad Eccleſiam Hiſpaniæ pertinentem, &, eſſe provinciam Hiſpaniæ, duo hæc inter ſe valde diſcrepant. Memoriale id quicumque legerit haud dubie mirabitur, Eccleſiæ Hiſpalenſi viſam eſſe maximi inſtar vitii rem manifeſtam, atque evidentem.

XVI. Galliam diximus Narbonenſem Hiſpaniæ provinciam recte nuncupari: quam plane opinionem, longe ut deponamus, confirmamus magis; miramurque oppidò, quod Hiſpalenſi Eccleſiæ cætera eruditiſſimæ cenſura iſtæc in mentem venerit. Enimvero cuinam perſuaſum unquam erit, eamdem, quum legerit Garſiam de Loayſa, Hiſpanienſium provinciarum diviſionem præteriiſſe, quam Garſias idem refert in tomo Conciliorum Hiſpaniæ ex Hiſpalenſi MS. anno 962. qui codex Regio in Monaſterio Divi Laurentii ſervatur? Dixi, quum legerit: non legit, ita me Deus; non enim appellaret errorem, quod tanta vidiſſet auctoritate niti. Illi vero titulus hic inſcribitur: *Diviſio Provinciarum Hiſpaniæ, & earum Sedium*. *Garſ. de Loayſ. to. Conc. diſp. pa. 132.* Statimque ſequitur earumdem Provinciarum diviſio. Prima: *Provincia Gallæciæ*. Altera: *Provincia Galliæ*. Tertia: *Provincia Luſitaniæ*. Quarta: *Provincia Carthaginenſis*. Quinta: *Provincia Bætica*. Sexta: *Provincia Tarraconenſis*. Hinc luculenter apparet, provinciam, quæ

quæ Gallia Gothica dicebatur, Hiſpaniarum provinciis acceuſeri. Quamobrem ne minimum quidem Epiſcopus Beatus peccaſſet, Narbonenſem provinciam, & Eccleſiam Hiſpanienſes appellans.

XVII. MS. aliud Gothicis characteribus ab Ovetenſi Eccleſia idem auctor profert, in ſequenti pagina, cujus initium eſt: *In nomine Jeſu Chriſti. Incipit numerus Sedium Hiſpanienſium, & uniuſcujuſque provinciæ Sedes ſuo Metropolitano ſubſcriptæ uſque in Rhodanum Amnem.* Haſque inter ſextum locum occupat *Narbona Metropolis*. Auctor idem diviſionem aliam refert, cui titulus: *Diviſio Diœceſium, & Parochiarum Hiſpaniæ ab Vvamba Rege facta ex libris MSS. Eccleſiæ Toletanæ, & Ovetenſis, cui titulus eſt: Itacius &c.* Qua pariter in diviſione ſextum occupat locum *Narbona Metropolis*. Quumque ibidem brevis fiat mentio rerum ab Rege Vvamba geſtarum, ſic legitur: *Provinciam quoque Galliæ, quæ Hiſpania citerior dicitur, ſibi rebellantem… ſubjugavit*. Equidem arbitror, evidentiorem nullam probationem haberi poſſe, quod, niſi pro certo haberi debeat, error certe dici nequeat Narbonenſem provinciam Hiſpaniæ tribuere, ejuſdemque Eccleſiam ad Hiſpanienſem adjungere.

Idem pag. 133.

Idem pag. 135.

XVIII. Deinde objicit, Beatum falſo appellari Epiſcopum Aſturicenſem, quum merus eſſet Presbyter illius Eccleſiæ. Obfirmare non auſim rem, quam rationes me deficiunt, quibus comprobem. Bono igitur omine error eſto: non tamen idcirco teſtimonium oportet rejici, quia pro Presbyteri, Epiſcopi nomen exhibet. Quam dedit epiſtolam Divus Iſidorus Toletanum ad Archiepiſcopum, Cordubenſem Præſulem ei permittens, ut ſententiam depoſitionis in eum ferret, in eadem aperte illum vocat Heladium, ut demonſtratum fuit alterius partis capitibus 12. & 13.; nihilo tamen minus Eccleſia Hiſpalenſis epiſtolam haud falſitatis redarguens; immo certiſſimam eſſe prædicans, nomen ait pro nomine eſſe poſitum, proque alia aliorum ſententia *Adelphium*, ſive *Eugenium*, quod probabilius ſibi videtur, legendum eſſe. Quod ſi Memoriale de literis aliquorum opinione ante annos viginti conſcriptis, quam Archiepiſcopus crearetur Heladius, ſeu multo poſt quam ſupremum diem obiit aliorum ſententia, quæ ſibimet veriſimilior videtur, non dubitat, quin pro certis haberi debeant; ecqua, malum!

lum! de cauſa Epiſcopi nomen Begto adſcitum rebus ab eodem dictis præripiat fidem? Audire . . . ſo non pigeat qua arte Hiſpalenſis Eccleſia excuſat nominis mutationem in epiſtola Divi Iſidori: *Si eſto*, inquit, *es aſſi, la equivocacion eſtà en averſe mudado el nombre de el Prelado... Lo qual en tanta antiguedad puede aver ſucedido*. Nempe: „ Quod ſi ita „ eſt, ambiguitas in eo conſiſtit, quod Præſulis nomen fuit „ mutatum... quæ res tantam ob vetuſtatem potuit fieri. Itane vero? Nobis ergo non æque liceat dicere, quod Epiſcopus in locum Presbyteri ob vetuſtatem tantam irrepſerit? Mem. pag. 345.

XIX. Sonantiora tamen erunt, quæ objicit Eccleſia Hiſpalenſis tertio loco. Ait ſiquidem: *No pudo decir eſte Siervo de Dios*: Novimus totam Hiſpaniam tempore Gothorum ſub uno Rege fuiſſe: *porque la palabra*, novimus, *dà à entender viſta de ojos, que no pudo tener, aunque huvieſſe vivido todo el ſiglo octavo, aviendoſe perdido Eſpaña el año de* 709. ideſt: „ Dicere non poteſt Dei Servus: *Novimus totam Hi-„ ſpaniam tempore Gothorum ſub uno Rege fuiſſe*: vox quippe „ illa *novimus*, ſignat rem propriis viſam oculis; quod fie-„ ri nequaquam potuit, quantumvis octavum totum ſecu-„ lum ille vixerit, namque in ditionem Barbarorum venit „ Hiſpania anno 709. Sic ſe habet objectio, quæ palam facit, Eccleſiam Hiſpalenſem, ut dixi, aucupatam eſſe quidquid Beati teſtimonio oppoſuit, ejus falſitatem obtendendi cauſa, quum evidentiam nequiret comprimere, rationis partes tribuens fraudi explendas. Cuinam omnium veniſſet unquam in mentem philologica iſtæc verbi, *novi*, ſubtililitas? Quaſi vero haud dici poſſet: *cognovi, perſpectum habui, certo ſcio, evidens mihi fuit*, niſi de iis rebus, quæ propriis fuerunt oculis ſubjectæ. Equidem ſcio, novi, & affirmo, quod Clemens XI. ad Summi Pontificatus faſtigium evectus Divi Petri Cathedram ſumma cum laude tenuit ſupra vigeſimum annum; quod in ejuſdem ad Cælum revocati locum ſuffectus fuit Innocentius XIII., quo pariter denato Benedictus decimus tertius ejuſdem maximæ dignitatis faſtigium adeptus rem Catholicam feliciſſime adminiſtrat: quum tamen horum nullum propriis oculis ſim intuitus. Et quidquid 25. his annis Madriti actum fuit, quicumque Hiſpali ſunt verſati ſe noſſe poſſunt dicere. At ſuperflua hæc, in re tanti momenti præſtat grammaticis agitanda relinquere. Mem. pag. 348.

XX. Aliud præterea objicit Beati teſtimonio Eccleſia Hiſpalenſis inſequenti pagina, ſilentio nempe præteriri, quo loco, aut qua occaſione Beatus hæc dixerit: quandoquidem ex libris duobus, qui extant nomine ipſius, Heteriique Præſulis Uxamæ inſcripti adverſus Elipandi errorem in neutro id teſtimonium occurrit, ſeu opportunus aliquis invenitur locus, quo idem afferri poſſit. „ Quam„ oborem hoc Divi Beati teſtimonium nefas eſt, inquit, ita „ denudatum producere in re tanti ponderis: neque ab ul„ lo prudenti admitti debet, niſi documentum ipſum unde „ conſtet de ipſius veritate exhibeatur. *No puede producirſe tan deſnudo, para coſa tan importante, ni debe ſer admitido en Tribunal alguno de razon, ſino es exhibiendoſe el inſtrumento de ſu verificacion.* Mem. pag. 349. Hac de re mihi convenit cum Eccleſia Hiſpalenſi, rejiciendum nempe eſſe id teſtimonium, dummodo tamen in prima, ut dicunt, inſtantia de Toletano Primatu quæſtio eſſet, Divique Beati ſententia produceretur abſque alio ullo documento præter Toletanæ auctoritatem Eccleſiæ: non ſecus atque in contentione, ſi pars altera extare monumentum ſuæ cauſæ æquitatem affirmans diceret, minime auſcultanda videretur, niſi illud exhiberet, neque ulla adhibenda fides eidem eſſet. Verum enimvero ſi res jam olim tranſacta iterum in judicium veniret, eque ſententia olim lata conſtaret productum delatumque fuiſſe in Acta publica documentum certum, ex quo Judex conſtans, manifeſtumque eſſe jus partis declaraſſet; num documentum id hodie poſtulandum foret, eoque minime adducto prior ſententia illa irrita, & iniqua judicanda? Ab omni id quidem ratione alienum videtur. Equidem haud dubie crederem pro certo habitum iri, confirmatumque, utpote antiquis in Actis comprobatum, dum cauſæ æquitas ex eodem fuit aperte demonſtrata; prioremque ſententiam æqui bonique coſultum iri.

XXI. Eadem res, ni fallor, contigit in cauſa noſtra. Beati teſtimonium Urbano ſecundo eſt propoſitum, uti tenemus in præſentia, Eccleſia Hiſpalenſi ſic volente. Perſpicuum adeo, adeoque apertum id erat, tantaque æſtimatione erat teſtis, ut perſonæ veritate cognita atque perſpecta, ne minima quidem dubitatio de allatis rebus ſuboriretur. Ita quidem eſt actum, probatio autem fuit nulla, præterquam

quam documentum, quod Beati teſtimonium continebat, exhibere, idemque quod Beati eſſet oſtendere. Hoc ſit palam ex ſententia ipſa, nempe ex Pontificis Bulla, ubi aſfirmat conſtare de rerum expoſitarum veritate, & probationis evidentiâ inhærens æquitatem cauſæ Bernardi declarat, Primatumque reſtituit Eccleſiæ Toletanæ. Quid igitur poſtulat, flagitatque Hiſpalenſis Eccleſia, ut quæ olim, quum licuit, documenta fuerunt prolata ad rem probandam, proferantur iterum, ſuamque ad trutinam appendantur, ut privata ipſamet auctoritate irritam, ac ſubreptitiam condemnet temere Urbani Bullam? Eccleſia hæc doctiſſima, ampliſſimaque valet meritis, & auctoritate multum. Ego tamen inducere non poſſum in animum, ut vel ob præclara ejus merita, vel ob magnam ipſius auctoritatem tanti faciendam eſſe ab aliquo exiſtimem. Et ſane, ſi ſummo hoc jure privilegia expendantur, quibus ajunt eſſe præditos Canonicos illos graviſſimos, Illuſtriſſimorum Præſulum Hiſpalenſium auctoritas major eſſet; etenim utcumque certa ea forent, ſi ad trutinam revocentur cauſæ, quæ fuerunt adductæ pro conceſſione impetranda, fortaſſe hodie viderentur minus firmæ, aut ſaltem ad probandum minus faciles, necnon privilegia illa revocanda eſſe judicarentur.

XXII. Quamvis autem documentum non extet laudata Beati verba exhibens, aliud tamen adeſt, unde colligi recte poteſt, quod Toletanum Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatem is noverit. Extant plane literæ ab eodem Divo Presbytero Beato, Heterioque Uxamæ Præſule conſcriptæ ad Elipandum, in quibus Eminentiſſimum ipſum vocant, haſque ipſe exhibui parte prima. Tam id ampli honoris obſequium ſingularem, & magnam Archiepiſcopi dignitatem oſtendit. Quumque officii ejus nihil ſimile adhibitum eſſe conſtet erga cæteros Regni Præſules, credibile eſt eoſdem exiſtimaſſe Primatis dignitati ſolummodo convenire. Huc accedit, quod idem Beatus Toletanum Archiepiſcopum Primatis munia obire noverat, ſuis enim temporibus habuerat Concilium Hiſpali, quo probabile eſt adveniſſe Aſturicenſem Epiſcopum ſuo cum Presbytero Beato, qui ob prudentiam, ſingularemque virtutem ad Sacram eam Synodum adire jure potuit: neque objiciendum quod Hiſpalis ea tempeſtate Saracenorum juris eſſet, non enim impedi-

Par.1.cap.2.n.7.

mento id fuit quin Concilium celebraretur, quemadmodum Toleto iiſdem Barbaris incubantibus Archiepiſcopus Elipandus ad Aſturias, & Gallæciam ſe conferre non eſt prohibitus. Hac de re vide caput 26. partis ſecundæ. Quod ſi Beatus Primatis munere fungi novit Archiepiſcopum Toletanum, jure quidem ac merito dixerit quæ traduntur in Memoriali.

Par. 2. cap. 26.

XXIII. Quintam ex adductis cauſis, neque conſtitui, neque nitar docere perinde ac fuit propoſita, ſe habere: tametſi eam tantummodo in ſententiam haud exiit, ut arbitror, ſi ad Pontificem fuit delata: verique admodum ſimile eſt, documentum ipſum, quo eadem exhibebatur, fuiſſe propoſitum. Enimvero ſi, ut antea diximus, quum Bernardus Romam venit petitum Primatus dignitatem, has omnes cauſas ſibi finxit, ſuam ut petitionem roboraret, crediditque futurum, ut ſuis dictis fides integra adhiberetur, ſicque revera factum fuit, nullo enim monumento exhibito, præter ſuum ipſius teſtimonium, res effectum ſortita eſt; ſatis paucis ille quidem inſtructus venit, multæ licèt firmiores non deeſſent cauſæ, quibus ejuſmodi dignitatem adſtrueret. Quocirca ſive has non expoſuit cauſas Bernardus, quum ſuam in dignitatem ut Toletana Sedes reſtitueretur petiit, ſive, ſi documentis hujuſmodi cauſam ſuam tuitus fuit, iis abunde perſuaſum fuit cognoſcenti; proindeque in ſupremi Judicis Curia perſpectum fuit, quod Eccleſia Toletana ex antiquo Primatis dignitatem obtinuit.

XXIV. Equidem ſuſpicor, an ad quintam hanc cauſam allata verba, tanquam Innocentii primi, ſumta ſint e Sancti hujus Pontificis literis ad Epiſcopos Macedoniæ conſcriptis, uti Eccleſia Hiſpalenſis contendit; quod ut perſpicuum ſit, aliud non neceſſe habeo, quam utraque uti habentur in Memoriali referre. Quæ ad quintam hanc pertinent cauſam prout in Memoriali leguntur, ſunt hujuſmodi. *Contra caput veſtrum, & eum, qui jure in vobis Primatum obtinet, inſurgendum minime cenſeo*. Quæ autem ex epiſtola Sancti Innocentii ad Macedones habentur, hæc ſunt: *Contra caput etiamſi faciendum ſit, non libenter admitto*. Quare quum verba hæc adeo inter ſe differant, uti perſpecta erunt Hiſp. Eccl. ſi ea ſimul conferat, ex his poſtremis deſumta eſſe prima non poſſunt dici. Tametſi autem Hiſpalenſis hìc

Mem. pag. 351.

ite-

iterum affirmat Eccleſiam Toletanam Innocentii primi ævo nondum fuiſſe Metropolim; luculenter tamen docui, mihique ut videor, evici, quod eidem nunquam dignitas iſta non fuit. Videſis capita ſeptimum, octavum, nonum ſecundæ partis. *Par.2.cap.7.8.9.*

XXV. Sexta demum cauſa ibidem memorata eſt decretum Synodi Toletanæ habitæ anno 610., aliudque in eamdem ſententiam poſtea editum a Gundemaro Rege, quæ memoravimus alterius partis capite nono. Hæc virorum ſapientia, doctrina, ingenio præſtantiſſimorum opinione Toletanæ Eccleſiæ Primatum affirmant, & roborant: neque id Hiſpalenſi negari fas eſt, utut parum efficax ratio ſibi videatur, quæ quota quantaque ſit nihil dico; unum hoc dico, quod præterire non poſſum, nempe eamdem fuiſſe opinionem Rhoderico de Quintanilla Canonico, ac dignitati Hiſpalenſi eo in monumento quod attulimus ad caput nonum prioris partis. Ibi numero ſeptimo ita legere eſt. *De mandato Regis Gundemari fuit congregatum aliud* (Concilium) *Toletanum anno 610. ſuper Primatu Eccleſiæ Toletanæ, præfata Regis conſtitutione munitum... accedente ſubſcriptione plurium Epiſcoporum, & ſignanter Sancti Iſidori Archiepiſcopi Hiſpalenſis, ac S. Fulgentii ejus Germani Fratris Epiſcopi Ezichenſis.* *Rhoder. Quintanilla cit. par. 1. cap. 9. num. 7.*

XXVI. Si virorum eorum prudentum judicio Pontifex ſuum aſſenſum præbuit, quumque ipſe ex iis eſſet qui laudatam conſtitutionem ad probandum aptiſſimam judicarunt, reſtitutionis aut reivindicationis ſententiam tulit, deditque Bullam; num eadem irrita, ac ſubreptitia fuerit? Affirmare id certe non auſit Hiſpalenſis Eccleſia. Probe intelligit, (neque ingenii ob id multum ei opus eſt) teneri Judicem ſententiam ferre juxta probabiliorem opinionem: quamobrem æqua, & valida ſententia haberi debet, quam gravi auctoritate, textu, lege, ratione niti cognoſcit Judex, magiſque veritati conſonam; licèt alii ſentiant, textum, legem, rationem cum ea opinione minime conſentire. Quod quum noſtra in cauſa evenerit, quid irrita, ac ſubreptitia Bulla dicenda ſit ignoro. Concedamus Toletanum vere Primatum conſtitutione hac non probari, tutioremque hanc eſſe opinionem. De hoc tamen non conſtat liquidò. Sunt docti homines, ac prudentes, qui contra ſentiunt. Hos inter non fuiſſe Urbanum II. quis affirmet? Juxta hanc do-

ctrinam ex Innocentii XI. oraculo, potuit, ac debuit pro *Prop. 2. damn. ab Inn. XI.* Bernardo ſententiam ferre, Primatemque declarare, adeoque Bulla omni exceptione eſſet major.

XXVII. Ad ea quæ ſeptimo, & octavo numero ſuperioris capitis refert Eccleſia Hiſpalenſis hic reſpondere conſtitui, tametſi quod prioris partis capite octavo dixi ſatis abunde diluat quæcumque, ſuum ut argumentum comprobet, objectat. Quod ut præſtem, graviſſima tantum crimina expendam, quæ per injuriam non levem in Toletanam conjiciuntur Eccleſiam: neque rationem habebo ullam perſonarum; ſi enim antea conſilium cepi, nunc exemplum ſequar Doctoris maximi, qui ad Pammachium ſcribens: *S. Hier. ep. 65. ad Pammach.* *Omittam*, inquit, *perſonas; rebus tamen, & criminibus reſpondebo: nec enim cauſæ prodeſt maledicentibus maledicere, & adverſarios mordere*: Nazianzeni uſurpans verba, ut arbitror, ad *S. Greg. Naz. de Mod. Serv.* rem noſtram aptiſſima; *Quid enim*, inquam, *ſi lippientibus oculis... Solem aſpicias? Multum, diuque ante verſandus, atque contorquendus eſt animus, quam ut alium impietatis damnemus.* Admirabile quidem conſilium, dignumque quod perpetuo memoria inhæreat, a quo tamen Hiſpalenſis Eccleſia abhorruit.

XXVIII. Reſpondebo inquam crimini, quod Eccleſiæ Toletanæ objicitur, tuendo ejus partes conſuetudine omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ: utpote quibus novi tributi ſunt fines, Metropolitaniſque novi Suffraganei adjudicati. Hiſpalenſi Eccleſiæ multæ olim Suffraganeæ fuerunt, quæ hodie non ita. Illyberitana Sedes olim ad Hiſpalenſem pertinens in Granatenſem poſtea converſa Archiepiſcopalis facta eſt. Quod ſi mandarunt Pontifices Summi, ut Eccleſiæ omnes, quumprimum Metropoles e poteſtate hoſtium eriperentur, ad antiquos ſingulæ Metropolitas redirent, quare Hiſpalenſi tot deſunt Suffraganeæ, quæ olim fuerant? Granatenſis ab Hiſpalenſi non deſcivit tantum, Metropolis effecta, ſed duas inſuper eidem abſtulit Suffraganeas ex admodum paucis quæ ſupererant. Inaudita ſcilicet ea vis fuerit adverſus duodecim Bullas Pontificum, qui mandant quæcumque ad Hiſpalenſem Metropolim Suffraganeæ pertinentes reciperentur, eidem omnes reddi. Quam rem impedire, ac perturbare nequit Eccleſia Hiſpalenſis, eo quod Granatenſis præſidio auctoritatis Regum Catholicorum ſe tuetur: ta-

Digitized by Google

tametſi Regia poteſtas dignitatis, atque juriſdictionis Eccleſiaſticæ haud legitimum nomen eſt.

XXIX. Hiſpalenſis Eccleſiæ maximum aſſertorem ita fari non reor: quid enim tantis ſeſe anguſtiis teneret, nullam mentionem faciens Sedium cæterarum, quæ Archiepiſcopali dignitate recèns decoratæ ſunt; nempe Burgenſis, Cæſarauguſtanæ, Valentinæ, quas antiqui tali haud honore conſpicuas adſpexere? Ceſarauguſtana enim, & Aucenſis, (quæ hodie Burgenſis ob Sedis translationem) Tarraconenſis erant Suffraganeæ; & Valentina cum aliis, quæ nunc eidem parent Metropoli, conſtitutæ Suffraganeæ fuerunt Toletanæ Metropoleos. Ecquiſnam tantæ novitatis fuit auctor? Is fuit certe; cui ſumma eſt poteſtas. Romanus Pontifex, cui, qua eſt poteſtate maxima Jeſu Chriſti Vicarii, fas eſt novas conſtituere Diœceſes, veteres moderari, & antiquare; novos creare Metropolitas; protendere, atque contrahere Diœceſium terminos; hæc ſiquidem omnia ipſius ab arbitrio pendent, unde dignitas, auctoritas, juriſdictio Eccleſiaſtica omnis dimanat. Conſuetudo hæc ſemper viguit, ſemperque dominata eſt, paucique anni ſunt lapſi, quum factum id fuit in Galliis Lutetiæ Pariſiorum Epiſcopo in Metropolitam creato, Chriſtianiſſimis id flagitantibus Regibus: necnon ævo hoc noſtro perinde actum eſſe certo ſcimus cum Viennenſi Epiſcopo in Auſtria, Auguſtiſſimi Cæſaris Leopoldi efflagitatu in Archiepiſcopum electo.

XXX. Non diffiteor, Pontifices Maximos exoptaſſe, ut, quæ identidem Diœceſes, aut Metropoles vindicatæ forent e dira Maurorum poteſtate redderentur in priſtinum cum terminorum extenſione integra æque ac fuerunt Gothorum tempore: ea vero Pontificum voluntas procedente tempore non potuit adimpleri. Quare inſignis mutatio fuit terminorum pene omnium cujuſcumque Diœceſis, atque Metropolis, recèns excitatis Eccleſiis, quæ antea non fuerunt, veterumque aliquibus prætermiſſis, Metropoleos dignitate cohoneſtatis aliis, quæ olim honoris ejus expertes fuerant, idque ſeu melius ob regimen Chriſtianorum, ſeu quod ita Regibus videretur, qui cauſas Pontificibus propoſuerunt ab iiſdem æquiſſimas judicatas: e quibus cauſis fortaſſe fuit ſingularis erga civitatem aut oppidum a ſe vindicatum affectio: quorum deſiderio facile Pontifices obſecunda-

Digitized by Google

darunt, æquum enim erat Principes demereri, qui proprio periculo publicis, privatiſque tot incommodis optime de Catholica re merebantur, Chriſtianæque religioni incrementum ſumma ope comparabant. Quod quum evidens, manifeſtumque ſit, quid ſibi velit Eccleſia Hiſpalenſis, libenter audiam.

XXXI. Toletana Eccleſia, qua ſemper veneratione maxima, & obſequio ſanctiſſimas Eccleſiæ leges proſequuta eſt, novas ipſius Eccleſiæ Capitis conſtitutiones quantum fieri poteſt demiſſiſſime amplexatur, neque alias quærit Suffraganeas præter eas, quæ Pontifice Optimo Maximo decernente ſibi fuerunt relictæ, quanquam ne dimidium quidem earum ſibi reliquum factum ſit, quæ Gothorum ævo ab ipſius pendebant imperio. Nullam ipſa Eccleſiam, nullumque Præſulem judicat neceſſariam Summo Pontifici obedientiam detrectare, neque pro dignitate, atque auctoritate ſua facturam ſe arbitratur, ſi palam faciat manifeſtam injuriam alicujus ex induſtria perpetratam, neque quadringentis ſeptuaginta annis depoſitam. De quibuſcumque ipſa Eccleſiis, ac Præſulibus prudenter judicat, ita ut æquiſſima eaſdem de cauſa alii parere Metropoli, Metropolitaſque pari jure iiſdem præeſſe pro certo habeat. Quin etiam ſi forte fortuna de ulla ſentire ſecus vellet, haud ſane id longe lateque diſſeminaret, ſed modeſto, ac verecundo ſermone utens Eccleſiaſticam ad Curiam rem deferret, ubi cauſa mature cognita æquum pronunciaretur judicium: tanti enim momenti cauſæ vulgo credi non debent. Nihilo tamen minus, quandoquidem Hiſpalenſis Eccleſia per ſuum Memoriale apud omnes homines cauſam dicere nos compellit, quô vocamur eam ſequi neceſſe habuimus. Neque dubito, quin Judices, utcumque ſiniſtram opinionem animo imbiberint, ac ſtudio maximo teneantur, æquiſſima Toletanæ Eccleſiæ cauſa cognita, prout a nobis eſt demonſtrata, necnon inſigni injuria quam præſefert libellus, iidem ſententiam ferant, iidemque manifeſtam injuriam prædicent Toletanæ Eccleſiæ factam eſſe.

XXXII. Equidem videor non unius, ſed multorum ex ore audire Divi Hieronymi verba, quæ ex ipſius Dialogo adverſus Luciferianos uſurpant, meque ita compellant: *Non ſolum te viciſſe exiſtimes. Vicimus utrique. Uterque noſtrum*

S. Hieron. adver. Luciferian. in fine.

ſtrum palmam refert: tu mei: ego erroris. Utinam ſic diſputare contingeret, ut ad meliora proficiens, deſeram, quod male tenebam; unum tamen tibi confiteor... facilius eos poſſe convinci, quam ſuaderi. Hoc poſtremum in cauſa noſtra nunquam credam, quantumvis id mihi perſuadere contendat; prudentis enim viri eſt nullo ſervato diſcrimine convinci, & ſuaderi. Illi quidem, utpote Luciferiani, hoc eſt Luciferi omnino ſimiles ſuperbia prohibebantur mutare conſilium; Lucifer quippe, mei Magiſtri Divi Thomæ ſententia, quam ſemel opinionem inbibit animo nunquam valet mutare. Eccleſia vero Hiſpalenſis, quæ ſapientiſſimis conſtat viris facile ab opinione recedet: & ſane imprudentiſſimus ille habendus eſſet, qui auctoritate, ingenuitate, doctrina præſtantes adeo Canonicos per ſummam audaciam accenſere iis vellet, de quibus Auguſtinus: *Mutare*, ait, *ſententiam, quam defendere nequeunt, erubeſcunt*. Quam rem prudentes ab omni ratione alienam exiſtimant; Sapiens enim ille ait: *Sapientis eſt mutare conſilium, nullius niſi inſipientis perſeverare in errore.* S. Aug. de Civ. Dei lib. 3. cap. 18.

CAPUT V.

Noviſſimum argumentum, quo evincitur fide omni eſſe indignum quidquid continet Memoriale.

SUMMA CAPITIS.

I. II. III. *Memoriale objicit, quod Toletanum* Primatum *nullæ Hiſpaniarum Eccleſiæ cognoverunt.*

IV. V. VI. *Ne Gentes exteræ malam opinionem animo imbibant de Toletano* Primatu *neceſſe eſt demonſtrare objectionis falſitatem; ut palam fiat, quod Memorialis auctor comparavit ſibi flagrum quo vapulet.*

VII. VIII. *Monumenta Eccleſiarum, & Electorum Præſulum, qui obedientiam promittunt Toletano* Primati *exhibentur ex Archivis Eccleſiarum Hiſpaniæ, quæ adſtruunt Toletanum* Primatum.

IX. X. *Eccleſiæ Giennenſis documenta duo A. D.* 1253. *&* 1300.

XI. XII. *Vel hinc dignoſci poſſet falſitas propoſitionis univerſalis, quam effutit Memoriale: at innumera alia ſuppetunt documenta id probantia.*

XIII. *Garſiæ electi in Epiſcopum Seguntinum monumentum A.* 1270.

XIV. *Ejuſdem Eccleſiæ alia documenta confertim afferuntur.*

XV. *Cordubenſis Eccleſiæ duo monumenta A.* 1257. *&* 1336.

XVI. *Præſulum Cordubenſium alia duo documenta. A.* 1294. *&* 1300.

XVII. *Eccleſiæ Conchenſis vacantis plura, & ejuſdem Eccleſiæ Præſulis electi rite obedientiam ſpondentis Toletano* Primati *ſingulare documentum Anno* 1273.

XVIII. *Documentum Palentinæ Eccleſiæ Anno* 1293. *Ejuſdem Sedis Epiſcopi electi eodem anno. Uxamenis Eccleſiæ* 1286. *Ejuſdem Uxamenis Eccleſiæ Præſulis* 1287.

I. OPus jam rebar ad umbilicum perduxiſſe, quum nova objectio fuit obvia, quam impune videor prætterire non poſſe: namque cæteris, mea opinione, eſt inſignior, ac Toletanæ Eccleſiæ Primatui pernicioſior. Sub Memorialis ſui finem Eccleſia Hiſpalenſis propoſitionem jacit, quæ ſi haud dubia foret, argumenta cætera falſa, an vera, quæ congeſſit ſupervacanea oſtenderet, eademque una cœptum quodammodo abſolveret. Hanc ſi comprobabit, mea quidem ſententia vincet, nulloque niti fundamento Toletanum Primatum omnibus perſuaſum erit. Ait laudato loco, quod toto eo ſexcentorum annorum ſpatio, & amplius, qui lapſi ſunt, ex quo Bernardus Archiepiſcopus Urbani ſecundi Bullam eſt aſſequutus, qua Eccleſiæ ſuæ Primatum concedebat, inſtaurabatque, tametſi Toletana Eccleſia ejuſque Præſules muniti Regum præſidio pro virili contenderint Primatus dignitatem tueri, aſſequi tamen non potuerunt, ut ulla ex Hiſpaniarum Eccleſiis iſtiuſmodi dignitatem agnoſceret; aut ſaltem urbanitatis gratia epiſtolæ inſcriberet titulum Hiſpaniarum Primatis. Quod locupletiſſimum eſſe ait argumentum parvæ admodum æſtimatiotionis, qua eſt impræſens fuitque ſemper antea Eccleſiæ Toletanæ Primatus cæteras inter Hiſpaniarum Eccleſias.

Mem. par. 3. §. 4. n. 67. pag. 385.

II. Tanti profecto roboris, hujuſmodi argumentum eſt, dummodo verum ſit, ut ipſe quumprimum in id conjeci oculos rei novitate perculſus, atque exanimatus quid reponerem haud ſcirem, verba enim exciderant, nec rationi ſuppetebat, quî tanta ex ambage poſſet emergere. Etenim mecum ipſe cogitabam, quam repugnanter atque invite & Hiſpanienſes, & exteri omnes aliquo habituri eſſent in pretio Primatum, quem omnes detrectant; auctoritatem, quam omnes contemnunt; dignitatem, quam omnes ne-

negant; ſuperiorem poteſtatem, cui nulli parent ſubditi. Hunc, ajebam, Primatum vel ingenioſi, & prudentes homines potius imaginem ſomniantis animo hærentem judicabunt, quam vigilantis ingenii rationibus comprobatum honorem: ſeu dignitatem cenſebunt urbi adjudicatam in Platonis Idæis exiſtentibus, de qua Divus Gregorius Nazianzenus: *In verbis*, ait, *ſitam eſſe, quare ipſa conſtrui, & coagmentari non poteſt*. Hæc ego animo reputabam quum ingenii mei, quod ſentio quam ſit exiguum, vires omnes colligens argumenti ſolutionem adeo perſpicuam offendi, ut evidentia dici poſſit. Hanc profectò aſſequi mente poſſunt vel rudioris minervæ homines; hanc minus perſpicaces cogitatione complecti; hanc prudentes omnes audire deſiderant. Ea quidem ſolutio in cauſa erit, cur nemine omnium clam ſit capitis hujus Epigraphe. *S.Greg.Naz.Or. 1. in Julian.*

III. At Memorialis verba ipſa Hiſpalenſis Eccleſiæ argumentum patefacientia oportet prius attendi; ne fortaſſe videar eorum aliquid amplificare, aut minuere. Ea vero ſic ſe habent loco citato. *El aſſumpto preſente ſe circunſcrive à hacer preſente el eſtado, que oy tiene eſte Primado de Toledo, que deſpues de tanta conteſtacion no ha podido calificarſe, mucho menos eſtablecerſe. Tanta es, y ha ſido la fuerza de la razon, y de la juſticia, que contra ſi ha tenido: y prueba ſer exorbitante, no aver podido la Igleſia de Toledo ſufragada de la Real autoridad, conſeguir de las Santas Igleſias de Eſpaña, por mas de ſeis ſiglos de porfiada contienda, el reconocimiento de eſta autoridad, ſi quiera en el ſobre eſcrito de una carta miſſiva: en lo qual todas han eſtado conſtantes con un miſmo dictamen. Lo que pudiera ſervir de deſengaño.* Quæ latine ita converto. „ Inſtituti hujus eſt, demonſtrare quotuſquiſque hac noſtra „ tempeſtate eſt Primatus Toletanus, qui tot tantiſque conteſtationibus longe ut ſit conſtabilitus, nondum eſt cognitus. Ea eſt ſemperque ſuit ratio, & æquitas contra „ eumdem Primatum faciens; ac pene incredibile videtur, „ quod Eccleſia Toletana Regum auctoritate fulcita, ſex „ integris ſeculis, & amplius non evicerit, utquumque ob„ nixe contenderit, ut Eccleſiæ cæteræ Hiſpanienſes Pri„ matialem ipſius dignitatem ſaltem inſcribendis epiſtolis „ faterentur; qua in re unanimi conſenſu eæ omnes per„ ſtitere. Id autem ad detegendum opinionis errorem vi-

„ detur aptiſſimum. Hæc effutit Memoriale, quod Hiſpalenſis Eccleſiæ nomine circumfertur.

IV. Siqui hæc legerint, malum! de Toletano Primatu quid ſentient? Si Memoriale hoc publicæ fiat lucis, (jamque factum eſſe certo ſcimus) quomodo fama conſtans, atque æſtimatio, quam ſibi apud omnes Toletana Eccleſia collegit, ſarta, atque tecta ſervabitur? Quicumque ab hoc Memoriali edocti erunt, nullam ex Hiſpaniarum Eccleſiis, neque urbanitatis minimùm gratia, neque aſſentationis, ut dicam, ſemel proſequutam eſſe Toletanam Eccleſiam honore Primatis, rem ita eſſe perſuaſum iis erit. Et ſane ſapientes omnes, prudenteſque viri, qui extra Hiſpaniæ fines degunt fieri omnino haud potuiſſe arbitrabuntur, ut Scriptor Hiſpanus, eque præſtantiſſima Eccleſia vir, nempe Hiſpalenſi, impudenti adeo fronte fuerit, ut rem tantam, tamque ex ſe incredibilem non ante compertam, atque exploratam in lucem daret. Si enim hujuſmodi propoſitio, ab omni abhorrens fide, nullo hærens fundamento, nilque aliud præter ſomnium e ſcribentis cerebro profectum inveniretur; certe Memorialis immane adeo ædificium rueret, fidem faciens nemini, dignumque eſſet maxime quod omnes conculcarent, utpote nullo poſito fundamento præter arbitrium, falſamque opinionem, fabricatum. Quemadmodum vero ex prudentiſſima juris regula, indignus cui fides adhibeatur eſt habendus in cauſa, quum res falſas dolo malo expoſuiſſe convictus fuit; nam recte ſemper delinquens habetur qui ſemel deliquit; ita Memoriali ejuſque tam multæ eruditioni nihilo major adjungenda erit fides, quam quæ delinquere ſolitis adhibetur.

V. Hac porro de cauſa hujuſmodi argumentum obſiſtere ajebam poſſe vehementius Toletanæ Eccleſiæ Primatui apud gentes exteras (Hiſpanos enim non prætereunt Memorialis ſomnia:) Etenim ne mediocriter quidem inſtitutus erit ullus ex Gallia, Italia, Germania, aut quavis alia gente, cui perſuaſum jure non ſit, propoſitionem iſtiuſmodi in lucem edendi gratia, nil inſpectatum, inexploratumque relictum eſſe, immo prius mature conſultum, annalibus nempe omnibus Eccleſiæ ſcrutandis, tradendiſque ad Eccleſias Hiſpaniæ ſingulas epiſtolis, quo eæ viſerent luſtrarentque Archiva ſua, codiceſque, quos *Protocolla* nuncupant,

mo-

monumenta veterum ab antiquiſſimis temporibus exarata inſpicerent, ac Secretariæ regeſta ſcrutarentur, ubi ſervari ſolet formula officii pro epiſtolarum inſcriptionibus, quæ ad perſonas in dignitate conſtitutas perſcribuntur, rerumque inſuper aliarum ſatagerent utcumque arduæ, atque exquiſitæ illæ forent: quæ omnia neceſſaria eſſe judicabuntur, ut adeo abſoluta, adeoque magna, & admirabilis propoſitio ederetur in lucem. Ita porro gentes exteræ jure, ac merito ſentient, ubi Memoriale illud Hiſpalenſe ad eos venerit: namque contrariam ut in ſententiam eatur, perſpicua, & manifeſta evidentia eſt opus.

VI. Verum enimvero ea in opinione diutius immoraturos non eſſe arbitror, quum iidem viderint hæc, quæ ipſe commendo literis, ut nemine clam ſit, quemadmodum ſua qui me laceſſit latere vult neminem, quam feliciter inexplicabilem hunc nodum exſolvunt. Quamobrem, niſi ego fallor, Hiſpalenſis, quem Toletanæ Eccleſiæ mœrorem comparare nitebatur, ſibimet compararit. Unde illud pſalmi neſcio an uſurpem: *Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet*. Hoc certo ſcio, quod, ut Lorinus doctiſſimus ait ad hunc Pſalmum, ibi continetur *Sententia de ſubeundo, quod aliis paraveris, periculo: quaſi de jactato in alium lapide, qui recidat in caput tuum*. Et ſicut graviſſimus idem interpres: *Iniquitas*, inquit, *denotat injuriam vi, aut dolo illatam*; quum præclaram adeo injuriam acceperit Eccleſia Toletana per abſolutam hanc propoſitionem, quæ doli expers dici non poteſt, Prophetæ Regii oraculum explebitur, colligetque Hiſpalenſis mœrorem illum, quem Toletanæ Eccleſiæ nitebatur inferre. Ita interpretis ejuſdem ſententia Job loquitur: *Manus illius reddent ei dolorem ſuum, nempe quem aliis intulit, aut paravit*.

Pſalm. 7. v. 17.

P. Lorin. to. 1. in Pſalm. pag. 138.

Job. cap. 13.

VII. Ad fallacem igitur hanc objectionem reſponſio evidens eſt nulli non patefacere falſitatem ejuſdem; ac manifeſte certum eſſe quod incredibile videbatur. Propoſitio ea celebris, inexplorata, & incomperta veritate, inconſultis Archivis, Annalibus inſalutatis jacta eſt. Quum inſignis adeo falſitas proditura erat in lucem, ementito veritatis nomine, diligentia omnis eſt poſthabita apud Hiſpanienſes Eccleſias. Quin etiam ejuſdem Eccleſiæ Hiſpalenſis Archivum piguit perſcrutari; etenim apertus adeo error emicaſſet.

Digitized by Google

Temeritatis, atque imprudentiæ tam eximiæ, neque majus dedecus, neque major excogitari poterat pœna, quam omnium in oculis falſitatem ejus redarguere: quare Hiſpalenſi apprime convenit poetæ dictum:

Ovid. lib. 2. Met. *Carpitque & carpitur una:*
Suppliciumque ſuum eſt.

Job. cap. 13. v. 4. & 5. Jobi ſententiam licèt maxime congruentem miſſam facio, quia nimis apertam; verum polliceor, veridicis me documentis ex editis annalibus deſumtis, necnon authenticis teſtimoniis probaturum, & eſſe, & fuiſſe in Hiſpania Eccleſias, quæ nunc, & quatuor lapſis retro ſeculis Toletanam Eccleſiam Primatem Hiſpaniarum non detrectarunt. Quæ quum docuero, ſi prudentes homines Memoriale Hiſpalenſis Eccleſiæ nomine evulgatum Apochryphis accenſeant libris, culpandus erit, qui tot res minime cohærentes falſo hoc teſtimonio conglutinavit: neque ob id Hiſpalenſis Eccleſia inuſtam Toletanæ honori labem detergat neceſſe erit; ſatis quippe erit per me factum.

VIII. Annalium monumenta alia in aliis Eccleſiis, atque urbibus extantia, quibus hanc Spartam ornavi, perſcrutatus ſum; inque iis Eccleſiæ Giennenſis, quæ conſcripſit Martinus Ximena anno 1654. in lucem edita alias quidem ob cauſas, documenta duo mihi obvia fuerunt, horumque alterum ſemel atque iterum ſcriptum, quæ allatæ propoſitionis falſitatem apertiſſime oſtendunt. Cæterum ut eadem clarius teneamus, deque iis perfectius judicemus, operæ pretium erit cauſam tradere, cur ea olim perſcripta ſint, quam cauſam Auctor tradit his verbis: *Acoſtumbrabaſe antiguamente, que en vacando el Obiſpado, ſe juntaſſe el Cabildo para la eleccion de Prelado, que governaſſe la Igleſia: y hecha, la embiaban juntamente con ſuplica de el miſmo Cabildo al Señor Arzobiſpo de Toledo, para que la confirmaſſe. Y aſſimiſmo el Electo venia à Toledo, y ſolemnemente en el Altar mayor pueſtas las manos en el Ara juraba obediencia, y reverencia al Señor Arzobiſpo y à ſus ſuceſſores. De eſtas elecciones ay algunas en eſte Archivo.* Quod latine redditur. „ Majorum in more poſitum fuit, ut, Epiſcopali Sede vacante, Canonici convenirent novum Præſulem electuri, qui gubernaret Eccleſiam: quam factam electionem una cum libello Canonicorum eorumdem ſupplici ad Toletanum Archiepiſcopum „ mit-

(D. Mart. Xim. Annal. Gien. pag. 291.)

„ mittebant, qui eam confirmaret. Pariterque Electus To-
„ letum ſe conferebat, ac rite ad Altare majus accedens
„ manibus ſuper Aram impoſitis jurejurando obedientiam,
„ ac reverentiam Toletano Archiepiſcopo, ejuſque ſucceſ-
„ ſoribus pollicebatur. Specimen aliquod iſtiuſmodi electio-
„ num hoc in Archivo aſſervatur. Sic Ximena. Videnda ſunt modo, quæ ipſe præbet monumenta quidnam officii exhibent erga Toletanum Archiepiſcopum.

IX. Martinus igitur veniens ad annum 1253., ac referens electionem Joannis Ludimagiſtri Giennenſis Eccleſiæ in ejuſdem Eccleſiæ Præſulem, exhibet libellum ſupplicem Canonicorum ad Archiepiſcopum Toletanum Gundiſalvum Garſiam Gudiel, qui tunc erat, ut electionem illam confirmaret. Libellus eſt datus a. d. ſextum Idus Decembres anni 1253. qui ſubſcriptiones præſeferens eorum, qui elegerunt, obſignatuſque Capituli ſigillo, titulum atque honores Primatis habet, quo Giennenſis Eccleſia Archiepiſcopum Toletanum proſequitur. Ejus initium eſt: *Reverendo in Chriſto Patri, ac Domino Gundiſalvo Sanctæ Toletanæ Sedis Archiepiſcopo, HISPANIARUM PRIMATI, ac Regni Caſtellæ Cancellario. Decanus, & Capitulum Giennenſe manuum oſcula cum reverentia debita, ac devota.* Itaque anno Domini 1253. Giennenſem tenemus Eccleſiam Primatis honorem tribuere Toletanæ. *Idem pag. 227.*

X. Documentum aliud bis refert auctor idem ubique ad rem ſuam maxime accommodatum. Datum id fuit ſeptem & quadraginta poſt annos quam ſuperius, anno ſcilicet 1300. octavo Idus Decembres, idque eſt ſupplex Canonicorum libellus ejuſdem Giennenſis Eccleſiæ ad Archiepiſcopum Toletanum tum Gundiſalvum Palomeque, ut electionem ab iiſdem factam Garſiæ Perezii Archidiaconi Ubedæ, quæ dignitas ad eamdem Giennenſem Eccleſiam pertinet, quem ſuffecerant in Petri Paſchalis locum Præſulis ſanctitate conſpicui, ac Martyrii glorioſiſſimam coronam adepti, confirmaret. Supplex autem is libellus eadem qua ſuperior ſolennitate conſcriptus, honorem pariter eumdem Toletanæ Eccleſiæ præbet, quin etiam ſcribendi genus magis apertum ſignificationem exhibet obſequii majoris erga illam dignitatem. Hoc eidem eſt exordium. *In nomine Domini. Amen. Reverendo in Chriſto Patri, ac Domino, Domino Gundiſal-* *Idem pagg. 191. & 322.*

ſalvo Archiepiſcopo Toletano, *HISPANIARUM PRIMATI*, *ac Regni Caſtellæ Cancellario*. *Joannes Michael*, *Decanus*, *& Capitulum Eccleſiæ Giennenſis*, *ſui humiles*, *ac devoti*, *manuum oſcula cum omnimoda promtitudine ſerviendi*. Duo hæc documenta Hiſpalenſis Memorialis propoſitionem falſitatis arguunt: eaque videre eſt in libro haud inventu difficili, ſed unicuique obvio, ac manifeſto.

XI. Quanquam monumenta reliqua minus diffuſe idem Auctor profert; duo enim a nobis allata ſatis erant ad rem ſuam adſtruendam: alia tamen complura is memorat, quæ ambigendi locus eſt nullus, quin officio, & obſequio ſuperiorum ſimili conſcripta fuerint, utpote quæ & eâdem ab Eccleſia, & pari occaſione data ſunt. Quod magnam Toletani Archiepiſcopi auctoritatem teſtatur in his monumentis illud eſt, quod niſi ejus confirmatio accederet, pro infecta habebatur electio. Cujus rei teſtis eſt Joannes Michael, de quo tum loquitur idem auctor, tum Sanctius cognomento Fortis ſua in conſtitutione, quam attulimus ad prioris partis caput ſextum, ubi *Electus* a Rege vocatur quidem Michael; nihilo tamen minus in Giennenſis Eccleſiæ poſſeſſionem non venit unquam, quemadmodum laudatus Auctor fidem facit, quia Toletanus Archiepiſcopus aſſentiri noluit. Quum igitur documentis hiſce juridicis comprobetur, quod anno 1253., ac ſequentibus pene quinquaginta annis Giennenſis Eccleſia Primatis honorem Toletano Præſuli deferebat, credendum haud dubie eſt, toto eo tempore id moris viguiſſe, quo perſtitit ejuſmodi electionis Præſulum per Canonicos factæ ſubjectio Toletani Archiepiſcopi voluntati, qui ut eamdem confirmaret neceſſe erat, ſecus enim pro infecta eſſet habita, neque electis Præſulibus ſuam in Sedem ire licitum fuiſſet.

Par. 1. c. 9. n. 6.

Idem pag. 233.

XII. Duo allata documenta evidenter Memorialis propoſitionem refellunt, quam auctor, cætera doctiſſimus, præcipiti feſtinatione impetum ſequens opinionis ſuæ, proferre non eſt veritus: etenim ne mediocriter quidem ad dialecticam inſtitutos fugit, quod falſitatis arguendi cauſa propoſitionem univerſalem negativam ſatis eſt comprobare veram propoſitionem particularem affirmativam. Quocirca quum documentis juridicis publicam in lucem jam editis palam ſit factum, quod ſex iſtis jam lapſis ſeculis Hiſpanienſis ali-

aliqua Eccleſia tam legitimo in documento, cujuſmodi eſt petitio confirmationis Epiſcopi Electi ab Archiepiſcopo Toletano, hunc *Primatem Hiſpaniarum* appellat; neceſſariò ſequitur, ut propoſitionis ejus falſitas nota ſit omnibus hominibus, quam Hiſpalenſis Eccleſia tanquam minime dubiam, immo certam, evulgavit, uti a nobis eſt allata numero tertio: libere, ac fidenter affirmans, Toletanam Eccleſiam, tametſi ſexcentorum ſpatio annorum velis remiſque contenderit, gratia inſuper utens Regum, tamen ab Hiſpaniarum Eccleſiarum nulla Primatis honorem obtinuiſſe. Nobis vero deliberatum non eſt allatis his tantum acquieſcere, utpote quibus tam multa ſunt reliqua, quibus noſtram confirmare cauſam poſſumus. Quamobrem alia nonnulla exhibere documenta conſtitui ſuperiorum Giennenſis Eccleſiæ ſimilia, quibus Eccleſiæ multæ ab Archiepiſcopo Toletano petunt confirmationem Præſulum, quos Canonici elegerunt, Primatiſque officio eum proſequuntur; quæ ad nos documenta quemadmodum venerint palam erit ſequenti capite.

XIII. In Sacroſanctæ Toletanæ Eccleſiæ Archivo monumenta extant non pauca, quibus Suffraganeæ Eccleſiæ confirmationem petunt electionis a ſe factæ, Præſuleſque electi jurejurando ſe obſtringunt obedientiæ Toletano Archiepiſcopo, quem Primatem appellant Hiſpaniarum. Anno 1270. Garſias Seguntinus Epiſcopus conſecratus Romæ, ſtatimatque huc reverſus fuit, Guadalaxaram petiit, qua in urbe Gundiſalvus Garſias Gudiel Archiepiſcopus verſabatur, coramque illo jusjurandum edidit in hanc ſententiam: *Ego Garſias ad titulum Seguntinæ Eccleſiæ in Romana Curia conſecratus Epiſcopus... fidelitatem, & reverentiam, & ſubjectionem a Sanctis Patribus conſtitutam... Toletanæ Eccleſiæ, Rectoribuſque ejus, & vobis, Domine G. ejuſdem Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, perpetuo me exhibiturum promitto, & ſuper Sanctum Altare juro.*

XIV. Eadem Seguntina Eccleſia, vacante ſua Sede ob Præſulis Lupi mortem anno 1271. huic ſubrogavit Gundiſalvum Perez Valentinum Archidiaconum, & ante ad Gundiſalvum Garſiam Gudiel Toletanum Archiepiſcopum dedit literas ſupplices, ut confirmationem impetraret, quàm ejuſdem electi aſſenſum acciperet. Supplicum literarum initium eſt: *Reverendiſſimo in Chriſto Patri, ac Domino G.*

Divina Providentia Toletanæ Sedis Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Primati, ac Regni Caſtellæ Cancellario. G. Prior, totumque Capitulum Segontinum oſcula manuum, & cum humili reverentia, & obedientia famulatum. Has poſtea literas Canonici iterarunt per eamdem ſententiam, quum Gundiſalvus annuit electioni ſuæ. Præſul iſte per ſe non potuit coram Archiepiſcopo jusjurandum de obedientia præſtare; quamobrem Gundiſalvus diu renuit electionem confirmare, atque jusjurandum per Procuratorem admittere. Hac de re Canonici ad Archiepiſcopum multa perſcripſerunt; Rexque etiam Sanctius propriam interpoſuit auctoritatem, ut ab Archiepiſcopo id obtineret, uſuſque eſt eo ſcribendi genere, quod non facile ſit creditu audienti. Regia hæc epiſtola data fuit quinto Nonas Majas, Æræ noſtræ anno 1322. communis autem 1284. eque iis literis tam Regis, quam Eccleſiæ nulla non appellat Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatem.

XV. Cordubenſis item Eccleſiæ plurima extant monumenta Archetypa in membrana conſcripta, quæ Toletanum Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatem appellant. Unum ex iiſdem occurrit datum ſexto Idus Decembres anni 1257. quum Sanctius electus Archiepiſcopus Toletanus a graviſſimis ejus Eccleſiæ Canonicis rogatur, ut ratam faciat electionem ab iis factam Ferdinandi Abbatis Santillanæ in Præſulem Cordubenſem. Ibi Sanctius (erat is Princeps Infans Ferdinandi tertii Sancti Regis filius) Hiſpaniarum Primas nuncupatur, & ſubſcriptiones genuinæ Canonicorum extant cum Capituli ſigno. Octoginta fere poſt annos ejuſdem Eccleſiæ Capitulum elegit Præſulem Joannem Perez Archidiaconum de Valderas cujus confirmationem rogavit Archiepiſcopum Toletanum Ximenus de Luna. Datum id monimentum eſt Cordubæ a. d. decimum Calendas Aprileis anni 1336. nomenque Toletani Archiepiſcopi in eodem occurrit Primatis Hiſpaniarum honore inſignitum.

XVI. Ex Epiſcopis Cordubenſibus, qui Toletano Archiepiſcopo obedientiam jurejurando teſtantes, Primatis nomine eumdem ſunt proſequuti, duos tantum referam, qui ſatis ſuperque meum inſtitutum comprobabunt. Horum primus erit Ægidius electus Epiſcopus Cordubenſis. Hic Præſul ejuſmodi juramentum præſtitit Compluti decimoquar-

quarto Calendas Januarias anni 1294. , ac Gundiſalvum Gudiel, cui ſe obſtringebat juramento, vocat Archiepiſcopum Toletanum , & Hiſpaniarum Primatem : Monimentum hoc ab Electo eſt ſubſcriptum obſignatumque. Alter Epiſcopus Cordubenſis, Ferdinandus nomine, Toletum ſe contulit, ut Archiepiſcopo Gundiſalvo Palomeque obedientiam juratus promitteret: inque rei hujus documento ab Electo ſubſcripto, & obſignato, quod datum fuit ſexto Idus Septembres anni 1300. nomen Hiſpaniarum Primatis videre eſt.

XVII. Vertente anno Redemtionis noſtræ 1272. Conchenſis Eccleſia ſuo viduata erat Paſtore, magnumque erat ſuffragiorum diſcrimen, cuinam Venerabilis ea Sedes commendanda eſſet: quamobrem Canonici, ut turbas componerent Archiepiſcopo Toletano rem tranſigendam permiſerunt. Regebat ea tempeſtate Toletanam Eccleſiam Sanctius Aragoniæ Princeps. Compromiſſum id faciendi cauſa, documenta multa fuerunt condita, quæ ſingula, ubi Sereniſſimi Principis mentionem faciunt Primatem Hiſpaniarum appellant. Electus fuit Gundiſalvus Perez, qui Complutum continuo ſe contulit, ubi morabatur Princeps Archiepiſcopus, ut coram illo jusjurandum emitteret rite, uti præſtitit a. d. duodecimum Calendas Novembres anni 1273. aperteque profitetur ſe juramento promittere obedientiam Archiepiſcopo Toletano Hiſpaniarum Primati.

XVIII. Iſtiuſmodi monimenta plurima ex Eccleſia Palentina ſuppetunt; quorum ego duntaxat referam libellum ſupplicem Decani, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ ad Archiepiſcopum Gundiſalvum Gudiel datum ex Oeco Capituli Palentini feria ſexta Nonis Februariis anno 1293. ut confirmaret electionem ab iis factam Fratris Munii Magiſtri Ordinis Prædicatorum in ejuſdem Eccleſiæ Antiſtitem, quo in documento Hiſpaniarum Primas habetur. Idem Fr. Munius Palentinus jam Epiſcopus electus Compluti emittens ex more jusjurandum, Primatem illum vocat, idque præſtitit Nonis Martiis anno 1293. Hoc florente Archiepiſcopo quamplurimæ Sedes vacarunt, ac proinde quamplurima documenta extant, quibus ab eodem petita fuit electorum Præſulum confirmatio. Sic Uxamenſis Eccleſia quum quemdam Joannem ſuum in Præſulem elegiſſet, Gundiſalvo Gudiel epiſtolam ſcribit, ut Electum confirmet.

Data ea fuit ſexto Nonas Martias anno 1286. Idem vero Joannes jam confirmatus Toletum migrat jurisjurandi cauſa, ut moris erat, quod poſtea præſtitit eadem in urbe pridie Calendas Septembres inſequentis anni 1287. Ex hiſce autem documentis utrumque exhibet Toletanum Archiepiſcopum Hiſpaniarum Primatem. Alia præterea multa, quæ poſſent afferri miſſa facio, quippe quorum ſeries mirum in modum augere volumen poſſet, potius quam lucis aliquid veritati addere, quam demonſtrare nitimur, caſuque edocti ſumus, quî eam aſſequi valeamus; perſpectum enim eſt annos ante quadringentos non paucas Eccleſias Toletanæ dignitatem Primatûs tribuiſſe.

CAPUT VI.

Monimenta plurima exhibentur Congregationis Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis: necnon quatuor Metropoleon, & duarum Eccleſiarum e prædictis Regnis, quæ dicuntur exemtæ. Quibus omnibus monumentis Eccleſia Toletana Primatialis nuncupatur.

SUMMA CAPITIS.

I. II. III. *Literæ plures Congregationis Madriti habitæ A.* 1587.
IV. V. *Aliæ literæ Congregationis Madriti habitæ Anno* 1592.
VI. *Epiſtolæ Congregationis Madriti celebratæ Anno* 1597.
VII. *Literæ Congregationis Valliſoleti habitæ An.* 1602., *&* 1603.
VIII. *Epiſtolæ Congregationis Madriti celebratæ An.* 1608., *&* 1609.
IX. *Epiſtolæ Congregationis Madriti Anno* 1634., *&* 1635.
X. *Epiſtolæ Congregationis Madriti habitæ ab An.* 1648. *ad* 1650.
XI. uſque ad XVIII. *Epiſtolæ Eccleſiæ Hiſpalenſis Anno* 1594., 1596., 1606., *&* 1607. *Toletanum* Primatum *adſtruunt*.
XVIII. XIX. *Confutatio firmiſſima Memorialis, propria in ipſummet arma conturquendo*.
XX. *Eccleſia Hiſpalenſis ſibi contradicens videtur occaſionem aucupata, ut recederet ab amicitia Toletanæ*.

XXI.

XXI. *Eodem anno* 1577. *uſurpavit ſibi titulum Patriarchalis Sedis.*
XXII. *Epiſtolæ Eccleſiæ Compoſtellanæ* Primatum *Toletanum fatentur. Annis* 1605., *&* 1618.
XXIII. XXIV. Primatum *eumdem agnoſcit ſuis in epiſtolis Metropolitana Burgenſis. Anno* 1583., *&* 1653.
XXV. *Necnon Granatenſis Eccleſia Anno* 1655.
XXVI. *Epiſtola Eccleſiæ Legionenſis Anno* 1652.
XXVII. *Et Ovetenſis Anno* 1654. *eumdem Toletanum* Primatum *teſtantur.*

I. JAm docui, nonnulla juridica monumenta exiſtere, ex quibus liquet Eccleſias nonnullas Hiſpanienſes Toletanæ Sedis, ejuſque Archiepiſcopi Primatus honorem teſtatas eſſe; quod ſatis eſt ad Hiſpalenſem propoſitionem diluendam. Cæterum plus æquo modeſtus eſſem ſi gradum hic ſiſterem. Quo ſemper animo, hac item occaſione fui, quare plura vidi oculis, quam quæ cogitaram. Optimum mihi, atque efficax conſilium ſequi ſum viſus, ſi Eccleſiæ Toletanæ Archivum inviſens, quidquid ex *Protocollis* ibidem exiſtentibus ad meum inſtitutum ſuppeditatur, inſpicerem. Propriis ipſe oculis vidi (non enim referenti ulli credere viſum eſt) ingentem adeo literarum copiam ad Toletanum Archiepiſcopum, cum inſcriptione ad Primatem, ut eaſdem ſi vel numerando voluerim recenſere, ad eximiam certe magnitudinem meum opus perducturus ſim.

II. Faſciculum literarum educo, videoque inſcribi: *Cartas de la Congregacion de las Santas Igleſias de Caſtilla, y Leon, celebrada en los años de* 1587. 1592. 1597. 1602. 1608. 1634. 1648. „ Epiſtolæ Conventus Eccleſiarum Caſtellæ, & Le„ gionis celebrati annis 1587. &c. Euge, inquam, in tempore hunc nanciſcor faſciculum, qui annos amplius ſexaginta complectitur, ac ſeculum ſextum, & ſeptimum excedit. Epiſtolas omnes ſingillatim intueor, ac lego totas; præterea inſcriptiones video ſingulas Hiſpaniarum Primatum præſeferre, necnon earum aliquas, vel intus eadem exhibere. Anno 1587. Madriti Conventus Eccleſiarum celebratus fuit: extantque ejus Conventus epiſtolæ quinque, identidem datæ, nempe tertio Idus Apriles, ſexto Idus Junias, Idibus Quintilibus, decimoquinto Calendas Septembres, denique ſeptimo ejuſdem menſis Calendas. Hæ autem omnes ita inſcribuntur: *Al Dean, y Cabildo de la Santa* *Congreg. Eccleſ. Anno* 1587.

Digitized by Google

Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas. „ Decano, & Ca- „ nonicis Eccleſiæ Toletanæ Hiſpaniarum Primatis. Obiter hîc, ſiquem lateat monitum volo, quod inſcriptio eodem in folio viſitur, quod obſignare ſolet Congregatio laudata, quare nullus error ineſſe poteſt.

III. Prædictarum omnium epiſtolarum una eademque inſcriptio eſt: hoc tamen eas inter diſcrimen occurrit, quod quæ ſeptimo Calendas Septembres data eſt, eodem honore etiam intus Archiepiſcopum proſequitur. Sacra ea Congregatio quædam ſignificat incommoda, quibus neceſſe erat quantocyus occurrere, maximeque cupiens malis præcavere, quæ videbantur inſtare, ita fatur: *Hanos parecido acudir à V. S. de quien es tan proprio, como Primado de las Eſpañas, acudir al remedio*. „ Ad te viſum eſt confugere, quip- „ pe cujus tanquam Hiſpanienſium Eccleſiarum Primatis „ eſt proprium manum medicam admovere. Hanc epiſtolam tres Canonici digniores conſignant Hernandus Perez de Salcedo, Magiſter Vergara, Doctor Didacus Lopez *de Fromeſta*; eidemque ſubſcribit Joannes *de los Arcos* a ſecretis.

IV. Conventus idem, ac Congregatio Regnorum Caſtellæ, & Legionis iterum habita eſt Madriti anno 1592. quæ ſenas literas Eccleſiæ Toletanæ perſcripſit: primas nempe pridie Nonas Januarias; alteras, decimoſeptimo Calendas Aprileis: tertias, quarto Idus Aprileis: quartas, decimoſexto Calendas Majas: quintas, quinto Calendas Majas: ſextas, decimoſeptimo Calendas Junias. Hæ omnes epiſtolæ perinde ac ſuperiores inſcriptæ ſunt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas*. „ Decano, & Canonicis Eccleſiæ Toletanæ Hiſpaniarum „ Primatis.

Congreg. Anno 1592.

V. Ex his autem, quæ data fuit decimoſexto Calendas Majas, particulam habet veneratione, & obſequio illo dignam, quibus prudentiſſima ea Congregatio Toletanam proſequebatur Eccleſiam. Oſtendit Congregatio quam gravibus de cauſis deliberavit de Canonico eligendo, qui ſemper in Aula verſaretur, eidemque ſollicitudo incumberet rerum Eccleſiarum: mox addit: *Y ſiendo V. S. NUESTRA PRIMADA Y CABEZA, en ninguna manera querriamos tomar reſolucion en quanto ſe trataſſe, ſin intervenir ſu voluntad: para que tenga major decencia, y autoridad... principalmente,*

que

que en el nombramiento ſe ha de tener quenta , y reſpeto , con que la perſona , y negocios , que den à corriſpondencia , y orden , de V. S. como todo lo eſtà . „ Quumque ſis Primas , caputque „ noſtrum, nullo pacto eorum aliquid volumus decernere, „ de quibus egimus, minime accedente voluntate tua ; quo „ potius , ac firmius ſit decretum … quandoquidem id po- „ tiſſimum animadverti debet in dandis nominibus, ut ſeu „ perſona, ſeu res tuæ ſint poteſtati, ut cætera omnia ſub- „ jecta. Hac Hiſpanienſium Eccleſiarum Congregationis confeſſione Toletani Primatus aliane ulla locupletior deſideratur? Hæ quidem literæ Hiſpalenſem Eccleſiam latuerunt ; ideoque abs re non erit monere conſignatas eſſe ab Antonio Pimentel Eccleſiæ Hiſpalenſis Canonico, & dignitate ejus Capituli , ab Aloyſio Hernandez Cordubenſi, & ab Alvaro de Carvajal; eaſdemque ſubſcriptionem exhibere Doctoris Alemani a ſecretis.

VI. Madriti pariter utriuſque Regni Eccleſiæ conventum celebrarunt anno 1597. cujus conventus ſex item epiſtolæ ſuperſunt. Prima data eſt ad quintum Idus Januarias: altera decimoquinto Calendas Martias: tertia, ſexto Idus Martias: quarta menſe Majo (dies enim deſideratur) quinta decimotertio Calendas Julias: ſexta demum nono Calendas ejuſdem menſis. Hæ autem omnes inſcribuntur, ut ſuperiores: *Al Dean , y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. In ea autem epiſtola, quæ a. d. decimum tertium Calendas Julias data fuit, utrum Procuratores duo mitti ſoliti ab Eccleſia Toletana ſinguli ſuffragia ſingula, vel ambo unum redderent, ait Sacra Congregatio: *Para la Preſidencia, que V. S. tiene en eſta Congregacion, y para ſu grandeza, no es de importancia tener dos votos, como vemos, que en los conſejos los Preſidentes no los tienen: y por eſſo no dexen de ſer los oficios de mas eſtima, y gravedad.* „ Poteſtatis, „ qua Congregationi huic præes, tuæque amplitudinis pa- „ rum intereſt duobus uti ſuffragiis , quemadmodum qui „ Conſiliis præſident, duplex haud habere ſuffragium eoſ- „ dem ſcimus : neque tamen idcirco æſtimatione, ac gra- „ vitate aliis non præire. Unde luculentiſſime conſtat ſacræ hujus Congregationis opinio de auctoritate , ac ſuperiori poteſtate Eccleſiæ Toletanæ. *Cong. A. 1597.*

VII. Quatuor etiam epiſtolæ ſuperſtites ſunt e Congre-

gregatione Valliſoleti habita, quo Aula tranſlata anno 1602.
Cong. A. 1602. ad inſequentis anni principium ibidem extitit. Harum literarum primæ datæ ſunt decimoquinto Calendas Septembres: alteræ quarto Idus Octobres: tertiæ decimo Calendas Novembres: poſtremæ a. d. quartum Calendas Februarias inſequentis anni 1603. Iiſdemque omnibus ipſiſſima inſcriptio eſt, quæ ſuperioribus: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas.*

VIII. Diuturniori admodum ex Congregatione cele-
Cong. A. 1608. brari cœpta menſe Martio 1608. neque abſoluta, exeunte Januario ſequentis anni, in urbe Madrito, quo Aula reverſa jam fuerat, ſeptem habemus epiſtolas. Harum prima data fuit Idibus Martiis; altera decimotertio Calendas Junias; tertia quinto Calendas Octobres; quarta tertio Idus ejuſdem menſis; quinta decimoſeptimo Calendas Januarias; ſexta quarto Calendas; ejuſdem menſis ſeptima decimoſexto Calendas Februarias anni ſequentis 1609. Ejuſmodi epiſtolarum inſcriptio eadem eſt, ac ſuperiores: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

IX. Multos præterire annos neceſſe eſt, ut liqueat, horum Regnorum Eccleſias ſimul convenientes, ne minimum quidem a veteri conſuetudine obſequii erga Toletanam Eccleſiam receſſiſſe. Madriti congregatæ ſunt Eccleſiæ anno 1634. quæ Congregatio integrum pene annum producta eſt; menſe enim Auguſto inchoatam conſtat, nec abſolutam dimidio Aprilis anni ſequentis 1635. Iſta ex Congregatione literæ extant quaternæ, quarum primæ datæ ſunt octavo Calendas Septembres; alteræ ſeptimo Idus ejuſdem menſis; tertiæ octavo Iduum Martii ſequentis anni. 1635. quartæ pridie Idus Aprilis ejuſdem anni. Quarum ſingulæ a ſacra Congregatione inſcribuntur: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

X. Longe diuturnior habita Congregatio eſt Madriti
Cong. A. 1648. anno 1648. nam ejuſdem anni menſe Octobre, quum jam celebraretur, ſeſſiones adhuc fiebant menſe Martio anni 1650. Ex ea vero duæ tantum epiſtolæ ſuppetunt cæterarum omnium perſcriptarum omnino ſimiles. Harum prima data eſt a. d. tertium Calendas Novembres anni 1648. altera vero a. d. quartum Idus Martias anni 1650. utriuſque inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas.*

XI.

XI. Jam attuli epiſtolas tres & viginti, ſexaginta amplius annorum ſpatio perſcriptas ab Eccleſiis Caſtellæ, ac Legionis, Metropolitanis, Immunibus, Suffraganeis e Congregationibus per eaſdem celebratis ad Toletanam Eccleſiam, cum aperta Primatus ſignificatione, qua eædem epiſtolæ omnes inſcribuntur. Videat nunc Eccleſia Hiſpalenſis, quî valeat pro ſua auctoritate maxima, alicui viro prudenti fidem facere, quod univerſalis ea propoſitio quam effutit Memoriale, ſpecie ſaltem, veritati ſit conſentanea. Unuſquiſque porro vim auctoritatemque omnium Eccleſiarum cœtui majorem tribuet, quam privatæ alicujus opinioni; ac temere ab una negari Eccleſia, quod omnes fatentur, agnoſcet. Cæterum quum ego ſummopere averem Toletanæ æquitatem Eccleſiæ magis magiſque oſtendere, congeriem aliam epiſtolarum, quæ ab Eccleſiis privatim traditæ ad Toletanam fuerant, excipio, animadvertendi cauſa, num Eccleſiæ idem ſingulares præſtarent, quod una ſimul omnes congregatæ conſueverunt.

XII. Educo igitur epiſtolarum acervum, qui forte erat inſcriptus: *Cartas de todas las Santas Igleſias de las Coronas de Caſtilla, y Leon*: „ Epiſtolæ omnium Eccleſiarum „ utriuſque Regni Caſtellæ, & Legionis. Et quoniam ex voto accidit, continuo volumen aperio, fitque ob oculos omnium prima epiſtola inſcripta: *Carta de la Santa Igleſia Metropolitana de Sevilla*. „ Epiſtola Metropolitanæ Hiſpalenſis „ Eccleſiæ: quam alias præterea multas ejuſdem Metropoleos ſequi conſpicio. Hinc deſiderio ſummo flagrare inſcriptionem viſendi, meamque tarditatem increpare, quod nondum viſerim. Video: ſemel, tertio, centies video: alias præterea quatuor proxime ſequentes cupidiſſime item cerno. Quæ admiratio ſumma, qui ſtupor ingens me illico invaſerint, quum vidi Toletanam Eccleſiam in iis ſingulis Primatem Hiſpaniarum nuncupari, verbis explicare non poſſum. Itane? Mecum ipſe ajebam: Eccleſia igitur Hiſpalenſis in volumine Memorialis nomine nimia cum fiducia jam evulgato, rem poſuerit, cujus falſitatem propriæ ipſius epiſtolæ tandem aliquando redarguerent? Eccleſia igitur Hiſpalenſis ſuum non explorarit Archivum, unde, quæ olim a ſe facta forent, intelligeret? Eccleſia igitur Hiſpalenſis, quo eſt conſilio, maturitate, prudentia id ſibi

arroget, ut doceat quæ fiunt alienæ domi, ignorans quæ propriæ fiunt? Igitur Eccleſia Hiſpalenſis ſexcentis amplius annis aſſerucrit Hiſpaniarum Eccleſiam nullam ſcripſiſſe, quæ propria ipſamet manu ſignavit? Certe documentum hoc adeo neceſſarium ab ejus Archivo abeſſe non credam; ita enim res præteritas videre quum nequeat, in hujuſmodi syrtes incidat neceſſe eſt.

Eccl.Hiſp.V.Cal. Jul. 1594.

XIII. Quinas tandem literas eo in acervo ipſemet vidi propriis oculis ab Hiſpalenſi Eccleſia ad Toletanam traditas. Harum primis Toletanæ reſpondet epiſtolæ, per quam certiorem fecerat Hiſpalenſem, quantam ipſa diligentiam adhibuerit, ne Ditio Eccleſiaſtica Decimæ cujuſdam recèns imponendæ oneri ſuccumberet. Quamobrem Hiſpalenſis illi per literas gratias agit. Inſcriptio autem literarum ſic ſe habet: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Dataeque ſunt quinto Calendas Julias Anno 1594. Signatæ eædem ſunt a duobus Canonicis Petro Tamayo, & Licentiato Maſcdo; & ex mandato Decani, & Capituli Hiſpalenſis, ab Joanne de Medina, & Villavicentio a ſecretis ſubſcriptæ.

Ejuſ alia XVII. Cal.Maj.a.1596.

XIV. Anno 1596. quum Eccleſia Hiſpalenſis accepiſſet a Comite de Pliego Procuratore urbis ejus de duobus Pontificis Clementis octavi Diplomatibus, quibus Regi Catholico Philippo ſecundo Subſidii, & *Excuſati*, ut vocant, prorogatio permittebatur, rem Toletanæ Ecclesiæ ſignificavit per literas datas decimoſeptimo Calen. Majas ejuſdem anni, quas perinde, ac ſuperiores inſcripsit: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Signant has literas duo item Canonici Alphonſus Coloma, & Petrus de Olea, atque ſubſcribit ex Decani, & Capituli Ecclesiæ Hiſpalensis mandato Joannes de Medina, & Villavicentio a ſecretis.

Alia ejuſ.IV.Cal. Aug. eod. anno.

XV. Eodem anno Hiſpalensis Ecclesia aliam dedit epiſtolam quarto Calendas Sextileis ab Alphonſo Coloma, & Licentiato Petro de Villa-Gomez signatam, eque Decani, & Capituli Hiſpalensis Ecclesiæ mandato ſubſcriptam ab Joanne eodem de Medina, & Villavicentio: cujus inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Eadem eſt literis Toletanæ reſponſio, quibus ea perſcripſerat, ut in congreſſum iretur ageretur que, num

num expediret Hiſpanas cogere Eccleſias pro conceſſione Subſidii, & Excuſati per Pontificem Clementem octavum Regi factam Philippo ſecundo, Hiſpalenſis Eccleſia reſpondet, quod re in congreſſu propoſita, expediens fuerat judicatum, omnium Eccleſiarum conventum habere. Dum tamen, addit, tibi ſecus fieri debere non videatur. Ita Hiſpalenſis Eccleſia cum Toletana iis temporibus agere conſuevit ſuperiorem ipſius poteſtatem non detrectans, quapropter Primatum utebatur.

XVI. Quum inter nonnullas Hiſpaniarum Eccleſias, & venerabilem Societatem Jeſu verſaretur diſcrimen de Decimis (quæ poſtea controverſia tranſacta fuit per conventionem partium) Eccleſia Hiſpalenſis ad Toletanam perſcripſit, etiam, atque etiam orans, ut ad Eminentiſſimum Cardinalem Guevara Archiepiſcopum Hiſpalenſem traderet literas, (qui Societatis cauſam ſtudioſiſſime fovebat Romæ) ut ſtudii cauſas procul habens liberum partibus æquitatis præſidium relinquere dignaretur. Toletana Hiſpalenſem videns ad ſe tanquam Primatem confugere, lubenti animo ejus poſtulatis indulgens, ad Cardinalem Archiepiſcopum datas literas eidem Eccleſiæ tradit. Hæc per aliam epiſtolam gratias habet Toletanæ decimo ſecundo Calendas Februarias anno 1606. cujus inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.* Hanc epiſtolam ſignant Antonius Pimentellus, & Licentiatus Petrus de Villa-Gomez, ſubſcribitque Didacus de Tamayo a ſecretis ex mandato Decani, & Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Hiſpalenſis. *Alia ejuſ. 12. Cal. Feb. Anno 1606.*

XVII. Aliam præterea conſcripſit epiſtolam Toletanæ Eccleſiæ fere poſt annum, ſignificans nuncium ſe accepiſſe a Philippo de Taſſis generali Præfecto Sacræ Cruciatæ de prorogatione Subſidii, & Excuſati per ſummum Pontificem Paulum quintum conceſſa Regi Catholico Philippo tertio felicis recordationis. Data eſt hæc epiſtola a. d. duodecimum Calendas Februarias anno 1607. fuitque obſignata a duobus Canonicis Antonio Pimentello, & Joanne de Medina, & Villavicentio; ac ſubſcripta ab Emmanuele Sarmiento de Mendoza ex mandato Decani, & Capituli Eccleſiæ Hiſpalenſis. Ejuſdem inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las*

Eſpañas. Quinque has memoratas epiſtolas eo in acervo comperimus.

XVIII. Quid reponet Hiſpalenſis Eccleſia? Eam porro non latet ab ſe literas obſignatas proprio ſigillo inſcriptaſque folio eodem, quo datæ erant, mitti conſueviſſe, perinde atque ab Eccleſiarum Congregationibus mittuntur: ita ut inſcriptio tolli nequeat, ſeu mutari (quod unum temerarius aliquis objicere poſſet) quominus epiſtola ipſa ſcindatur. Epiſtolæ integræ ſunt; inſcriptiones eoſdem præſeferunt characteres. Eorum qui a ſecretis erant, ignorantiam redarguere audax impudentia eſt; præterquamquod frivola eſſet objectio: etenim ab Eccleſia Toletana, ut Hiſpalenſis confutet effata, inſcriptiones exhiberi literarum ſatis ſuperque eſt. Næ centum abhinc annis Hiſpalenſis Eccleſia ſecus de Toletano Primatu ſentiebat: prima enim omnium, ſeu privatim, ſeu cum cæteris congregata Primatialem obſervabat, ac ſupremæ hujus in Hiſpania dignitatis nomine Toletanam ſalutabat Eccleſiam.

XIX. Ex locupletiſſimis hujuſmodi monumentis Eccleſia Hiſpalenſis intelliget, quod magni ii progreſſus Toletanæ Eccleſiæ, quod ſpectat ad ſibi excitandam hanc dominantem exaltationem (ita Hiſpaniarum Primatum appellat) in cæteras omnes horum Regnorum Eccleſias, haud fieri potuerunt breviſſimo eo ſpatio menſium, quos autumat. Eminens iſtud, atque excellens ædificium excitatum, atque abſolutum jam erat ante plura ſecula; ejuſque firma, ſolida, & conſtantia fundamenta ante annos mille erant poſita. Verum enimvero indignum id quidem judicare, indignius conſignare literis, atque in vulgus tradere, quod Toletana Eccleſia ut gloriam ſui Primatus conſervet, Hiſpalenſi Eccleſiæ decus præreptum velit. Et ſane Toletana Eccleſia Hiſpalenſem agnoſcit magnam, inclytam, nobilem, doctam, dignam, in quam Pontifices, & Reges quælibet conferant beneficia: Canonicos ejuſdem, quam urbaniſſime accipit, primas eiſdem in Chori ſui Subſelliis alios inter cujuſcumque graviſſimæ Eccleſiæ Canonicos, tribuens. Eſtne id Hiſpalenſem Eccleſiam deprimere, an potius extollere? Cæterum Hiſpalenſem Toletanæ ſe inferiorem fateri nolle, diſſentiri eſt a priorum opinione temporum, quum ſcilicet epiſtolarum inſcriptione id teſtabatur. Toletanam ve-

Mem. in princip. pag. 5.

Mem. ib.

vero Eccleſiarum omnium Hiſpaniæ facile Principem eſſe Nicolaus Antonius ejus Canonicus meritiſſimus docet. Quum autem Eccleſia Toletana cæteris antecellat, majori ejuſdem gloriæ conducit quam maxima Hiſpalenſis Eccleſiæ dignitas, atque amplitudo. *Nicol. Ant. cit. par. 2. cap. 3. n. 27.*

XX. Equidem, dicam quod ſentio, cogitatione aſſequi non poſſum, quid Eccleſia Hiſpalenſis nunc neget, quod antea faſſa eſt. Antiquis iis temporibus, ut ego arbitror, vigebant magis, utpote recentiora, exempla allata capite vigeſimo ſecundæ partis, Regumque Diplomata a nullo e ſubditis non obſervata una cum circumſtantiis omnibus, quæ ad ſextum caput fuerunt allatæ: quare Hiſpalenſis Eccleſia Illuſtriſſimorum, atque Eminentiſſimorum Præſulum ſuorum exemplis iuhærens Principum mandatis obſequuta eſt. At exemplorum memoriam fortaſſe vetuſtas abſumſit, Regumque decreta delevit oblivio. Chriſtianæ dilectionis vinculum Sanctas inter Eccleſias diuturnum, & conſtans fuit: quare Hiſpalenſis ab eadem ſejungi voluerit, non facile eſt intellectu. Niſi forte juxta Spiritus Divini oraculum: *Occaſiones quærit, qui recedit ab amico*. Certe ita conjici poteſt ex Memoriali Hiſpalenſis Eccleſiæ. *Sup. c. 20. par. 2.* *Sup. p. 2. cap. 6.* *Prov. cap. 18.*

XXI. Eccleſiæ Hiſpalenſi revocare in dubium non auſim glorioſum, & inſignem illum titulum Patriarchalis, quem uſurpat in Memoriali ad Regem tradito; mei quippe inſtituti non eſt honorem quemcumque illius maximum detrectare; at velis remiſque contendere, ut Toletanæ gloriam, quam illa negat, defendam: quanquam quinque laudatis epiſtolis conſtat, iis illam temporibus tantum ſibi honorem non arrogaſſe: nec ulla in ejuſdem epiſtola uſque ad annum 1677. invenitur: *Por mandado de los Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana, y Patriarcal de Sevilla*: „ ex mandato D. D. Decani, & Capituli Eccleſiæ „ Metropolitanæ, & Patriarchalis Hiſpalenſis. Quæ enim prima hujuſmodi legitur, data eſt ad Alexium Ortiz de Valdes Eccleſiaſticæ rei Procuratorem Madriti ſeptimo Idus Decembres ejuſdem anni, neque aliis in epiſtolis eidem Alexio perſcriptis, quæ extant in Archivo Toletano, ante id tempus ejuſmodi reperitur formula. Quamobrem Hiſpalenſis Eccleſia de conſtanti, & pacifica poſſeſſione Toletanam dejicere non conetur, ne forte fortuna nos compellat

hanc novitatem uſque ad hoc tempus inauditam in diſcrimen revocare.

XXII. De Hiſpalenſi autem Eccleſia jam ſatis multa: reſtat nunc, ut doceam, quid Metropolitanæ tres reliquæ, duæque immunes Eccleſiæ geſſerint. Ne autem moleſtus ſim, paucis exemplis contentus ero, quæ ad noſtra probanda erunt ſatis. Compoſtellana Eccleſia non paucas dedit literas ad Toletanam; earumque in nullis, quod egomet vidi, Primatum ejuſdem detrectat: adeoque tum epiſtola quam dedit ſeptimo Calendas Februarias anni 1618., tum alia epiſtola data decimoquarto Calendas Decembres anni 1605. perinde atque Hiſpalenſes, inſcriptæ ſunt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Ita de cæteris.

Compoſt. Eccl. A. 1605. & 1618.

XXIII. Burgenſis Eccleſia Metropolitana plurimas quidem conſcripſit epiſtolas: attamen duæ tantum allatæ a nobis erunt; omnium ſcilicet maxime antiqua abhinc annos quadraginta perſcripta, altera vero recentior, data nempe poſt annos ſeptuaginta. Prior data eſt quinto Calendas Julias anno 1583. occaſione cujuſdam ſententiæ latæ ab Apocriſario Pontificis Summi apud Sanctas Eccleſias. Ejus inſcriptio ſuperiorum quamſimillima ſic ſe habet: *A los muy Iluſtres Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Eamdemque obſignarunt Commendator de Quintana, ut videtur, & Franciſcus Martinez de Lerma, ſubſcripſitque Joannes Baptiſta Hernandez a ſecretis. Epiſtola hæc apertiſſime de Primatu loquitur, ubi ait: *Recurrimos à V. S. como à CABEZA de todas, y que tan à ſu cargo tiene la proteccion, y amparo de ellas, y de los negocios, que les tocan.* „ Ad te tanquam caput „ omnium confugimus, quæ adeo ſtudes, conſuliſque iiſ- „ dem, earumque negocia impenſe curas. Quid evidentius haberi poteſt?

Burg. Eccl. An. 1583. & 1653.

XXIV. Quam dixi alteram recentiorem me allaturum eſſe, annis nempe ſeptuaginta pòſt datam quarto Idus Majas anno 1653. in ea ſignificat perquam acceptiſſimum ſibi fuiſſe, quum audiit, Toletanam Eccleſiam deſignaſſe generalem rei Eccleſiaſticæ Procuratorem Romæ Burgenſem Canonicum Hyacinthum Ibañez *de la Cueſta*. Inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo*

Eadem Eccl. An. 1653.

Digitized by Google

ledo Primada de las Eſpañas. Obſignant epiſtolam Licentiatus Sanctius de Quintanaducñas, & Doctor Petrus Argaiz; ſubſcribitque Dominicus Loyola a ſecretis.

XXV. Quum anno 1655. magnum verſaretur diſcrimen inter Metropolitanam Granatenſem Eccleſiam, recènſque creatum Archiepiſcopum; quumque Canonici ejuſdem graviſſimi demereri Præſulem vellent, cauſaſque omnes diſſidii præcidere, conſilium petiit ab Eccleſia Toletana ſuis de rebus dubiis. Hæc autem epiſtola, quoniam uti cæteræ, non inſcribitur eodem folio; neque inſcriptione poteſt fidem facere, neque eadem ſeparata inſcriptio reperitur: verumtamen epigraphe, quæ intus legitur, aperte id teſtatur, nempe: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Obſignata eſt epiſtola ab Joanne Maldonato, & Corral, & a Doctore Eugenio de Ribadeneyra; ſubſcripta vero a Magiſtro Andrea Sanchez Eſpejo. Tota in hac epiſtola Granatenſis Eccleſia Toletanæ tribuit *Dominationem Illuſtriſſimam*. Quam rem tametſi quam plurimæ Eccleſiæ præſtant, ut videbimus; hîc tamen pro Granatenſis Eccleſiæ Metropolitanæ ſplendore, hujuſmodi honos majori habendus in pretio eſt. *Eccleſ. Granaten. Anno 1655.*

XXVI. Metropolitanæ quatuor Eccleſiæ utriuſque Regni Caſtellæ, & Legionis quid præſtiterint jam vidimus, reliquum eſt ut immunes quid egerint cognoſcamus. Legionenſis Eccleſia in literis octavo, Calendas Martias traditis anni 1652., quas obſignant Ferdinandus Quixada, & Eſpinoſa, Cantor, & Bartholomæus Igleſias, ſubſcribitque Antonius Lozanus de Ytorreamendi Ludimagiſter, & a ſecretis Capituli, quas ipſemet vidi, in interiori epigraphe, nam inſcriptio, uti ſuperiorum deſideratur, ait: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Dominationem pariter Illuſtriſſimam, ut Granatenſis epiſtola, eædem præſeferunt. *Eccleſ. Legionen. 8. Cal. Mar. 1642.*

XXVII. Harum omnino ſimiles dedit literas Ovetenſis Eccleſia octavo Idus Junias anni 1654. obſignatas a Ferdinando Caſtrillon Prodecano, ac Doctore Dominico de Mier Suſpalacios, ſubſcriptaſque a Doctore Petro Diaz Arguelles. Deſideratur inſcriptio; Dominatio Illuſtriſſima paſſim occurrit; atque epigraphe interior eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccleſia Oveten. 8. Id. Jun. 1654.*

Hæ

Hæ ſunt quidem Eccleſiæ Metropolitanæ, & immunes Regnorum Caſtellæ, ac Legionis, quæ unanimi conſenſu Toletanam Eccleſiam Primatus honore proſequuntur. Videnda modo erunt eorumdem Regnorum quæ exempla ſuppetunt a Suffraganeis Eccleſiis.

CAPUT VII.

Suffraganeæ omnes Eccleſiæ eorumdem Regnorum Primatum Toletanæ fatentur.

SUMMA CAPITIS.

I. II. *Eccleſiæ* Conchenſis *epiſtolæ Anno* 1595.
III. *Eccleſiæ* Placentinæ 1596.
IV. *Eccleſiæ* Aſtoricenſis 1603.
V. *Ejuſdem Eccleſiæ alia* 1653.
VI. Cordubenſis 1653.
VII. *Eccleſiæ* Tudenſis 1653.
VIII. Segovienſis 1653.
IX. Carthaginenſis 1653.
X. XI. XII. *Eccleſiarum* Segovienſis, Malacitanæ, Abulenſis *An.* 1655.
XIII. *Eccleſiæ* Lucenſis 1656.
XIV. XV. *Ejuſdem anni epiſtolæ ab Eccleſiis* Guadicenſi, & Giennenſi *conſcriptæ*.
XVI. Salmanticenſis 1658.
XVII. Aſturicenſis *Eccleſiæ* 1663.
XVIII. XIX. XX. XXI. *Eccleſiarum* Valliſoletanæ, Almerienſis, Zamorenſis, Pacenſis *epiſtolæ Anno* 1663.
XXII. *Eccleſiæ* Civitatenſis 1665.
XXIII. Caurienſis *Eccleſiæ* 1669.
XXIV. Calciatenſis 1670.
XXV. XXVI. *Eccleſiarum* Mindonienſis, & Calaguritanæ *An.* 1672.
XXVII. Palentinæ 1674.
XXVIII. Gaditanæ 1675.
XXIX. Canarienſis 1717.
XXX. Oxomenſis 1724.

I. Su-

I. SUperiori capite eſt demonſtratum, quid Eccleſiæ omnes ſimul congregatæ, ac ſingulæ ſeparatim tam Metropolitanæ, quam exemtæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis præſtiterunt. Nunc vero quid Cathedrales cæteræ omnes Suffraganeæ eorumdem Regnorum præſtiterint oſtendam. Et pro majori temporis vetuſtate, quo datæ ſunt literæ, eaſdem Eccleſias referam, quod mihi conſilium æquius, ac tutius eſt viſum. Singula ex Eccleſiis ſingulis exempla proferam, niſi forte ſingularis aliqua loquendi forma petet, ut peculiaris de ea ſit mentio.

II. Conchenſis Eccleſia varias ſuppeditat epiſtolas eamdem omnes inſcriptionem exhibentes, (quæ ipſo eodemque hæret folio literarum perinde ac diximus de Metropolitanis Eccleſiis, & Congregationibus.) Ex his epiſtolis unius perſcriptæ anno 1595. ſumma eſt: Rogatur Toletana Eccleſia ſuos Muſicos mittere ob Feſtum ſolenne a Conchenſi celebrandum in Divi Juliani ſui Præſulis, & Patroni honorem. Epiſtolæ ſubſcribunt Hernandus de Eſpinoſa Illarchonis Archidiaconus, & J. U. Doctor Alphonſus Zapata. Inferius vero ſubſcribit Joannes de Licaſſo Capituli a ſecretis. Inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.* *Eccl.Conchen.12. Cal.Septem.1595.*

III. Placentinæ item Eccleſiæ perinde conſcriptæ extant epiſtolæ plures cum inſcriptione: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.* Ex iis quæ data fuit decimo quinto Calendas Octobres anni 1596. nunciat deſignatum pro Congregatione celebranda Doctorem Didacum de Carvaja. Huic ſubſcribunt Joannes Blazquez de Heneſtroſa, Doctor Hieronymus Hurtadus, & Aloyſius de Leon, & Almaràz. Inferius Gabriel de Montemayor a ſecretis ſubſcribit. *Eccl.Placent.15. Cal.Oct. an.1596.*

IV. Quum Eccleſiarum Congregatio animadverteret poſſe fieri, ut, ſi Rituale Romanum recens editum anno 1602. auctoritate Pauli quinti Pontificis Maximi omnino ſervari oporteret, cæremoniæ quædam laudabiles omitterentur, quas eædem æqui bonique conſulebant, jamque ab immemorabili ſuis in Cathedralibus vigebant, rei compotes factæ ſunt Eccleſiæ omnes, ut ſingulæ conſuetudinis ſuæ rationes redderent, quas rationes ad Toletanam traderent, quæ utpote Primatialis, Pontificem certiorem faceret, quam difficile eſ- *Eccl.Aſtoric.12. Cal.Jul.1603.*

eſſet, ut Cæremoniale id totum acciperetur in Hiſpaniis. Ob id Aſtoricenſis Eccleſia decimoſecundo Calendas Julias anni 1603. Toletanæ perſcripsit, rationes mittens ſuas, ac ſingillatim reſpondens Capitibus. Eademque ex epiſtola habetur, conſtitutum fuiſſe, ut Eccleſiæ ad Toletanam rationes ſuas mitteret: *Para que como Primada de eſtos Reynos, eſtando juntas las razones de todas, ſe ſirvieſſe de ampararla, ſuplicaſſe à ſu Santidad, ſuſpendieſſe la execucion.* „ Ut tan„ quam Primatialis Hiſpaniarum Eccleſia rationum ope, „ quas acceperit ab Eccleſiis cæteris, ſupplex rogaret Pon„ tificem, ut executionem ſuſpenderet. Epiſtolæ ſubſcribunt Decanus Aſtoricenſis, & Petrus de Arias *de la Carrera*. Inferius autem Canonicus Petrus Merenoſus a ſecretis. Inſcriptio eſt: *Al Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Aliaejuſ. Id. Jun. An. 1653.

V. Aliam inſuper ſcripsit epiſtolam Eccleſia eadem Aſtoricenſis Idibus Juniis anno 1653., in qua Dominationem Illuſtriſſimam tribuit Eccleſiæ Toletanæ. Inſcriptio eodem folio non inhæret, ut ſuperiori, at interior epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Cordub. 6. Cal. Jul. 1653.

VI. Iiſdem anno, & menſe, ſexto Calendas Julias, Eccleſia Cordubenſis ad Toletanam dat literas ſignificans ut de re propoſita, ſuo arbitratu decernat. Eademque per totam epiſtolam inque ipsius inſcriptione, ac titulo Dominationem Illuſtriſſimam Toletanæ tribuit. Inſcriptio igitur ſic ſe habet: *Al Iluſtriſſimo Señor Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Tud. 5. Cal. Jul. 1653.

VII. Eodem anno poſtridie illius diei Tudenſis Eccleſia reſpondit Toletanæ literis nunciantibus, Eccleſiarum Procuratorem Romæ a ſe electum fuiſſe Hyacintum Ibañez Canonicum Burgenſem, atque augeri oportere ejuſdem emolumentum. In Toletanæ ſententiam omni ex parte deſcendit, gratiaſque agit ob factæ electionis nuncium. Totam per epiſtolam Dominationem Illuſtriſſimam eidem impertit: inſcriptio deeſt, attamen ejus loco eſt epigraphe: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Seg. 17. Cal. Sep. 1653.

VIII. In eamdem ſententiam eodem anno Segovienſis Eccleſia ad Toletanam perſcripsit ſciſcitans, quomodo ſe ge-

gereret, quum religioſi homines in Capitulum recipiendi eſſent. Totamque per epiſtolam Dominationem Illuſtriſſimam ei tribuit. Data eſt epiſtola decimo ſeptimo Calendas Septembres anni 1653. Quumque inſcriptio desideretur, epigraphe iſta legitur: *Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

IX. Ejuſdem perquam ſimilem dedit Carthaginenſis Eccleſia pridie Nonas Octobres ejuſdem anni 1653. Murciâ, Toletanam orans, ut curet una cum Generali Inquiſitore negotium; quominus Joſeph de Molina *Medius Rationarius*, ut vocant, ejuſdem Eccleſiæ, & a Sanctioribus ſecretis ſacræ Inquiſitionis Murciæ ejus rei fiat compos. Dominationis Illuſtriſſimæ honorem tribuit; quumque inſcriptio æque, ac ſuperioris desideretur, interior epigraphe extitit: *Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Ecc.Cart.pr.Non. Oct. an. 1653.*

X. Anni 1655. copia ingens literarum eſt, quarum alias aliæ perſcripſerunt Eccleſiæ. Primam dedit Eccleſia Segontina pridie Idus Majas ejuſdem anni, ut Toletana tueretur cauſam Turiaſonenſis Eccleſiæ adverſus novæ Bilbilis Collegiatam. Per totam epiſtolam Dominationem Illuſtriſſimam eidem tribuit; & quoniam inſcriptio abeſt, ad interiorem epigraphem ire oportet, quæ ita ſe habet: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl.Segon.pr.Id. Ma. an. 1655.*

XI. Dominationem pariter Illuſtriſſimam Toletanæ tribuit Malacitana Eccleſia ea in epiſtola, quam ſcripſit nono Calendas Septembres ejuſdem anni 1655. Controverſiam refert, quæ ſibi cum Civitate intercedebat, utri ſpectarent primæ, quando Capitulum Eccleſiaſticum abſque ſuperpelliceo adforet, ſolumque cum palla, & bireto: traditque Conſilii ſententiam fuiſſe minus æquam contra exempla multa ibi propoſita. Ne hujus quidem epiſtolæ inſcriptio extat, ſed interior epigraphe aperta eſt: *Iluſtres Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Malacit. 9. Cal. Sept. 1655.*

XII. Eodem anno decimotertio Calendas Decembres Abulenſis Eccleſia Toletanæ ſignificavit per literas, quomodo ſeculares Magiſtratus Eccleſiaſticorum domos ingrediebantur ad referendum in tabulas, quot iidem vini, aceti, oleique amphoras apud ſe haberent. Idque contrarium Eccleſiaſticæ immunitati eſſe docuit. Eadem Illuſtriſſimam *Ecc. Abulen. 13. Cal. Dec. an. 1655.*

Toletanam appellat, in medio enim epiſtolæ ponit: *Iluſtriſſimo Señor*, ac perinde proſequitur cætera. Inſcriptio deſideratur: interior vero epigraphe eſt: *Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Lucen. 15. Cal. Mar. a. 1656. XIII. Inſequenti anno decimoquinto Calendas Martias Lucenſis Eccleſia ad Toletanam dedit literas, quibus primùm ait, epiſtolam ſe accepiſſe datam octavo Calendas Februarias, per quam ſibimet nunciabatur Pontificem minime aſſentiri, ut, ſi forte æquarentur ſuffragia, controverſia per ſortes dirimeretur in cauſa electionis Canonicorum de officio, at eos inter natu major eligeretur. Poſtea late exponit fraudes, injurias, atque incommoda manifeſta, quæ Adminiſtrator *de los Millones*, ut vocant, Eccleſiaſticæ intulerat ditioni, immunitate ejuſdem violata, ut una ſimul cum cæteris Eccleſiis Toletana conjuncta, quod ſibi aptius videretur, iniret conſilium deferendi ad Regem vim ab Adminiſtratore illatam. Epiſtola hæc valde prolixa, quotieſcumque Toletanæ incidit mentio, Dominationem Illuſtriſſimam eidem tribuit. Inſcriptio & iſti deeſt; epigraphe tamen intus ita ſe habet: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Ecc. Guadicen. 12. Cal. Mar. 1656. XIV. Toletana Eccleſia Guadicenſem docuit Pontificis decretum anno 1655., quod nempe in electione Canonicorum de officio ſi æquarentur ſuffragia, natu major prævaleret. Toletanæ literis reſpondet Guadicenſis duodecimo Calendas Martias anni 1656. optimam ſibi videri Sanctionem Pontificis, quæ ſuperius conſtitutorum difficultates multas exſuperat. Inſcriptio deeſt; Dominatio tamen Illuſtriſſima per totam epiſtolam Toletanæ tribuitur: eſtque epigraphe: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccleſ. Giennen. Cal. Julii 1656. XV. Giennenſis Eccleſiæ literas habui obvias, quæ datæ dicuntur Calendis Juliis; quanquam id fieri non potuit, namque intus habent, Diploma *de los Millones* deſiiſſe pridie Calendas Auguſtas ejuſdem anni. Quare mendum erit aut diei quo ceſſavit Diploma, aut quo datæ fuerunt literæ. Utcumque ſit, harum epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas.* Dominationem Illuſtriſſimam eidem tribuunt. Itaque conſtat Giennenſem trium, & quadringentorum ſpatio annorum,

qui

qui a 1253. ad 1656. ſunt lapſi nunquam Hiſpaniarum Primatialem detrectaſſe Toletanam Eccleſiam.

Ec. Salmanticen. Cal. Jan. a. 1658.

XVI. Joannes Aſtorga *de el Caſtillo* Dei Optimi Maximi ope commiſſam ſibi rem Subſidii, & Excuſati ab Eccleſiis, magna cum ſui nominis gloria tranſegit, atque compoſuit anno 1658. Cujus rei Salmanticenſem Eccleſiam certiorem fecit; quæ ad Toletanam dedit literas decimoſecundo Calendas Januarias ejuſdem anni 1658. tum gratias eidem agens, tum orans, ut Joanni de Aſtorga laudato pares redderet. Harum officium eſt Dominatio Illuſtriſſima, epigraphe autem: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Aurien. 19. Cal. Febr. a. 1663.

XVII. Paulo poſt quadriennium Aurienſis Eccleſia ſcripſit Toletanæ, ut Congregationem haberet, vehementius ſignificandi cauſa Regi Diœceſis ſuæ ſolitudinem, quam bella intulerant Portugalliæ: epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.* Data eſt hæc epiſtola undeviceſimo Calendas Februarias 1663. Dominatio Illuſtriſſima officium eſt.

Eccl. Valliſol. 17. Cal. Febr. a. 1663.

XVIII. Paucis inde diebus Valliſoletana Eccleſia Toletanam monet per literas, ne Congregationem indicat, ob Eccleſiarum incommoda; etenim, ſi Eccleſiæ congregarentur, incrementum foret additum ſumtibus; ſin minus, clam non erat quam bene, atque utiliter Generalis Procurator ſe geſſerit circumacto quinquennio. Totius epiſtolæ officium eſt Dominatio Illuſtriſſima, epigraphe vero: *La Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.* Data eſt XVII. Calendas Februarias anno 1663.

Ecc. Almer. prid. Cal. Jul. a. 1663.

XIX. Iiſdem apprime honoribus Primatis, atque Illuſtriſſimæ Dominationis Toletanam proſequitur Almerienſis, utpote Granatenſis Eccleſiæ Suffraganea, & idcirco ejuſdem imitatrix. Huic Toletana perſcripſit, omnium pene Eccleſiarum Legionis, & Caſtellæ ſuffragiis fuiſſe ſancitum, Congregationem Madriti habendam non eſſe, at Procuratores ab unaquaque mittendos: cui Almerienſis pridie Calendas Julias anni 1663. reſpondet ſe majori cum earum parte ſenſuram, ſuamque miſſuram procurationem. Officium eſt, Dominatio Illuſtriſſima: epigraphe: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccleſ. Zamor. 3. Cal. Sept. a. 1663. XX. Hujuſmodi epiſtolam & Zamorensis acceperat, quumque ſibi conveniret cum Eccleſiis pleriſque, annuit procurationem mitti ad Generalem Procuratorem, qui conficeret pactum. Poſt hæc, alias quum ab aliis Eccleſiis literas accepiſſet, quæ contra ſentiebant variis ex causis, quas poſtea cognoverunt, a priori ſententia diſceſſit, reique compotem Ecclesiam fecit Toletanam per epiſtolam datam tertio Calendas Septembres ejuſdem anni 1663. Illuſtriſſimam ei tribuens Dominationem: atque in epigraphe ſcribens: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

Eccl. Pacen. Cal. Dec. an. 1663. XXI. Illuſtriſſimæ item Dominationis honore Toletanam proſequitur Pacenſis Eccleſia, ordiens a verbis: *Iluſtriſſimo Señor*, & epiſtolam ſic totam conficiens, cujus ſumma eſt, Congregationem quantocyus futuram Eccleſiarum omnium. Epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Data hæc fuit epiſtola Calendis Decembribus anni 1663.

Eccl. Civitat. 15. Cal. Dec. an. 1665. XXII. Epiſtola item extat ſuperioris omnino ſimilis ab Eccleſia Civitatenſi conſcripta, qua ſignificat, quod, tametſi nimis diuturna eſſet Ecclesiarum Congregatio, magnique neceſſarii forent ſumtus temporibus adeo difficilibus, ſibique nunquam optimum viſum fuerit eamdem celebrari; ejus tamen ſolutio non erat facilis. Verumtamen ſe ajebat exemplo hæſuram Toletanæ. Orditur, & ipſa: *Iluſtriſſimo Señor*, eademque ſignificatione proſequitur. Epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Data eſt decimoſexto Calendas Decembres 1665.

Eccl. Caurien. 3. Non. Ju. a. 1669. XXIII. Nihil a prædictis epiſtolis differt alia Cauriensis Ecclesiæ data tertio Nonas Julias anni 1669., per quam ab Ecclesia Toletana petit, ut ſuper quæſtione, quæ inter utramque privatim verſabatur, hujus Ecclesiæ Doctoralium ſententia audiretur, ad lites declinandas, quas nolebat excitari. Titulus eſt: *Iluſtriſſimo Señor*: eumdemque honorem impertit per totam epiſtolam. Epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

Ecc. Calciat. prid. Non. Jul. 1670. XXIV. Inſequente anno Calciatensis Ecclesia grandem habuit controversiam, an pia quædam opera in ea ur-

urbe conſtituta Collecta obligari deberent, & quanquam ſemel, atque iterum meliorem accepiſſet ſententiam, magnum in diſcrimen ipsius æquitas deveniſſet, ſi cauſæ cognitio ad Regium Conſilium delata eſſet, cui eorum in conſtitutione adjudicatum jus fuerat. Hac de re pridie Nonas Octobres anni 1670. ad Toletanam Eccleſiam dedit literas, percipiendi animo, quænam vigeret conſuetudo apud graviſſimum ejuſdem Capitulum; & quænam ſibi exempla inde poſſent impertiri. Epiſtolæ officium eſt, Dominatio Illuſtriſſima; epigraphe vero: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas*.

XXV. Quum Hiſpalenſis Eccleſia controverſiam haberet de novenis ad Regios reditus pertinentibus pro anno 1672., hac de re ad Toletanam perſcripſit, ut ſuam tueretur cauſam, cæteriſque, ut id præſtarent, Eccleſiis perſuaderet; Toletana id explet. Ad epiſtolam ſibi hac de re perſcriptam Eccleſia Mindonienſis reſpondet pridie Idus Majas anno 1672. quod, ſicuti ſua Diœceſis caret novenis, aliiſque Reditibus ad Regium Ærarium ſpectantibus, ita ipſamet iſtiuſmodi ſubire onus non poteſt. Dominatio Illuſtriſſima eſt officium: epigraphe autem: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Mindonien. prid. Id. Majas A. 1672.*

XXVI. Eadem de re perinde reſpondet Calagurritana Eccleſia quinto Calendas Junias eodem anno 1672. Eodem Dominationis Illuſtriſſimæ honore proſequens nullo penitus diſcrimine Toletanam. Literarum epigraphe eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Calagurrit. V. Cal. Julias 1672.*

XXVII. Palentina Eccleſia dedit literas ad Toletanam multis capitibus: gratias illi agit ob Eccleſiæ Malacitanæ cauſam, quam ipſa defendendam ſuſceperat; orat, ut Almerienſis Eccleſiæ controverſiam tueatur recèns excitatam, cujus æquitas ab eadem ſtare videbatur; ac ſignificat, quod ſibi omnino cum Toletana eadem conveniet quibuſcumque in rebus ab eadem conſtitutis de ſuppeditandis opibus Generali Eccleſiarum Procuratori. Data eſt hæc epiſtola decimo Calendas Februarias anno 1674. cujus epigraphe ſic ſe habet: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Palent. X. Cal. Feb. A. 1674.*

XXVIII.

Eccl. Gaditan. 3. Cal. Febr. 1675.

XXVIII. Epiſtolæ ab Eccleſia Gaditana perſcriptæ decimotertio Calendas Februarias anno 1675. ſumma eſt: ſe Memorialis exemplum accepiſſe ab Eccleſia Toletana ad Regem traditi ſuper Decimis. Dominationis Illuſtriſſimæ officium ipſo ab exordio hic occurrit: orditur enim: *Iluſtriſſimo Señor*: ad uſque infimam epigraphem, quæ ſic ſe habet: *Iluſtriſſimo Señor Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

Eccl. Canarien. 8. Id. Febr. 1717.

XXIX. Ad Caſtellæ item Regnum Canarienſis Eccleſia pertinet, Hæc ſcribit octavo Idus Februarias anni 1717. ſe decreviſſe procurationem ſuam mittere ad quemcumque Hiſpalenſis Eccleſia e ſuis Canonicis elegiſſet, ut ſuo nomine Congregationi Eccleſiarum adeſſet Madriti celebrandæ. Epigraphe literarum eſt: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

Eccl. Oxomen. 8. Id Apr. 1724.

XXX. Finem capiti huic imponet Oxomenſis Eccleſia, cujus teſtimonium eo majori habendum in pretio eſt, quia pro Toletana Eccleſia ſcriptum cenſeri poteſt noviſſima hac in controverſia excitata ab Hiſpalenſi Memoriali anno 1722., ut palam faceret graviſſimis iis Canonicis proprio exemplo, nunquam ſe non fuiſſe veneratam Toletanam Eccleſiam, tanquam Hiſpaniarum Primatem. Data eſt epiſtola octavo Idus Apriless anno 1724. agit de Jure Epiſcoporum, & Capitulorum, Sede vacante, pro Eccleſiis viſitandis, quæ cum Monaſteriis conjunguntur. Illuſtriſſima Dominatio eſt officium totius epiſtolæ, quæ orditur: *Iluſtriſſimo Señor*; ac definit per epigraphem: *Iluſtriſſimo Señor Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

CA-

CAPUT VIII.

Hiſpaniarum Eccleſiis pene omnibus extra Regna Caſtellæ, & Legionis convenit de Toletano Primatu.

SUMMA CAPITIS.

I. *Prædictarum rerum Epilogus.*
II. III. *Eccleſiæ* Cæſaraugustanæ *literæ Toletanum* Primatum *adſtruentes Anno 1669.*
IV. *Eccleſiæ* Aragonienſis *Regni Oſcæ congregatæ agnoſcunt eumdem* Primatum *Anno 1690.*
V. *Literæ* Turiaſonenſis *Eccleſiæ eumdem fatentur 1660.*
VI. Jacenſis *Eccleſiæ literæ 1679.*
VII. Terulenſis *Eccleſiæ eodem anno.*
VIII. *Eccleſiarum Valentini Regni teſtimonia proponuntur.*
IX. X. *Ejuſdem Regni epiſtolæ duæ conſcriptæ Anno 1619.*
XI. *Eccleſiæ* Oriolenſis 1658.
XII. Majoricenſis 1671.
XIII. Segobricenſis 1713.
XIV. *Cataloniæ Regni Eccleſiarum monumenta: ac primum* Barcinonenſis *Eccleſiæ literæ 1679.*
XV. Dertuſenſis 1699.
XVI. XVII. Tarraconenſis *Metropolis* 1700.
XVIII. *Eadem* Tarraconenſis *& ſibi jus* Primatus *non recte tribuit: duo enim eodem in Regno eſſe nequeunt* Primates.
XIX. Pampelonenſis *Eccleſiæ literæ 1656.*
XX. XXI. *Epilogus dictorum, & confutatio Memorialis.*
XXII. XXIII. *Confutatio altera valde firmior.*
XXIV. *Nihil non exploratum exhibet hæc Apologia; Memoriale autem multa.*
XXV. XXVI. XXVII. *Toletanus* Primatus *adſtruitur ratione, & auctoritate.*
XXVIII. XXIX. *Totius operis Epilogus, & inductio, qua evincitur Toletanum* Primatum *a nemine omnium negari poſſe.*

I. EXempla jam nobis præclariſſima fuerunt perſpecta, quæ manifeſtam faciunt fidem, Regnorum Caſtellæ, & Legionis Eccleſiam nullam detrectaſſe Primatum Eccleſiæ Toletanæ, quin omnes dignitatem hanc eſſe teſtatas traditis ad graviſſimam eam Eccleſiam epiſtolis, quod tam ex earumdem inſcriptione exteriori, quam ex interiori epigraphe in infima folii parte poni ſolita (ſiquæ illarum inſcriptiones habent ſeparatas) quæ per eadem inſcriptionis exterioris verba conficitur, manifeſtum eſt. Poſt hæc literarum acervum alium inſpexi, cui titulus: *Cartas de las Santas Igleſias de fuera de las Coronas de Caſtilla, y de Leon*: Epiſtolæ Eccleſiarum extra Regna Caſtellæ, & Legionis. Qua quidem re nihil potuit mihi gratius accidere, utpote exoptanti rem latius cognoſcere.

Ex. Cæſaraug. 4. Cal. Sept. 1669.

II. Ex iis primam datam video Cæſarauguſtâ quarto Calendas Septembres anni 1669. Aperio epiſtolam primaque ipſius verba occurrunt *Iluſtriſſimo Señor*: Lego totam, & a primo ad ultimum idem ſervari officium comperio. Venienſque ad extremum epiſtolæ video, Metropolitanam hanc Eccleſiam fateri Primatum Toletanæ. Quæ res meam confirmavit conſtantiſſimam opinionem, dubitari jampridem deſitum eſſe, vetereſque æmulationes interiiſſe.

III. Epiſtolæ hujus caput eſt, Eccleſiæ Toletanæ gratias agere, quod Cæſarauguſtanæ cauſam agitatam Romæ adjuverit; referre quid eadem acceperit emolumenti ob tantum præſidium; eamdemque Toletanam orare, & obteſtari, ut iterum commendaret cauſam Geſtori negotiorum ſuorum Romæ tum Bernardo Urſuæ, ut denuo is Toletani nominis præſidio ad cauſam accederet: quæ controverſia ut ex epiſtola eadem habetur, graviſſimo in eo Capitulo fuit compoſita. Subſcriptio epiſtolæ eſt hujuſmodi: *Los Preſidente, Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Zagaroza. El Doctor Miguèl Anton Francès de Urritigoyti Arcediano de Zaragoza. El Doctor Don Sebaſtian Porter, y Caſſanate. Y Don Pedro* (ſequens verbum legi nequit) *Hernandez Secretario*: epigraphe inferior eſt: *Iluſtriſſimo Señor Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Locupletiſſimum ſane hoc teſtimonium eſt, eoque nullum majus haberi poteſt.

IV. Exemplo Cæſarauguſtanæ Metropolis propoſito, Eccle-

cleſiis cæteris ipſius Provinciæ nil cauſæ omnino erat, cur Toletanum Primatum detrectarent. Itaque factum id legimus ab Eccleſiis omnibus Cathedralibus Regni Aragonienſis Oſcæ congregatis anno 1690. Cæſaraugustana Eccleſia impetraverat a Pontifice novam indumentorum formam, quam adhibere aliæ omnes ejuſdem Regni Cathedrales Eccleſiæ prohibebantur. Gratiam hanc peculiarem eædem Eccleſiæ contra jus ſuum eſſe cenſentes, Oſcæ conveniunt quinto Idus Martias ejuſdem anni, unanimes ad Toletanam dant literas, ejuſdemque patrocinium implorant contra Cæſaraugustanam. Epiſtola hæc ſuperioris quamſimillima infit, *Illuſtriſſimo Señor*. Dominationis Illuſtriſſimæ officium ad extremum uſque perſequitur, deſinitque per epigraphem: *Illuſtriſſimo Señor Dean, Canonigos, y Cabildo de la S. Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas*. Subſcriptio autem eſt: *Las Santas Igleſias de la Provincia de Aragon, y por ellas, y de comiſſion ſuya, el Doctor Don Matheo Foncillas Canonigo Preſidente, el Doctor Don Joſeph de Guargo, y Don Franciſco de la Balza Canonigo Secretario*. Toletanam autem Eccleſiam, ob germanam cum Cæſaraugustana conjunctionem, ſupplicum Eccleſiarum cauſam in ſe non ſuſcipere opus ſuit.

Eccl. Cath. Regni Arag. Oſcæ Cong. an. 1690. 5. Idus Mart.

V. Ante id temporis triginta annis Turiaſonenſis Eccleſia moleſte admodum ferebat Collegiatam Eccleſiam novæ Bilbilis Cathedralem fieri, cujus rei cauſa Civitas oppidò augebatur. Quadere ad Toletanam perſcripſit epiſtolam, ſignificans ægritudinem ſuam, ejuſque patrocinium implorans, apertiſſima ſignificatione Primatus, quæ, quum ſimplicibus non conſtet verbis, miſſa fiet. Titulus literarum eſt: *Illuſtriſſimo Señor*. Sic perſequitur: epigraphe vero eſt: *Señores Dean, Canonigos, y Cabildo de la S. Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Subſcriptio ſic ſe habet: *Los Preſidente, Canonigos, y Capitulo de la S. Igleſia Cathedral de Tarazona. Doctor Don Franciſco Pardo, Chantre, y Preſidente. D. Juan Eugenio de Caſanate Blaſco Canonigo. Doctor Antonio Moreno Canonigo*. Poſtremo ſubſcribit: *El Licenciado Manuel Pedro Faure Secretario*. Exitus Toletanæ apud Regem interceſſionis is fuit, quem poſt annos amplius ſexaginta docet experientia.

Eccl. Turiaſonen. 17. Cal. Aug. An. 1660.

VI. Aliquot lapſi ſunt anni, quum Sacra Rituum Congregatio Clemente X. annuente Hiſpaniis longe, lateque conceſſit, Toletana Eccleſia id flagitante, ut Divi Eugenii

Eccl. Jacen. 11. Cal. Nov. 1679.

Eccleſiæ hujus primi Præſulis recitaretur officium: quod officium, & Miſſam quum Jacenſis Eccleſia accepiſſet, humaniſſimam reſcripſit epiſtolam, promittens feſtum diem ſe rite obſervaturam in Sancti Præſulis honorem, tum ob peculiarem erga eum devotionem, tum quia Toletanæ ita videbatur Eccleſiæ, cujus mandatis obſequi ait ſe velle. Data eſt hæc epiſtola undecimo Calendas Novembres anni 1679. Subſcriptio eſt: *Los Sodean, Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia Cathedral de Jaca. Don Vincencio Domey* (ut videtur) *y Laſala, Chantre, y Canonigo Sodean. El Doctor Miguèl Bonet Canonigo Secretario.* Literæ epigraphem habent: *Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Terulen. 6. Cal. Nov. 1679.

VII. Anno eodem de eadem re Toletana Eccleſia ad Terulenſem tradidit literas, ſignificans quam late divini ejus officii recitatio celebranda foret, tota nempe in Hiſpania, ejuſdemque officii, ac Miſſæ exemplum mittens. Quæ Eccleſia literas reſcripſit officii, & obſequii plenas affirmans nulla mora ſe mandare, ut Diœceſis ſua tota quantocyus rei compos fiat, quò ipſo eodem anno pium id munus ab omnibus ineatur. Datæ ſunt literæ ſexto Calendas Novembres anni 1679. Subſcriptio eſt: *Los Dean, Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia de Teruel. Doctor Pedro Martinez Dean. El Canonigo Sebaſtian Daldo. El Canonigo Juan Antonio Barrachina y Pomar Secretario.* Epigraphe eſt: *Muy Iluſtres Señores Dean, Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas.*

VIII. E tribus, quæ ſunt reliquæ Regni Aragonienſis Eccleſiis eo quidem in acervo nullæ literæ viſebantur; at mihi eædem minime neceſſariæ ſunt viſæ; namque Eccleſiæ iſtæ, ut numero quarto ajebam, cæteris omnibus Regni Cathedralibus accenſebantur, quum anno 1690. congregatæ ad Toletanam tradiderunt literas. Quapropter viſere alias pergo, quas ad Valentinum Regnum pertinere comperio. Metropolitanæ quidem Eccleſiæ Valentinæ nulla ſit obvia, at earum locum explent binæ literæ conſcriptæ a tribus Regni Ditionibus, ubi Cathedrales omnes Eccleſiæ, ac Metropolitanæ cum ſuis Epiſcopis, & Archiepiſcopo exiſtunt Valentiæ, quæ, quod ſpectat ad ditionem, juſque Eccleſiaſticum, primum obtinet locum. Ex his literis patet, Re-

Regnum totum Valentiæ Toletanæ Eccleſiæ Primatum fateri.

IX. Harum alteræ Valentino, alteræ Caſtellano ſunt idiomate conſcriptæ, aguntque de Venerabili Sacerdote Franciſco Hieronymo Symone primùm in Sacras diptychas, poſtea in Sanctorum numerum referendo. Quæ priores datæ ſunt, ſermone ſcilicet Caſtellano, ſexto Calendas Junias anni 1619. Commendatitiæ ſunt pro Balthaſſare Vidal de Blanes Oratore ad Regem miſſo e Valentino Regno ob ejuſdem Venerabilis Sacerdotis inter Beatos, & Sanctos relationem; quem Oratorem Regnum magnopere commendat, fideſque integra, ut verbis ejus adhibeatur poſtulat. Eæ literæ ordiuntur: *Iluſtriſſimo, y Reverendiſſimo Señor*. Perque id officium proſequuntur, ac deſinunt. Inſcriptio, quæ folio eodem inhæret, eſt: *Al Iluſtriſſimo, y Reverendiſſimo Señor el Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Subſcriptio autem: *Los Electos de los tres Eſtados del Reyno de Valencia*.

X. Toletana Eccleſia perinde piarum fautrix, vindexque cauſarum, atque ſemper fuit rerum maximi momenti, ac ponderis æſtimatrix, propere pleneque ſatisfecit ſpei, quam totum id Regnum in ſe unice collocarat. Oratori Balthaſſari Vidal de Blanes, perquam humaniſſime accepto epiſtolam tradidit ad Summum Pontificem, qua laudati Sacerdotis in Beatorum, Sanctorumque numerum referendi cauſam impenſe commendabat. Quamobrem toti Regno eſt viſum grati animi ergo teſtificari, quàm gratum id omnibus fuerit. Itaque alteras dedit literas Valentino idiomate decimoquarto Calendas Quintileis anni 1619. obſignatas majori ſigno præſeferente Regni inſignia, officio eodem Dominationis Illuſtriſſimæ. Subſcriptio harum eſt: *Los Elets dels tres Eſtaments de el Regne de Valencia*. Quum eæ literæ reſignarentur, nema inſcriptionis partem continens eſt infractum; ſuperſtes fuit tamen quod noſtrum comprobaret inſtitutum; eſtque, ut conjici videtur poſſe, inſcriptio Superioris omnino ſimilis. Hæc autem leguntur: *Al.... y Reverendiſsimo Señor Dega.... de la Santa Ec... Toledo, Primat.* quæ deſiderantur, amiſſa fuerunt, ut dixi, dum reſignaretur epiſtola, quare in nemate haud conſpicua ſunt, at iis reliquiis ſatis ſuperque noſtra cauſa comprobatur.

XI. Suffragantur Valentinæ Metropoli Eccleſiæ tres, nempe Segobricenſis, & Oriolenſis, quæ ex eodem ſunt Regno, & Majoricenſis in Balearibus inſulis. Ex harum ſingulis extant epiſtolæ, quarum exempla archetypa ipſemet vidi. Antiquior cæteris Eccleſiæ Oriolenſis eſt, data ſcilicet ſeptimo Calendas Aprileis anni 1658. Thema hujus epiſtolæ minime prætereundum eſt: Eccleſia iſta ſignificat ſe cæterarum Caſtellæ, & Legionis Eccleſiarum ſocietatem inire, pro Subſidii collatione: hac de cauſa quum Caſtellæ, ac Legionis Eccleſiæ congregantur, ad Conventum, & Oriolenſis accitur quacumque de re ſit agendum. Prædicto anno conſuluerat Toletana Eccleſias reliquas, habendane videretur Congregatio: pleræque autem reſponderant, haud eſſe congrediendum ſibi videri. Toletana id cum Oriolenſi communicat, quæ ſibi ait cum pleriſque conſtare, daturamque ſe procurationem ſuam, firmandæ cauſa concordiæ, illi, quem Toletana Eccleſia elegiſſet. Officium epiſtolæ Dominatio Illuſtriſſima eſt: epigraphe vero: *La Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Ec.Oriolen. 7. Cal. Apr. 1658.

XII. Majoricenſis Eccleſia paribus ſuæ dignitati honoribus proſequuta eſt Joſeph Carvallido Canonicum Toletanum Capitulo ipſo, atque omnibus viritim certantibus, ut nulla in re humanitati, & obſequio erga illum deeſſent, quum anno 1671. ad eam inſulam ſe contulit. Quam ſingularem Capituli ejus præſtantiſſimi humanitatem omniumque Præbendatorum Toletana Eccleſia intelligens, epiſtolam æſtimationis, & gratiarum plenam ad eam dedit Eccleſiam, quæ tanta urbanitatis ſignificatione Canonicum ſuum acceperat: cui Majoricenſis reſpondet quarto Idus Julias ejuſdem anni, ſignificans, quanti faciat epiſtolam ab eadem ſibi redditam. Ea vero epiſtola orditur: *Illuſtriſſimo Señor*, iiſdemque titulis ubique utitur, poſtea deſinit per epigraphem: *Illuſtriſſimos Señores Dean, y Cabildo de la S. Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas.*

Eccl. Majoric. 4. Id. Jul. 1671.

XIII. Segobricenſis Eccleſiæ literæ ſunt recentiores, quippe quæ fuerunt datæ pridie nonas Majas anni 1713. Toletum venerat Doctor Maurus *Garrigos, y la Cueba* Segobricenſis Eccleſiæ Canonicus; Toletana vero, quæ ipſius eſt humanitas & obſequium in cujuſcumque Eccleſiæ Canonicos, qui Toletum migrent, ita eumdem perhumaniter ac-

Ec. Segobr. prid. Non. Maj. 1713.

accepit ut ſolet quos honore vult proſequi. Rei compos facta Segobricenſis Eccleſia epiſtolam Toletanæ perſcripſit officioſiſſimam honoris gratia, cujus tanquam in unum e ſuis Canonicis collati eadem fiebat particeps. Memorat, ſe olim Toletanæ Suffraganeam eſſe, „ habuiſſeque Præſules præ- „ ſtantiſſimos ejuſdem Primatialis filios, *de aver tenido inſignissimos Prelados, hijos de eſſa Primada*, epiſtolæ verba ſunt. Singulari utitur officii genere, nam ſemper ait: *V. S. muy Iluſtre*. Literarum epigraphe eſt: *Muy Iluſtres Señor Dean, y Canonigos de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas*.

XIV. E Catoloniæ Regno exempla adhuc deerant; quæ ſtudioſſime indagabam quum illico trium Eccleſiarum Epiſtolas offendi. His antiquior eſt Barcinonenſis, quæ Toletanæ Eccleſiæ literas cum exemplo officii, & Miſſæ D. Eugenii primi Archiepiſcopi & Patroni ejus Sedis accepiſſe ſe ſcribit, quæ noviſſime ſacra Rituum Congregatio ad totam Hiſpaniam extenderat; aitque, eodem ſe anno inchoaturam ſacra illa facere decimo ſeptimo Calendas Decembres. Data eſt epiſtola quinto Calendas Novembres anni 1679. in qua unica ſubſcritio eſt: *Doctor, y Canonigo Joſeph Font de vila*. poſt legitur: *Por mandado de los muy Iluſtres Señores Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia de la Ciudad de Barcelona. Paborde Felipe Nobet Secretario*. Epiſtolæ inſcriptio deſideratur; at epigraphe interior legitur; *Muy Iluſtres Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo, Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Barcinon. 5. Cal. Nov. 1679.*

XV. Sequuntur Dertuſenſis Eccleſiæ literæ recentiores multo Bacinonenſibus; lapſi enim ſeculi ſupremo anno fuerunt datæ. Eo tempore Dertuſenſi Eccleſiæ lites erant intricatiſſimæ; quare ipſa auctoritatis, poteſtatiſque Superioris Toletanæ Eccleſiæ præſidium efflagitavit. Canonicos hujus Sedis graviſſimos oravit, obteſtataque eſt; ut ſibimet auxilium ferrent Caroli ſecundi Regis felic. Rec. auſpiciis, mandarentque ſuorum negotiorum Geſtori ad Aulam, ut Dertuſenſis Eccleſiæ partes in ſe transferret. Has quidem literas ita humaniter Toletana accepit, ut ſuas reddiderit amiciſſime conſcriptas. Earum vero, quæ octavo Idus Martias anni 1699. fuerunt datæ, titulus eſt: *Muy Iluſtre Señor Dean., y Cabildo de la Metropolitana de Toledo Primada de las Eſpañas*. *Eccl. Dertuſen. 8. Id. Mart. 1699.*

XVI.

XVI. Quam epiſtolam poſtremam omnium reliquam mihi feci, ea profecto ſummam in admirationem adiget vel prudentiores; maximeque ad credendum faciles, tantam rei novitatem audientes, certiſſimæ, arbitror, veritati negabunt fidem. Cæterum tum ii, qui de omnibus dubitant, rerumque evidentiam quærunt; tum ii qui præter ea, quæ propriis objiciuntur oculis, non credunt; tum demum ii qui curioſitati cupiunt ſuæ ſatisfacere, Toletum ſe conferant; a præſtantiſſima enim Eccleſia illa quibuſcumque fiet copia, liberaliſſime tam epiſtolæ, quam modo proferam, quam cæterarum omnium quæ allatæ per me fuerunt, & afferri poterant, ex ipſius Archivo, quò innumeri teſtes ſint veritatis, antiquitatis, conteſtationiſque Hiſpaniarum Primatus, qui, Eccleſiis cunctis fatentibus, eſt apud ampliſſimam, celeberrimamque Toletanam Eccleſiam, cujus ſi perſequar laudes, me dies deficiet.

Eccl. Metropolit. Tarrac. prid. Non. Aug. 1700.

XVII. Epiſtola igitur, quam tertio loco ſum pollicitus, a Metropolitana Tarraconenſi conſcripta eſt pridie Nonas Auguſti anno 1700. Sanctæ huic Metropoli controversia erat dura, diutinaque ab Illuſtriſſimo ejus Præſule apud Sacram Rotam excitata, qui Canonicos e poſſeſſione abjicere conabatur, in qua eoſdem commorari conſtat ex ipſa epiſtola, prærogativa ſcilicet *Conjudicum*: quumque neceſſe is haberet, ſuam ut cauſam tueretur, teſtimonium praxis quæ apud Toletanam Eccleſiam, hac de re vigebat, Tarraconenſis inſtabat, ut juridicum teſtimonium produceretur, quod hujuſmodi conſuetudinis, ac moris fidem faceret, apud Sanctam eam Eccleſiam vigentium, quod ſi eſſet allatum, ſperabat fore, ut vinceret. Epiſtola tota eſt majoris quam poſſit fieri obſequii, officiique plena: Dominatio Illuſtriſſima ubique tribuitur Toletanæ: ipſo in capite eſt Titulus: *Illuſtriſſimo Señor*: obſignata eſt Capituli ſigno: epigraphe inferior ſic ſe habet. *Illuſtriſsimo Señor Dean, Canonigos, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*. Hucuſque licuit contra ſpem omnem pervenire.

XVIII. Quid contra hæc pervicaci magis cæcitate homines ſentient? Quid clarius ii deſiderant, qui dubiam, feramque adhibent fidem veterum monumentis? Certe lalatum exemplum eſt ſatis recèns. A qua Eccleſia petitur, ea non ſemel detrectavit Primatum iſtum, atque juriſdictio-

ctionem hujuſmodi ſibimet arrogare conata eſt. Neque tamen idcirco inficias eam, Tarraconenſem Eccleſiam ipſo eodemque tempore, quo Toletanam Hiſpaniarum Primatem fatetur, præclariſſimum illud nomen, titulumque magnificum Primatis vel sibimet uſurpare; quare ipsius epiſtola laudata hanc exhibet ſubſcriptionem: *B. L. M. de V. S. Iluſtriſſima ſus mas afectos Servidores. Los Canonigos, y Cabildo de la Santa Metropolitana Igleſia de Tarragona Primada de las Eſpañas. Don Pablo Caſtañer, Canonigo. Don Thomas Coma, Canonigo. Don Franciſco Fochs, Canonigo, y Secretario.* Id eſt: „ O. M. D. V. Illuſtriſſimæ ſervi ejuſdem amantiſſimi, Canonici, & Capitulum Sanctæ Eccleſiæ Metropolitanæ Tarraconenſis Hiſpaniarum Primatis. Paulus Caſtañer, Canonicus. Thomas Coma, Canonicus. Franciſcus Fochs, Canonicus, & a ſecretis. Quum vero liqueat Eccleſiaſticam diſciplinam non pati, ut duo ſint Primates unico in Regno; dum graviſſima Eccleſia hæc Toletanam Hiſpaniarum Primatem fatetur, aſſequi mente non poſſum, quare dignitatem ſibi arroget, quam ad Toletanam pertinere non diffitetur. Hæc autem animadvertere prætermittam, abs re enim ſunt; cæterum id monitam volo Hiſpalenſem Eccleſiam, quod Primatus Toletani confeſſio eſt adeo in literarum inſcriptionibus frequens, ut vel Tarraconenſis id uſurpare non dubitet.

XIX. Adhuc deeſt Pampelonenſis Eccleſia, quæ neque ad Caſtellæ, ac Legionis Regna pertinet, neque ad ullam e tribus ditionibus Aragoniæ Regni, ſed Navarræ ad Regnum attinet. Eccleſiæ hujus extant literæ datæ nono Calendas Septembres anni 1656. Hoc anno ſolutio nominum ceſſavit, quæ vocant *des Millones*, qua ex diplomate Innocentii X. Ditio Eccleſiaſtica tenebatur: ea vero nomina Regii Adminiſtratores conabantur exigere, tametſi nova Pontificis gratia non aderat. Hac de re Toletana perſcripſit ad reliquas Eccleſias, eaſque inter, ad Pampelonenſem; quæ reſcripſit epiſtolam valde prolixam, humaniſſimam, ac religioſiſſimam, cujus officium eſt Dominatio Illuſtriſſima. In ea ſe ajens ab iis nominibus eſſe immunem, quia taxationibus illud Regnum carebat, ſuper quibus in Caſtellæ ac Legionis Regnis ea cenſeri conſueverunt, immunitatem iſtam oportere affirmat defendi, ipſamque ad defenſionem acceſſuram, utpote *Eccl. Pampelon. 9. Cal. Sept. 1656.*

communis cauſæ. Epiſtola tota Dominationem tribuit Illuſtriſſimam Toletanæ: epigraphe demum eſt: *A los Señores Dean, y Cabildo de la Santa Igleſia de Toledo Primada de las Eſpañas*.

XX. Quicumque tria iſta capita perlegerit, norit, arbitror, quam a veritate diſcrepans, quam nullo hærens fundamento, quam omni carens fide ſit Hiſpalenſis Eccleſiæ effatum illud: Eccleſiam nempe Toletanam „ ſex integris „ amplius ſæculis non eviciſſe, utquunque obnixe contenderit, ut Eccleſiæ cæteræ Hiſpanienſes Primatialem ipſius dignitatem, ſaltem epiſtolis inſcribendis faterentur; „ qua in re unanimi conſenſu eæ omnes perſtitere. Oh Deus immortalis, quos inconſiderati præcipitiſque animi ſenſus! Oh infinita Sapientia, quam ſermonis audaciam! Oh æterna Veritas, quam ſcribendi arrogantiam! Hiſpanienſium Eccleſiarum nulla ſex amplius ſæculis ne inſcribendis quidem epiſtolis Toletanum Primatum faſſa eſt! Quiſnam hominum hæc loquitur, ſcribit, affirmat? Quiſnam hæc publicam in lucem edit? Nonne is qui ſponte per ora omnium vult traduci?

Sup. cap. 5. n. 3.

XXI. Eccleſiæ ſcilicet univerſæ Regnorum Caſtellæ, ac Legionis, quæ ſimul congregatæ hunc Primatum fatentur, necnon inſcribunt literas erunt Africæ, aut Sinarum Eccleſiæ. Eccleſiæ ſcilicet Metropolitanæ quatuor Compoſtellana, Burgenſis, Granatenſis Cæſarauguſtana e Mogolo imperio, aut Siami Regno erunt, literas quippe & ipſæ ita inſcribunt. Metropolitana ſcilicet Hiſpalenſis in Galliarum, Italiæ, Abyſſinorum Regis Presbyteri Joannis poteſtatem venerit: namque ut vidimus Toletanæ frequenter Primatum faſſa eſt. Profecto e Caſtellæ, ac Legionis Eccleſiis omnino nulla eſt quam non palam fecerimus Toletanum Primatum aſſerere. Omnium pene Eccleſiarum ex Hiſpaniarum Regis ditionibus teſtificatio apertiſſima prolata eſt. Qua igitur fide nititur Eccleſiæ Hiſpalenſis affatum? Qua affirmatur prudentia? Qua diligentia literis conſignatur? Sapientia & veritas conjunctiſſimæ ſorores ſunt, quæ nunquam ab invicem diſſociantur: illam ſiquis vult aſſequi, multa cum diligentia perquirat eſt opus; Divi enim Jobi ſententia difficile eſt illam aſſequi; verumtamen tot inter difficultates eam aſſequendi rationem adeo propriam nos docet, ut noſtram

Job. cap. 28. ver. 18.

ſtram

ſtram ad rem loqui videatur. *Trahitur*, inquit, *ſapientia de occultis*. Hoc Hiſpalenſi Eccleſiæ fuerat expendendum, ne res adeo abhorrentes a fide perſcriberet. Nos Divinæ Sapientiæ conſilium ſequutos eſſe gloriamur: nam ex occultis Toletanæ Eccleſiæ arcanis, ipſius Primatus veritatem in publicam lucem *eduximus*.

XXII. Silentio præterire non poſſum, quam modicam ſuis argumentis facit fidem Hiſpalenſis Eccleſia. Etenim aut propoſitionem univerſalem affirmat, eaque falſitatis arguitur, veram eſſe demonſtrando univerſalem propoſitionem negativam: aut univerſalem negat propoſitionem, eademque falſa convincitur, affirmativam objiciendo. Ait Hiſpalenſis Eccleſia, nullam ex Hiſpanienſibus ſexcentorum ſpatio annorum, ne inſcriptione quidem epiſtolæ Primatum Toletanæ faſſam eſſe. Nos vero contra oſtendimus, & Eccleſias omnes, & præ cæteris Hiſpalenſem hunc Primatum aſſeruiſſe, inſcripiſiſſeque epiſtolas ejuſmodi dignitate. Eccleſia Hiſpalenſis affirmavit, omnibus in Synodis Oecumenicis ad quinti uſque ſæculi extremum perpetuo poſt Patriarchas duos, ſubſcripſiſſe Epiſcopos Epheſinum, Cæſareæ Cappadociæ, & Heracleæ Autocephalos nuncupatos, quia nonniſi Romano Pontifici obſequebantur, & Africæ Primatem. Eodemque nos in capite docuimus Oecumenicarum Synodorum nulli laudatos Epiſcopos proxime Patriarchas ſubſcripſiſſe. Raram ſane fortunam; quod Hiſpalenſis Eccleſia veritati adeo ſit inſenſa, ne ſimplex allucinatio dici poſſit. Eo præcipitis judicii perducit impetus, ut, niſi opinionis error erit obvius, diligentiam omnem excludat, quæ fortaſſe impedimento eſſet, ne indigeſta materies ſe in medium evomeret.

Par. 1. c. 6. n. 3.

XXIII. Non modo mente non aſſequor, ſed ne cogitatione quidem amplector, quînam Hiſpalenſis Eccleſia, quum tot annos faſſa ſit Toletanum Primatum, eumdem nunc neget. Graviſſimum certe illud Capitulum non fugit, quam dedeceat Principem id negare publicè, quod faſſus ipſe eſt, ac propria manu ſignavit; ipſumque non latet eſſe regulam ab utroque jure firmatam, id nempe quod ſemel eſt probatum, eodem judicio improbari nec debere nec poſſe. *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt*. Hiſpalenſis Eccleſia non ſemel, at ſæpiſſime Toletanum Primatum

De Reg. Juris in 6. Reg. 21.

confeſſa eſt, necnon propria manu, quod eſt faſſa, ſignavit: quo jure igitur Primatum nunc detrectat? Si toties Toletanam Eccleſiam poteſtate ſibimet anteire cognovit, eamdem ſibi ſuperiorem detrectare non poteſt, ſuorummet exemplo Præſulum in totius Regni conſpectu Toletanam agnovit Eccleſiam Hiſpaniarum eſſe Primatem; nullâque ipſius amplitudinis invidia correpta, cæteras inter Eccleſias Hiſpaniæ ſupremam eam eſſe teſtata eſt. Quid mirum igitur, ſi graviſſimam hanc Eccleſiam minus decere videatur nulla recenti, gravique de cauſa huic Primatui adverſari?

Par.2.c.20.n.21. 22.23.

XXIV. Unum ipſe affirmare tuto poſſum, quod nimirum hac mea in Apologia quidquid docui, exploratum prius, perſpectumque habui, & ne verbum quidem temere, aut parva cum meditatione paratum projeci. Quamobrem hauddubie affirmare poſſum noviſſe omnia, quæ affirmavi. Quocirca noſtrum judicium hac in controverſia videtur poſſe accipi tanquam ab æquo Judice pronunciatum. *Qui quod novit loquitur*, ex Divini ſpiritus oraculo, *Judex juſtitiæ eſt*: teſtis autem qui fraudis arguitur, debet rejici. Quoniam vero Eccleſia Hiſpalenſis frequenter, ac præſertim allato in argumento multa inexplorata, ut vidimus, tradens, adeo allucinata eſt, ut reapſe nequeat excuſari neque Juſtitiæ judex per ſummum decus dici poteſt, neque teſtis ad cauſam noſtram accedere.

Proverb.c.12.v. 17.

XXV. Oh! Quam recte uſurpem Hiſpalenſis Eccleſiæ verba paululum immutata pro Toletana Eccleſia; ipſiuſque argumento objiciam eadem, quibus ipſa ſuum conficit argumentum! *El aſſumpto preſente ſe circumſcrive a hacer preſente el eſtado, que oy tiene, y ha tenido el Primado de la Igleſia de Toledo, que no ha podido calificarſe mas de permanente, y cierto. Tanta es, y ha ſido la fuerza de la razon, y de la juſticia, que ſiempre ha tenido a ſu favor! Y prueba ſer exorbitante aver continuado todas las Igleſias de Eſpaña obedientes à los Sumos Pontifices, y rendidas à los ordenes de ſus Reyes, por mas de ſeis ſiglos el reconocimiento de eſta autoridad en los ſobreeſcritos de todas ſus cartas miſſivas, y en todos los demas inſtrumentos; en lo qual todas han eſtado conſtantes con un miſmo dictamen. Lo que pudiera ſervir de deſengaño à la Igleſia de Sevilla.* „ Noſtri inſtituti eſt demonſtrare quænam ſit „ impræſens, olimque fuerit Primatus Eccleſiæ Toletanæ

„ con-

„ conditio, quo nil ſtabilius, ac certius cognitum hucuſ- „ que eſt; tanta is ratione, & æquitate inhæret, ſemper- „ que inhæſit. Ac planum facere, quod pene incredibile „ videtur, quomodo Eccleſiæ omnes Hiſpanæ Summis ob- „ ſequentes Pontificibus, ſuorumque Regum conſtitutioni- „ bus, ſex amplius ſeculis auctoritatem hanc teſtatæ ſunt, „ tam inſcriptionibus literarum, quam cæteris omnibus „ documentis; qua in re unanimi eæ ſemper conſenſu per- „ ſtitere. Id autem poſſet ab errore Hiſpalenſem Eccle- „ ſiam evellere. Hoc equidem fari me poſſe ſcio, quominus verear, ut mea vel dicta, vel facta ſecum pugnent. Quicumque hæc noſtra legeris, te demiſſiſſime oro, & obteſtor, ut ſedulo argumentum cum reſponſione conferas: memoriâ repetas, quæ tribus his in capitibus reperiſti; mox comparans allata verba quomodo ab Eccleſia Hiſpalenſi producta ſunt, & quomodo ipſe adſcribo Toletanæ Eccleſiæ, poſtea judicium proferas, uter noſtrum neceſſe habeat ab errore amoveri. Præterea Eccleſiam ipſam Hiſpalenſem ſupplex deprecor, ut cauſæ hujus velit pronunciare ſententiam: futurum quippe confido, ut ipſamet, qua eſt æquitate, ac prudentia, ſi opinionis errorem ſequuta aliud ſenſit, modo veritate detecta errorem fateri ſuum non dubitet, palam unicuique hominum faciens ſe manifeſte allucinatam fuiſſe.

XXVI. In mentem venit prudentiſſima Cæleſtini III. Pontificis ſententia: *Integrum*, inquit, *eſt judicium*, *quo plurimorum ſententiis confirmatur*. Toletanæ Eccleſiæ Primatum, quo nunc utitur, & antiquitus uſa eſt in Hiſpaniis, plurimorum ſententiis confirmari quis neget? Id hac in Apologia luculenter adeo eſt oſtenſum, ut vix ullus contra ſentiat, melius dicam, ut Chriſtianus orbis totus fateatur, ac veneretur hunc Primatum: etenim, ut docuimus, Pontifices, Concilia, Reges, Præſules omnes, omneſque Hiſpaniarum Eccleſiæ fatentur. Certus igitur, ac minime dubius haberi debet Toletanus Primatus juxta Cæleſtini ſententiam.

Cæleſt.III. cap.7. Prudent. de offic. Judic. Deleg.

XXVII. Sententia eadem Imperatoris Juſtiniani legibus confirmatur, (utroque ut jure nitatur iſta veritas) ubi legitur ad rem noſtram aptiſſime: *Per ampliores homines veritas revelatur*. At vero ampliores toto orbe homines, fideque, & æſtimatione digniores haud facile eſt reperire iis,

Leg.Fin.C. de Fidei com.

qui Toletanæ Eccleſiæ Primatum fatentur. Sunt ii quidem Pontifices Maximi, ſupremi Reges, Cardinales Eminentiſſimi, Illuſtriſſimi Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Eccleſiæ Hiſpaniarum doctiſſimæ, eæque ſeu ſimul congregatæ, ſeu ſingulæ ſeparatim ſuis in Capitulis; homines cruditione, atque doctrina toto, quam late patet, orbe tam ob inſignes animi dotes, quam ob inclytum genus celeberrimi, homines inter noſtrorum Cenſores temporum facile ſubtiliſſimi, qui nil non naſute diſtringunt. Si homines iſti omnes tanta in dignitate conſtituti, præclariſque adeo meritis præditi, prudentum opinione, ampliores viri, fideque integra digni, de quo ambigi certe non poteſt, habentur, iidem omnes Toletani Primatus teſtes ſunt. Quod ſi utrumque jus clamat pro hujuſmodi teſtibus, ecquis tantæ auctoritatis erit, ut iiſdem adverſetur?

XXVIII. Antequam opus meum ad umbilicum perduco, id mihi arrogo, ut bona cum venia Hiſpalenſi Eccleſiæ conſilium præbeam: etenim manifeſto vitio detecto, quod argumento ineſt, cui locupletiſſime ſatisfeci, aliiſque præterea multis in ejus Memoriali obviis; necnon re conteſtata, quæ jure repugnans videri poterat; porro id mihi optimum videtur opportune conſulere, quod Divino Spiritu inſtitutore didici. Conſilium certe iſtud tametſi maxime attendi debeat, utpote a Divina Sapientia pronunciatum, tamen referre totum nequeo; res enim eſt cum Eccleſia præſtantiſſima graviſſimaque, nempe Hiſpalenſi. Partem eam dumtaxat proferam, qua nihil detraham æſtimationi illi, quam & apud omnes jure ſibi collegit, & ipſe obſequenter, ſummaque cum reverentia profiteor; parte alia prætermiſſa, qua detrimentum eidem inferrem. Enimvero ſi meum erga illam obſequium ſententiæ hujus partem ut ne proferam jubet; æquitas cauſæ, quam defendo, non patitur, ut totam ſileam.

XXIX. Quod vero conſilium Hiſpalenſi præbere conſtitui, quarto Eccleſiaſtici capiti acceptum refero: *Non contradicas verbo veritatis ullo modo*. Hoc eſt: Non contradicas factis, aut dictis, aut ſcriptis, aut quacunque alia ratione veritati Primatus Eccleſiæ Toletanæ. Veritati, quam aſſerunt Summi Pontifices. Veritati, quam Oecumenica Concilia fatentur. Veritati, quam Catholici totius orbis Re-

Eccli.c.4.v.30.

Reges affirmant. Veritati, quam obſervari mandant omnes horum leges Regnorum, atque iterata Regum Diplomata. Veritati, quam Eminentiſſimi Cardinales teſtantur. Veritati, quam Eccleſiæ omnes Hiſpaniæ, & publice, & privatim prædicant. Veritati, quam multa, & aperta comprobant monumenta. Veritati, quam ratio convincit. Veritati, quam auctoritas tuetur. Veritati, quam Apoſtolici Legati ſententia detrectare omnes prohibentur. Veritati, quam univerſus terrarum orbis non ignorat. Veritati, quam Hiſpanienſes affirmant, Galli non negant, Germani teſtantur, fatentur Itali, Flandri tradunt, ponunt Scoti, Hollandi credunt. Veritati igitur adeo certæ non contradicat Hiſpalenſis Eccleſia. Et ſane, ſi conteſtatam adeo veritatem ea negat, ac teſtimoniis a ratione adeo, rectaque fide abhorrentibus refellit, inani huic labori par præmium, apertum dedecus inſtituto ſuo, notam honori præſtantiſſimo inuſtam, maximeque venerabili decori pudorem incuſſum aſſequetur.

Par.2.cap.2.ſup. num. 15.

Eccleſiaſt.ubi ſup.

CA-

CAPUT IX.

Quanta Primatus Hiſpaniarum antiquitas tribuenda ſit Eccleſiæ Toletanæ.

SUMMA CAPITIS.

I. II. *Sunt qui ab ævo Principis Apoſtolorum repetunt Toletanum* Primatum, *quæ opinio, licet non conſtans ſit, non eſt improbabilis.*

III. IV. *Septem Epiſcopos in Hiſpaniam miſſos ab SS. Apoſtolis Petro, & Paulo teſtantur literæ Gregorii VII.*

V. VI. *Conjectura valde probabilis, quod* Primatus *Hiſpaniarum conſtitutus fuerit ab his ſeptem Epiſcopis.*

VII. *Alia firmior conjectura ex Actis Concilii Niceni, cui Oſius præerat; nam Æthiopes impetrant* Apoſtolicum *loco Patriarchæ, quia ab Alexandrino multum erant diſſiti. Itaque Hiſpani, qui multo magis Roma aberant niſi Patriarcham habuiſſent, haud dubie pro eodem impetrando fudiſſent preces.*

VIII. *Illyberitana Synodus memorat primam Sedem, quæ* Primatum *innuit.*

IX. X. XI. *Teſtimonia ſuppetunt e Romanis Pontificibus ante Siricium, quæ omittuntur, ut ſæpe dictum fuit,* Primatum *Hiſpaniarum aſſerentia.*

XII. *Sola Hiſpalenſis ex Eccleſiis Hiſpaniarum negat* Primatum, *aliæ non negant, ſed diſputant, quanam in Sede olim fuerit.*

XIII. XIV. *Concilium Nicænum mandat Synodum Nationalem apud Patriarcham congregari. Prima Nationalis Hiſpaniarum Toleti habita eſt* 400. *anno. Igitur ibidem* Primatus *erat.*

XV. *Nationalia deinde omnia Concilia Toleti ſunt habita, quod firmius argumentum reddit.*

XVI. *Illyberitanum non potuit ibidem celebrari vigente adhuc perſecutione Eccleſiæ.*

XVII. *Cordubenſis Epiſcopi cauſa iterum expenditur; cum Niceno enim Concilio concinit, adſtruitque* Primatum *Toletanum.*

XVIII. *Jure tribuitur Apoſtolicæ inſtitutioni Toletanus* Primatus.

XIX. *Ex Niceno Concilio, aliiſque veterum monumentis quidquid habetur* Primatis *proprium, in Toletano aperte conſpicitur: contra vero nihil eorum in aliis Hiſpaniarum Epiſcopis.*

XX. *Oeconomica adminiſtratio totius Eccleſiæ Monarchiæ inſtar exhibetur.*

XXI. XXII. *Toletanæ urbis antiqua præſtantia, ex auctoribus graviſſimis.*

XXIII. XXIV. *Eadem urbs cum Romana urbe confertur, eidemque Religione, moribus quodammodo ſimilis demonſtratur.*

XXV. *Juriſdictio Toletanæ Sedis amplior cæteris, Romana dumtaxat excepta, quicum nulla comparatio eſt, præſtantiam ejuſdem Sedis evincit.*

XXVI. *Ceteris omnibus Catholici orbis Eccleſiis præire Toletanam Auctores tradunt, & ſecundam eſſe poſt Romanam.*
XXVII. XXVIII. *Idem auctoritatibus etiam firmioribus roboratur.*
XXIX. XXX. *Memoriale Hiſpalenſis Eccleſiæ, & aliorum æmulatio fuerunt in cauſa, cur Toletani* Primatus *veritas magis, magiſque conſpicua redderetur.*

I. HUcuſque proceſſeram, quin etiam properaveram per aperta viarum, quum ſatis jam factum per me eſſet ſuſcepto muneri, quod eram pollicitus futurum ſcopum laboris mei; cui limites jam ſæpe memoratos circumſcripſi, haud agitans mente altiores, ac remotiores cauſas: docere, ac probare contentus, quod Eccleſia Toletana Hiſpaniarum Primas extiterit ab ævo Gothorum Regum, & ab Saracenis ex urbe pulſis. Quam rem aſſequutum me eſſe ajunt prudentes homines, qui meum hunc conatum viderunt, de quorum ingenii, atque judicii maturitate nulla ſuſpicio eſſe poteſt, ut aſſentatores, aut inconſiderati dici poſſint. Quum ex argumentis ad meum inſtitutum adductis nonnulla conjecturæ minime contemnendæ in cauſa fuerint, unde aliquis ſedulo, atque attente noſtra perlegens inferre poſſet, remotiorem multo antiquitatem nos animo agitaſſe, mihimet perſuaſum fuit, ut meam penitus mentem aperirem. Tum in memoriam redii cujuſdam ſententiæ doctiſſimi Oratoris Quintiliani, quam legere me commemini apud Joannem de Solorzano. *Non ſunt*, inquit, *preces, ubi negandi libertas non eſt*. Quare conſtitui hoc operi caput adjungere, quod munus, fateor, negotium mihi faceſſet, quia documentorum copia me deficit, quorum validitate argumenta valeant inhærere, auctoritate ratio inniti, ac veritate opinio noſtra fulciri. At quoniam vir obediens victorias loquitur, ut Spiritus Sanctus nos docet, ſummopere appeto, ac ſpero futurum, ut novam hanc aſſequar victoriam, adeoque quidquid ſcriptum per me fuerit, utpote ab obedientia proficiſcens non unicam, at multas loquatur victorias.

Quint. decl. 181. ap. Solorz. to. 1. de jur. Ind. pag. 512.

Prov. c. 2. v. 28.

II. Toletani hujus Primatus initia conſtituere non ſuperſedeo; is enim ſum qui ab hoc temporis momento cupio iis acceнſeri, qui rem iſtam quam fieri potuit attentius examinarunt, atque initium accuratius indagarunt. Horum ſollicitudo, ac diligens indagatio ut teneatur, at-

tendi debent, quæ olim poſteris commendabat Illuſtriſſimus Garſias de Loayſa, tumquum vindicandum eumdem ſuſcepit, quumque ſingularia ejus merita ipſum deſignabant ad Toletanam Sedem. *Qui accuratius*, inquit, *Eccleſiæ Toletanæ Primatum proſequuti ſunt, Romæ a Divo Petro Apoſtolorum Principe inſtitutum, ortumque affirmant.* Hanc ego vetuſtatem conſtituo, hanc ad defendendam aggredior, quam plane opinionem omnino nihil diſcrepare affirmo ab eorum ſententia, qui Divum Jacobum hanc volunt Sedem poſuiſſe: ſi enim conſtaret ſententia iſta, Eccleſia, & Primatus Hiſpaniarum haud dubie rudis, & informis, ut ita dicam, remanſit; quippe quæ Divi Jacobi prædicationis tempore tam anguſto non potuit informari. Quæ porro concluſio felix æque, ac prior videbitur, utpote quæ deſtituta tam firmis, tam claris, tam patentibus argumentis, quibus ea apparuit ſtipata (quod pro mea ingenuitate libentiſſime fateor) ſaltem rationibus non caret, quæ illam ſatis probabilem reddunt, ejuſque probabilitatem manifeſtiſſime evincunt.

Garſ. de Loayſa to. Conc. Hiſp. pag. 166.

III. Quum magnum excitare mediter ædificium, ſtabile firmumque fundamentum ponam oportet: Hiſpalenſis enim Eccleſia tam præfracte Primatum oppugnat, ut ne minimum quidem initium permittat, ultimum lapidem ex hoc ædificio nitens evellere, quò ejuſdem inſtaurandi ſpe omni decidamus: idque aſſequutam ſe eſſe credit docendo, quod nullus unquam Primatus fuerit in Hiſpaniis: mortiferam ſic plagam infligens uno ictu Eccleſiis omnibus, quæ ſuum jus expertæ olim ſunt, præclaram adeo dignitatem ſibimet vendicaturæ. Quamobrem ab ultima antiquitate initia repetam neceſſe eſt, nam validis, firmiſque poſitis fundamentis, ædificium extruere, quod meditor, potero, ejuſque firmitate Toletani Primatus veritatem tueri.

IV. Noſtræ Hiſtoriæ tradunt, Jacobum Apoſtolum, poſtquam Euangelium Hiſpanienſibus annunciavit, fulguriſque inſtar totam Peninſulam eſt emenſus, Jeroſolymam migraſſe comitibus ſibi adjunctis ſeptem iis Diſcipulis, qui Roma optime in rebus ad Fidem, ac Religionem ſpectantibus inſtituti, modulumque edocti, quo Eccleſia erat ædificanda, ab Apoſtolo Petro fuerant in Hiſpaniam miſſi ut Catholicam Religionem foverent, augerent, conſtabilirent,

rent, quæ Divi Jacobi prædicatione quin radices altiſſimas jecerit dubitatio nulla eſt, (quod enim vulgo dicitur ſeptem dumtaxat Diſcipulos fuiſſe converſos numerum ſpectare illorum reor, qui Apoſtolum Jeroſolymam tendentem ſunt ſequuti.) Septem vero Epiſcopos Româ miſſos a Divo Petro teſtis eſt major exceptione omni Papa Gregorius Septimus, qui ſuis in literis traditis ad Reges Hiſpaniarum Alphonſum VI. Caſtellæ, & Legionis, & Sanctium Primum Aragoniæ, apertiſſime id affirmat his verbis: *Septem Epiſcopos ab Urbe Roma ad inſtruendos Hiſpaniæ Populos a Petro, & Paulo directos fuiſſe, qui, deſtructa Idolol-atria, Chriſtianitatem fundaverunt, Religionem plantaverunt, Ordines, & Officium in Divinis cultibus agendis oſtenderunt, & Eccleſias dedicavre, veſtra diligentia non ignorat.*

Greg. VII. epiſt. ad Alph. & Sanct. to. 26. Concil. pag. 89.

V. Ex hoc documento conſtat, per Divum Petrum inſtructos fuiſſe ſeptem Diſcipulos, quos Epiſcopos conſecratos in Hiſpaniam miſit, ubi tanquam Nationales excepti humaniſſime inchoatum munus a præceptore Jacobo Apoſtolo amplificarunt, altius, & penitus Religionem defixerunt, ordinem & officium Eccleſiæ tradentes. Tametſi autem uno eodemque tempore Eccleſiaſtica Hierarchia non perficeretur, ea quippe primordia tres tantum ordines habuerunt, Diaconos, Presbyteros, & Epiſcopos; minime tamen eſt dubium, quin Apoſtoli rebus omnibus imbuti a Divino Spiritu, mirabilem Eccleſiæ ordinem norint, quam alii inferiores gradus, aliæque Superiores dignitates conſtituere debebant; atque eadem quæ divinitus fuerant inſtituti cum iis communicarint, quos varias in orbis partes mittere conſueverunt, eoſdem ſcilicet docendo Eccleſiam eſſe Monarchiam, ejuſdemque adminiſtrationem Monarchicam conſtare oportere Epiſcopis, & Archiepiſcopis, aut Metropolitis, Primatibus, ſeu Patriarchis, & ſupremo omnium Capite Pontifice Summo, Chriſti Jeſu Vicario, ac Divi Petri Succeſſore, penes quem futura erat ſuprema poteſtas, cui omnes tanquam Præpoſito obſecundarent. Quocirca neceſſariò fatendum eſt, ſeptem illos Epiſcopos, quum in Hiſpaniis Chriſti Eccleſiam fundaverunt, Fidei noſtræ Myſteria prædicantes, ac regimen diſponentes juxta Divi Petri præcepta, aut conſtituiſſe, aut declaraſſe, aut confirmaſſe ordinem, ac regimen totius Hiſpanienſis Ec-

cleſiæ ſpectabili ea cum varietate ordinum, ac dignitatum omnium ab inferiori uſque ad majorem, Patriarchæ ſcilicet, ſeu Primatis.

VI. Magnam hanc congruentiam confirmat Scriptorum graviſſimorum opinio, quibus cum erudito Emmanuele Schelſtratio, Pagioque doctiſſimo conſtat. Ajunt ipſi, Africanam Eccleſiam ab nullo Apoſtolorum, ſeu per ſe, ſeu per aliquem e ſuis Diſcipulis ab ſe illam ob cauſam eô miſſis fuiſſe fundatam, ad duo ſiquidem lapſa erant ſecula, ut iidem tradunt, quum ea in Regione ſtabilita fuit Eccleſia. Quod egomet vertere in diſcrimen non auſim, at ſententiis tantorum hominum fidem haud negans, ita mecum diſſero. Africana Eccleſia ab ipſis primordiis totam præſetulit Hierarchicam formam cum ordinum, ac dignitatum diſcrimine uſque ad Primatem, quem Hiſpalenſis Eccleſia fuiſſe autumat Carthaginenſem Epiſcopum: ſundatio autem iſtæc, neque ex Apoſtolis, neque ex Apoſtolorum ſaltem Diſcipulis ullum habet parentem, qui Epiſcopus ordinatus ad eam erigendam, ac ſtabiliendam Eccleſiam præſcribendumque majoris, minoriſve dignitatis ordinem miſſus fuerit. Eccleſiam vero Hiſpanienſem ipſo ab Apoſtolo Jacobo, ab ipſo Principe Apoſtolorum Petro fundatam, ſeptemque a Diſcipulis ordinatis Epiſcopis, qui optimis imbuti præceptis demandata ſibi provincia plene fuerunt defuncti, atque Idolo-latria exterminata Hiſpanienſem plantaverunt Eccleſiam, hanc ab iiſdem informem abſque capite, ac Primate relictam eſſe quis credat? Difficulter id quidem perſuaſum ulli erit. Quare admodum rationi conſentaneum eſt judicare, quod Primatus dignitas ab ipſis Eccleſiæ primordiis in Hiſpaniis fuerit conſtituta.

Emman. Schel. de Ecc. Afr. diſ. 1. c. 5. Fr. Ant. pag. 10. 1. ad an. 42. pa. 36. n. 5.

VII. Conjecturam aliam exhibent Acta Nicænæ Synodi, ut Primatum extitiſſe in Hiſpaniis ab ipſo fundatæ Hiſpanienſis Eccleſiæ principio demonſtremus: ſi enim ante Nicænam Synodum Primatus extitit in Hiſpaniis, qui majorem, quàm cogitari poſſit, vetuſtatem neget, is proprio arbitratu, & contra æquum omne ita ſentit. Quam dixi autem conjecturam ex 36. capite educo. Dicuntur ibi Æthiopes efflagitaſſe, ut ſibimet Patres Concilii Patriarcham concederent, quippe quibus gravis admodum erat Patriarchalis Sedis Alexandrinæ nimia diſtantia. Quæ qui-

quidem petitio tametſi magna ex parte æqua viſa eſt, non tamen idcirco Patres novum concedere Patriarcham voluerunt; non enim Alexandrino auctoritatem eripiendam Archiepiſcopos ordinandi cenſuerunt, nihilo minus aliquem conſtituere decreverunt, ad quem expeditior eſſet aditus, ob vitanda incommoda, quæ dilatio ſecum trahit, eumque *Catholicum* appellarunt. *Sit tamen* (Concilii verba ſunt,) *apud eos loco Patriarchæ, qui appelletur Catholicus.* Quæ quum ita ſint, dicam quod ſentio: Æthiopes igitur de petendo Patriarcha quo carebant, cogitarint; Hiſpani autem, ſi eodem carerent, non adverterint? Diſſitum, ac difficile Alexandriam iter Æthiopes, ut ſibi caverent, monuerit; Romam vero longe majus intervallum, ac difficultas itineris Hiſpanis minime perſuaſerit, ut cautum ſibi vellent? Graviſſimo illi, Sanctiſſimoque congreſſui Epiſcopus Cordubenſis Oſius præerat, poſtulata Ætiopum audiebat, pro Hiſpania non petiit, ſi eadem Patriarchâ, ſive eo qui hujus expleret partes carebat? Alii aliud ſentiant, equidem nullus dubito, quin ea tempeſtate nil eorum Hiſpaniæ defuerit, quæ ad Eccleſiæ regimen expedirent.

Conc. Nic. c. 36. to. 3 conc. edi. Reg. pag. 271.

VIII. Huc accedit auctoritas non vulgaris Illyberitanæ Synodi, quæ graviſſimorum auctorum ſententia, quos laudavimus, celebrata eſt anno tertio quarti ſæculi, quibuſcum convenit Eccleſiæ Hiſpalenſi. Cæterum ad majorem verborum perſpicuitatem, intelligentiam, atque efficaciam noſſe oportet, Primatem Eccleſiam appellari conſueviſſe primam Cathedram, aut primam Sedem; eam ſiquidem Eccleſiam reliquæ omnes ex eadem provincia præpoſitam omnibus cognoſcebant. Quibus poſitis verba promam Illyberitanæ Synodi ex decreto 58. *Placuit ubique, & maxime in eo loco, in quo prima Cathedra Epiſcopatus conſtituta eſt, ut interrogarentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant.* Patet igitur, primis iis temporibus in Hiſpania non defuiſſe primam Epiſcopatus Cathedram, quæ erat Primas, atque hujuſmodi a Patribus Concilii omnibus habebatur. Quocirca liquido conſtat, quum temporis Illyberitanum Concilium eſt habitum, dignitatem Primatis in Hiſpania ignotam non fuiſſe, & nonnullis in Peninſulæ hujus Eccleſiis fuiſſe cognitam.

Car. Aguir. to. 1.

Garſ. de Loayaſa Conc. Hiſp. pa. 14. to. 1. Conc. edi. Reg. pag. 635.

IX. Niſi Summorum Decretales Pontificum ex tercen-

tum octoginta primis annis petere prohiberer, abundarem iis teſtibus, quibus, firmiſſimis veluti fundamentis hoc ſuperimponere ædificium poſſem. Sixti enim ſecundi decretum proferrem ex Gratiani Decreto, quod primo in Conciliorum volumine editionis quam ſequor, laudatur. *Si-*

Sixt.II.to.1.Con. edit.Reg.pag.535.

quis, ejuſdem Decreti verba ſunt, *putaverit ſe a proprio Metropolitano gravari, ad Primatem Diœceſeos, aut penes univerſalis Eccleſiæ Papam judicetur*. Jam docui (idque minus eruditorum gratia) Parœcias appellari olim conſueviſſe, quas ipſi dicimus Diœceſes; ac Diœceſim pro Regni totius

Par.2.c.18.n.13.

Eccleſiis accipi conſueviſſe; ita ut iis temporibus Diœceſis Hiſpaniæ perinde eſſet, atque Eccleſiæ Hiſpaniarum. Verba Sixti II. theſin videntur innuere quod nempe in Regnis foret Præſul totius Diœceſeos Primas: neque eſt, cur Hiſpania excipi debeat in re Catholicæ Eccleſiæ publica.

X. Poſſent præterea plura ex epiſtola Pontificis ejuſdem afferri ad Epiſcopos, ut dicitur, Hiſpaniæ conſcripta, quæ habetur in laudato Conciliorum volumine. Ex eadem colligitur aliquid inter illos Epiſcopos, & Primatem diſſidii fuiſſe; quare Pontifex hortatur, ut capiti obſequantur, & adhæreant, ſicut Apoſtoli conſtituerant. Verba ipſamet

Ib.p.532.Id.in ep. ad Epiſcop. Hiſp.

audiamus, attendi enim debent. *Hortamur vos, monemus, & flagitamus, ut a tramite Apoſtolicæ inſtitutionis nequaquam recedatis, nec a capite diſſideatis; ſed fidem, & ordinationem, quam Apoſtoli, & Apoſtolici ſtatuerunt, abſque hæſitatione teneatis*. Hæc Divi Sixti verba cum iis Divi Gregorii ſeptimi, quæ ad numerum quartum attulimus, conſentire, prænſareque, ut ita dicam, ſibi invicem manus videntur dici poſſe: namque Divus Sixtus fidem, ordinationem, atque inſtitutionem Eccleſiæ tradit Hiſpanos ab Apoſtolis, viriſque Apoſtolicis accepiſſe; hi autem hauddubie ſunt ſeptem Epiſcopi a Divo Petro miſſi, de quibus loquitur Gregorius VII.

XI. Dummodo allata verba aliquantulum conſiderentur, rationis ejus veritas in apricum veniet, quam conamur elicere. In Hiſpaniis quin Præſul eſſet aliorum caput, juxta Divi Sixti epiſtolam dubitari non poteſt: ſi enim ſecus eſſet, id eſt niſi hiſce in Regnis Præſul extitiſſet aliis Præpoſitus Epiſcopis, neque diſſidium ortum eſſet, neque eos Pontifex fuiſſet hortatus, ut a capite ne diſſiderent. Præterea manifeſtum fit Hierarchicam diſtributionem, atque or-

ordinem Eccleſiæ Hiſpanienſis ab ipſis Apoſtolis inſtituta fuiſſe, ſeu per ſe, ſeu per viros ab ſe delegatos. Quocirca is Præſul, qui capitis Eccleſiæ Hiſpanæ dignitate fulgebat, ſive ab ipſis Apoſtolis, ſive ab Apoſtolicis illis viris fuerat ea in dignitate conſtitutus: ſiquidem Apoſtolici illi viri erant miſſi, ut Euangelium annunciarent, Eccleſiæ regimen inſtituerent cum omnibus gradibus, ac dignitatibus, quæ aliis in provinciis aut conſtituta fuerant, aut tum temporis conſtituebantur, ut Hiſpaniarum Eccleſia Catholicis provinciis cæteris omnino eſſet ſimilis. Quæ quum ita ſint, quumque nullus dubitare audeat, quin caput Eccleſiæ Hiſpanæ ſit Primas, liquido conſtat, quod ævo Divi Sixti ſecundi, nempe Redemtionis anno circiter 260. Primatus dignitas in Hiſpaniis jam erat. Quod ſane procederet, niſi hujuſmodi teſtimoniis, quemadmodum dixi, uti eſſem prohibitus; quare promiſſis ſtare cupio, tametſi in præſentia negare poſſem ad ea teneri.

XII. Quanquam id teſtimonium, aliaque eidem exceptioni obnoxia prætereo; tamen probabilibus ſatis rationibus eſt demonſtratum, concedi oportere Primatus dignitatem in Hiſpaniis ab ipſa Eccleſiæ conſtitutione, ac forma. Hac in re perſuaſionibus haud neceſſe habeo, Hiſpalenſis quippe Eccleſia una id negat, riliquis vero ſcriptoribus Hiſpaniæ nobiſcum conſtat; controverſia enim, in quam aliæ fuerunt immiſſæ, erat: Cuinam ea dignitas conveniret. Non me præterit, Illuſtriſſimum Marca Pariſienſem Archiepiſcopum doctiſſimum controverſiæ hujus fundamentum poſuiſſe ſua in quæſtione de Lugdunenſi Primatu in appendice ad Synodum Claromontanam; quum vero ex noſtris auctoribus, quem ego viderim, nullus juret in ejus verba, miſſum eum facimus.

XIII. Operoſius id quidem multo eſt perſuadere, quod Eccleſia, & Præſul Toletanus ſuperiori ea dignitate uterentur. Superiorem dixi, quod ſpectat ad reliquos omnes Epiſcopos, ac Metropolitas Hiſpaniæ; ſupremum quippe totius Catholici orbis Caput, omniumque mundi Eccleſiarum quidem certe eſt Summus Romanus Pontifex. Primum hujus rei argumentum duco ex decreto Nicæni Concilii, quod in Hiſpania evulgatum ab Oſio Hiſpani omnes, Eccleſia Hiſpalenſi teſte, obſequenter venerati ſunt, *Hiſpanos obe-*

Mem.par.1.§.2. n. 30.pag.30.

Conc.Nic. c. 41. to. 2. Concil.pag. 247.

obediiſſe vident oculi noſtri, ait Chriſtianus Lupus, cujus ipſa Eccleſia uſurpat verba ut ſupra diximus. Id autem Decretum eſt quod attulimus ad partis alterius caput ſeptimum decimum, videreque eſt cap. 41. ejuſdem Concilii cui titulus: *De Synodo Archiepiſcoporum ſemel quotannis apud Patriarcham celebranda*. Ipſoque in decreto: *ſimiliter ſtatuimus*, inquiunt Patres, *ut omnes Archiepiſcopi ſemel per annum apud Patriarcham ſuum conveniant*. Videamus igitur quam in Urbem frequenter convenerint Archiepiſcopi Hiſpaniarum (licèt eâ frequentiâ conveniendi non potuerit fieri ſatis Concilii decreto) ejuſque Urbis qui Præſul fuerit, is hauddubie Patriarcha erit, ſeu Primas.

XIV. A Nicæna Synodo, quod primum in Hiſpaniis Concilium eſt celebratum, Toleti coactum fuit anno circiter quadringenteſimo, quum nempe Concilium Nationale, Toletanum primum eſt habitum. Neque credibile eſt, primo in congregando Concilio ab Nicæni conſtitutionibus eſſe diſceſſum. Quod certo certius confirmat, Patres hujus Concilii quidquid ſancitum in Nicæno erat apprime ſervaſſe. Idque primo ab ingreſſu aperte patet; nam Patruinus (Toletanus Præſul, ut oſtendimus) ita inchoat: *Mihi placet Conſtituta primitus Concilii Nicæni perpetuo eſſe ſervanda*. Cujus in ſententiam omnes Præſules iverunt pedibus; *Epiſcopi dixerunt: Hoc omnibus placet*. Graveſque interminati ſunt pœnas iis, qui contrarium præſtare auſi eſſent. Hoc decreto perſpecto, cuinam perſuaſum erit, Sanctiſſimos eos Præſules graviſſimum id Concilium inchoaſſe a Decretorum Nicæni Concilii tranſgreſſione, eam nempe in urbem convenientes, ubi Patriarchæ, ſeu Primatis Sedes non exiſteret? certe nemini. Inde ergo legitime colligitur, ejuſmodi dignitatem, vel antequam Nicæna Synodus haberetur, ad Eccleſiam, ac Præſulem Toletanum pertinuiſſe.

Par.2.c.18.Conc. Tolet. 1.
D.Garſ.de Loayſa Conc.Hiſp.pa.38.

XV. Hoc inſuper ad argumentum vis etiam major accedit ab animadverſione minime contemnenda. Concilia omnia Nationum, quæ in Hiſpaniis celebrata ſunt ante ipſarum calamitates, celebrationemque Nicæni, Toletana in urbe fuerunt habita; neque ullo ex veterum monimento conſtat, vel unam Synodum fuiſſe habitam in aliqua ex iis Civitatibus, quæ de Primatu cum Toletana contendunt. Ita quidem ſe res habet; ſiquis autem ſecus ſentiat, exemplum

plum unum educat, vincet: niſi autem uno ſaltem exemplo contrarium probet, ego vici. Certe quidem neque Garſias de Loayſa in tomo Conciliorum Hiſpaniæ, neque Cardinalis Aguirre iis in voluminibus quæ hac de re in lucem edidit, ullam memorant Synodum extra urbem Toleti habitam ante difficilia Hiſpaniæ tempora. Quocirca eſt conſtans, hanc ipſam in urbem Archiepiſcopos apud Patriarcham, ſeu Primatem conveniſſe tam frequenter, quam fieri poterat, atque opus erat. Conſtitutio autem Nicæna ad Sacros hujuſmodi congreſſus urbem, ſive oppidum deſtinaverat, ubi Patriarchæ, aut Primatis Sedes ſita eſſet; Toletum igitur Sedis Primatis locus erat. Quod ſane argumentum rationabile eſt, & ad Toletanum adſtruendum Primatum efficaciſſimum judicatur a doctiſſimo viro Fr. Franciſco Longo Coriolano: *Summo tamen*, inquit, *honore ſuper omnes alias Hiſpaniarum Eccleſias ſemper habitam eſſe Toletanam frequentiora illic celebrata Concilia ſatis indicant*. Brev.Chronol.pa. 189.

XVI. Neque minimum contra nos facit, ſi quis objicit Nationale fuiſſe, ut vere fuit, Illyberitanum Concilium; idemque extra Toletum, quod negari non poteſt, fuiſſe celebratum juxta probabiliorem, communioremque hominum doctiſſimorum ſententiam ante Nicænam Synodum, vigente adhuc Imperatorum Diocletiani, & Maximiani perſecutione teterrima, ſeu id fuerit anno 303. ut placet Cardinali Aguirre, ſeu 305. uti habetur ex primo Conciliorum tomo ad num. octavum allato. Qua diriſſima inſectatione Hiſpaniarum Præſules fuere compulſi congregare ſe in ſecretiori quo poſſent loco. Cæterum id Concilium etiamſi anno 330. ſit habitum, quod Garſiæ de Loayſa viſum eſt; certe id temporis Nicænæ Synodi decreta non habebantur, quæ Hiſpalenſi Eccleſia teſte, nonniſi anno 356. in Hiſpaniis fuerunt evulgata; & idcirco iiſdem minime obtemperatum eſt quod ad locum attinet Synodi celebrandæ. Neque item ſubſcriptio Melantii Toletani Præſulis, quæ decimo tertio loco occurrit, eumdem minime fuiſſe Primatem evincit: etenim ut locupletiſſime jam docuimus, primis iis Eccleſiæ ſeculis tam in conſeſſu, quam in ſubſcriptione Præſulum, ſolummodo major conſecrationis antiquitas, ſuperior autem Eccleſiaſtica dignitas ne mi- Par.2.c.10.n.7.

nimum quidem conſuevit attendi ; uſquedum in Concilio demum Bracarenſi quod anno 569. eſt celebratum, conſuetudinem iſtam poſtmodo ſervatum iri ab Suffraganeis conſtitutum fuit, Metropolitas vero licèt conſecrationis minus antiquæ ſemper aliis præituros.

XVII. Quarto, & quadrageſimo ejuſdem Concilii Capite Decretum occurrit, quod mihi in memoriam redigit Cordubenſis illius Epiſcopi eventum, qui ob depoſitionis crimen, ab Iſidoro Hiſpalenſi Archiepiſcopo ad Heladium Toletanum Archiepiſcopum miſſus fuit, ut deponeretur. Memini Sanctum Præſulem dicere, quod ex Divina conſtitutione ad Heladium ſpectabat in crimina ejuſmodi animadvertere *Cenſura*, inquit, *Divina diſpoſuit*. Quod quia fuſe diſcuſſi in parte altera, ad eam Decreti partem venio, quæ cum iis verbis congruit. Concilium igitur ait : *Archiepiſcopus nullum Epiſcopum ex his, qui ſub poteſtate ejus ſunt cujus peccatum ſciat, judicet, & nec imponat ei pœnitentiam pro peccato, niſi interveniente Patriarcha, qui rem explorato cognitam habeat*. Citato loco ubi de hoc Epiſcopo Cordubenſi res fuit, poſuimus, eumdem ad Toletanum Archiepiſcopum per modum appellationis adiiſſe: hic autem palam fit, quod, cauſa minime euſque procedente, Divi Iſidori dictum factumque comprobat, Divum Heladium eſſe Primatem; Sanctus enim Doctor cognovit cauſam, perſpectumque habuit crimen Epiſcopi; neque tamen idcirco pœnitentiam eidem impoſuit, neque ſententiam de eo tulit, at Præſuli Toletano permiſit, ad quem *Cenſurâ Divinâ* ſpectabat, ideſt ex decreto Sanctæ Nicænæ Synodi (recte enim Cenſura Divina dici poteſt) crimen explorato cognoſcere. Quapropter Toletanus Archiepiſcopus, quo inſcio, minimeque interveniente Divus Iſidorus minime judicavit, minimeque in reum Epiſcopum pro criminis gravitate animadvertit, certe Patriarcha, ſeu Primas erat Hiſpaniarum.

Par. 2. capp. 12. & 13.

Conc. Nic. c. 44. to. 2. pag. 276.

XVIII. Tenemus jam Toletanæ Eccleſiæ Primatum conſtitui potuiſſe ante Nicænam Synodum; at num Petrus Apoſtolus, aut Divus Jacobus per ſe ipſi, vel per Diſcipulos conſtituerint, ignoramus : cæterum hoc argumentum nobis videtur valde firmum, ideſt, Primatum eumdem Toletanum præire Nicænam Synodum, licèt certa de origine

gine haud conſtet: iſtiuſmodi enim argumentum Doctoribus quibuſcumque Catholicis, Teologis, Canonumque peritis videtur efficax ad comprobandum, quod ex Apoſtolica traditione habenda ſit, eque Apoſtolis ipſis inceperit omnis conſuetudo, ac ritus Eccleſiæ, cujus initium ignoretur. Quam ipſe doctrinam acceptam refero magno Eccleſiæ Patri, atque columini Auguſtino, qui ſcribens adverſus Donatiſtas, hanc doctrinam largitur: *Illa*, inquiens, *conſuetudo, quam & tunc homines ſurſum reſpicientes non videbant a poſterioribus inſtitutam, recte ab Apoſtolis tradita creditur.* Hanc modo doctrinam uſurpemus pro Toletano Primatu: Hujuſmodi dignitatem, quatenus licet e Synodo Nicæna conjicere, conſtitutam credimus, antequam Toleti Concilium haberetur: verùm quod majorem ſpectat vetuſtatem, quando, aut quis inſtituerit, noſſe nemo poteſt: aperte igitur patet, ejuſdem inſtitutores Apoſtolos extitiſſe.

S. Aug. lib. 4. de Bap. contra Donat. cap. 6.

XIX. Ratio hæc per ſe ſatis firma eſt: ſi autem cum veritate, quam a numero quarto exponere orditi ſumus, conjungatur, firmior multò ea fiat neceſſe eſt. Septem Divi Apoſtoli Jacobi Diſcipuli a Divo Petro ordinati Epiſcopi ab eodem Apoſtolorum Principe in Hiſpaniam fuerunt miſſi, ut opus ab eorumdem Præceptore cœptum abſolverent, & Eccleſiam, ejuſque regimen diſponerent ſuos per Ordines ac Dignitates, ut diximus: quare Epiſcopos, Archiepiſcopos, ac Primatem juxta monita Divi Petri per ipſum Apoſtolum Sanctum Jacobum iiſdem commendata ipſi certe conſtituerint. Tenemus ergo, viros iſtos Apoſtolicos alias inter Dignitates Primatum conſtituiſſe, ut dictum eſt: hìc autem qua ſumus maxima diſcendi cupiditate, libenter audiremus indicia aliquot, unde liceret noſſe quænam Eccleſia tanquam Caput cæteris Hiſpaniarum Eccleſiis præpoſita fuerit. Quoquot autem indicia ſuppetunt, Eccleſiam, ac Præſulem Toletanum deſignant. Primum indicium eſt: Locus, quô Archiepiſcopi conveniunt, Nationalia ibidem Concilia celebraturi, Civitas Patriarchæ. Hoc autem indicio, neminem latet Toletanam unice urbem deſignari. Aliud eſt: Archiepiſcopum haud debere judicium ferre de Suffraganeo ullo Præſule, niſi interveniente Patriarcha. Hac de re id tantummodo nobis conſtat, quod Hiſpalenſis Archiepiſcopus Divus Iſidorus reum Epiſco-

pum ſibi Suffraganeum ad Toletanum Archiepiſcopum detulit. Aliud indicium eſt: neceſſe eſſe, ut Patriarcha ſedeat, moreturque in urbe Regia, ut capite trigeſimo tertio traditur: *Patriarcha ſit in Civitate Regia*. Urbs autem Regia Toletum erat. Aliud indicium eſt: Fas eſſe Patriarchæ Archiepiſcopos conſecrare: idque etiam ad Toletanum ſpectare Archiepiſcopum non ignoratur. Quod ſi quotquot e veterum ſacris monumentis indicia extant de Primatu, ea omnia in Toletanum Archiepiſcopum convenire comperimus, eque iis nullum ad alium ſpectare Præſulem ex iis, qui Primatum in diſcrimen adducere non ſunt veriti; quare habendum non erit judicium rectum ſentire, quod ab Apoſtolo Divo Petro Toletana Eccleſia Hiſpaniarum eſt Primas.

Con. Nic. c. 33. p. 269.
Ib. c. 36. pa. 271.

XX. Meum argumentum comprobem neceſſe eſt iiſdem rebus, quæ Hiſpalenſi Eccleſiæ præſidio ſunt ad oppugnandum Eccleſiæ Toletanæ Primatum, & a nobis alterius partis primo capite uti probabiliores ſunt admiſſæ. Eccleſiæ regimen ex Apoſtolico inſtituto politicæ Laicorum Principum adminiſtrationi accommodandum erat, ita ut in oppidulis Sacerdotes; in oppidis, ubi erant Judices, magiſque ampla juriſdictio, Epiſcopi; in præcipuis vero urbibus, quarum Præfectis in Judices inferiores juriſdictio erat, Archiepiſcopi conſtituerentur, qui Archiepiſcopi auctoritatem haberent in Epiſcopos intra terminos juriſdictionis urbis Metropoleos, unde ipſimet Metropolitæ dici ſunt cœpti. Et ſicuti unaquaque in provincia erat Prætor, ſeu gubernator præpoſitus omnibus, quem Proregem poſſemus appellare, cui Prætores cæteri omnes, ſeu minores Præſides tanquam ſupremo capiti in politico ordine obtemperabant; ſic Apoſtoli decreverunt, ut in unaquaque provincia, quam Diœceſim nuncuparunt, eſſet Præſul reliquis omnibus præpoſitus tam Epiſcopis, quam Archiepiſcopis, totiuſque ejus Diœceſis Caput eſſet, Eccleſiam hoc pacto Monarchiæ inſtar conſtituentes. Enimvero præ omnibus Primatibus, ſeu Patriarchis erat Summus Pontifex, quem omnes ſupremum abſolute Præſulem, ac univerſale Caput Eccleſiarum omnium, quæ Catholicæ Corpus Eccleſiæ conſtituunt, cujus Caput Romanus eſt Pontifex, cognoſcebant. Ex induſtria ſileam nomina Conventus Juridici, Cancellariæ Præfecti Prætorio, aliaque id genus, ea ſiquidem, quum fugiant craſſio-

ſioris Minervæ homines, perſpicuitatem aliquibus obumbrare viderentur, quam quæro: toto enim hoc in opere, mihi videor Apoſtoli verba uſurpare poſſe: *Sapientibus & inſipientibus debitor ſum*.

XXI. Si noſtri iſtituti eſſet Toletanam urbem meritis laudibus celebrare, vaſtiſſimum certe campum poſuiſſent ob oculos immenſa volumina, quorum Auctores pars conſulto, pars obiter in præſtantiſſima hac, celeberrimaque urbe honeſtanda effunduntur. Contemtus quidem is magnus, per quem Hiſpalenſis Eccleſia de Toletana loquitur in cauſa eſſet, cur ad hanc celebrandam aggrederer; nihilo tamen ſecius parca ea tantum laude contentus ero, quæ per ſe ipſa probet, quouſque dicendo pervenerim. Doctor Salazar de Mendoza in Prologo ad vitam Eminentiſſimi Cardinalis Petri Gonzalez de Mendoza hæc habet: *Parece aver nacido, y criadoſe Toledo para Cabeza en lo eſpiritual, y temporal de Eſpaña, ſegun lo que le ha paſſado en todo tiempo. Plinio dice era Metropoli de la Carpentania, Provincia de las antiquiſſimas, en que ſe dividia Eſpaña en ſus niñezes: y tambien lo fue de la Cartaginenſe, Colonia de Roma, y Caxa donde ſe recogian los teſoros, y riquezas, que ſe embiaban à Roma. Julio Ceſar la tuvo por plaza de armas, y por refugio de ſus adverſidades; y Auguſto Ceſar por Camara imperial.* Quæ latine ita converto: „ Urbs Toletum nata, factaque eſſe videtur, „ ut in utroque ordine tam ſpirituali, quam temporali „ Caput Hiſpaniæ eſſet; quatenus ex ipſius perpetua for„ tuna poteſt conjici. Plinius Metropolim fuiſſe ait Car„ petaniæ Provinciæ ex antiquioribus, in quas divide„ batur Hiſpania in prima ſui origine: ac poſtea Cartha„ ginenſis Provinciæ, Romanorum Coloniæ, atque ærarii, „ quo æs opeſque omnes cogebantur, quæ mittebantur Ro„ mam. Julio Cæſari Sedes armorum fuit, atque confu„ gium in adverſa fortuna: Auguſto autem Cæſari Impe„ rialis Camera. Hinc amplitudo, & æſtimatio patet Toletanæ urbis Romanorum ævo; quæ fortaſſe ab Auguſto Cæſare Imperialis nomen obtinuit.

Doct. Salaz. de Mend.in prolog.ad vit.Card.Mendoz.

XXII. Teſtimonium aliud extat multo locupletiſſimum P. Antonii Quintanadueñas graviſſimi, ac celeberrimi Scriptoris e Socieate Jeſu, qui ejuſdem inter Societatis Auctores honeſtiſſimum locum occupat. Verba ejus ſunt: *Tenian*

nian todos a eſta nobiliſſima Ciudad por antiquiſſima Corte de los P. Ant. Quintana. Sanct. Tole. c. 1. *Ceſares, Recamara ſuya, y ſitio donde celebraban las Cortes ſus Preſidentes, Colonia de el Romano Imperio ſublimada à eſta dignidad por el Emperador Auguſto Ceſar, que le concediò los miſmos Privilegios, que gozaba Roma, y eſtableciò reſidieſſe en ella el Preſidente, Poteſtad, y Tribunal Supremo de toda Eſpaña; para que como à centro, como à corazon que lo es de toda ella, pudieſſen con mas facilidad recurrir de todas ſus Provincias, haciendola juntamente Erario de el Imperio, en que ſe recogieſſen, y guardaſſen los tributos, y rentas, que Eſpaña rendia à los Emperadores Auguſtos*. Et paulo infra tradit, Toletum, quum Divus Jacobus in Hiſpaniam venit, eſſe *llena entonces de Gentiles, como la principal Chancilleria, Corte, y Cabeza de todos los Reynos de Eſpaña*. Quæ latine redduntur: „ Præſtantiſſimam hanc urbem omnes judicabant vetuſtiſſimam Aulam Cæſarum, eorumdem veſtiarium, locumque quo eorum Præſides conveniebant Conventum celebrandi cauſa, Romani Coloniam Imperii eo uſque Dignitatis ab Auguſto Imperatore provectam, qui privilegiis eam iiſdem ornavit, quibus Roma utebatur, decrevitque, ut Sedem in illa haberet Præſes, Poteſtas, ſummumque Hiſpaniarum tribunal, quo ad eam veluti ad centrum, & cor totius Hiſpaniæ facilior ab omnibus provinciis aditus pateret, eadem pariter conſtituta ærarium Imperii, ubi coacta ſervarentur tributa, reditusque ab Hiſpania reddi ſoliti Imperatoribus Auguſtis.... plena tunc erat gentibus, utpote Cancellaria præcipua, Cohors, & omnium caput Regnorum Hiſpaniæ. Sic Auctor iſte graviſſimus, cujus ſententiam non celebrare inaudita eſſet audacia.

XXIII. Neque id mirum, quod Romani Impera- Comes de Mora hiſt. Tol. tores Toletanam Civitatem adeo cohoneſtarint; Toletum quippe, & Roma urbes ſunt, ut obſervat Comes de Mora Scriptor eruditiſſimus, inter ſe quam ſimillimæ: utraque ſeptem ſupra Collibus eſt conſtructa, multiſque aliis rebus ſunt ſimiles, ut idem notat, nos vero, ne moleſti ſimus, omittimus. Unum ego aſſerere non dubitarem, quod, quatenus Comes utramque confert, ſi quorumdam aſſentatorum noſtræ nationis (ut prudenter ſuſpicatur celebris Auctor bre- Alph. San-Anaceph. lib. 1. c. 8. viarii hiſtoriæ Hiſpaniarum) relatis habenda eſſet fides, ur-

urbem ſcilicet Romam ab Hiſpanis eſſe fundatam, non dubitarem, inquam, aſſerere, quod urbis Romæ fundatores extiterint Toletani. Huc accedit alia utriuſque urbis comparatio facta a magno Juriſconſulto Italo Quintiliano Mandoſio ajente: *Toletum magnam cum hac urbe Roma conformitatem Morum habere videtur... quia eſt ſub eodem Polo* 42. *Urbs eſt celebris, & religioſiſſima*. Quod ſi tanta huic urbi ſimilitudo erat fundationis, Religionis, ac morum cum Roma, Imperatorum ſibi animos conciliaſſe nihil mirum.

Mandoſ. de nom. q. 6. ap. Caſtej. to. 1. pag. 319.

XXIV. Auctoribus cæteris prætermiſſis ex duobus laudatis eorumque dictis ita argumentor. Ab Apoſtolicis viris per ipſos Apoſtolos inſtitutis tum doctrina, tum exemplo conſtituenda erat Eccleſia, ordinis ratione habita, qui fuit gentium in more poſitus in ſeculari Provinciarum adminiſtratione, Patres eidem in ſpiritualibus præficiendo Preſbyteros, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Primates ſeu Patriarchas, pro populi atque juriſdictionis Magiſtratuum extenſione. Ex allatis vero teſtibus conſtat Toletum fuiſſe præcipuam Hiſpaniæ urbem, ubi ſupremus Prætor & tanquam cunctorum Prorex horum Regnorum pro Romanis Imperatoribus ſuam habebat Sedem, quum fides annunciata hic fuit, & Eccleſiaſtica diſciplina inſtituta eſt tam ab Apoſtolo Jacobo, quam ab ejus diſcipulis per Divum Apoſtolum Petrum huc miſſis. Quamobrem Toleti conſtituendus erat is Præſul, cui ſumma Eccleſiaſticæ rei committeretur, Caputque, ac Primas Eccleſiæ eſſet noſtra hac in Peninſula.

XXV. Præſentis inſtituti confirmatio eſt non exigua id quod obiter in parte altera obſervavimus, modoque attentius expendendum eſſe cenſemus. Quum facta in Hiſpaniis fuit Eccleſiarum diviſio, tam Metropolitanarum, quam Suffraganearum, Toletanæ Eccleſiæ tot fuerunt adjudicatæ Suffraganeæ, ut præcipuæ Metropolis, Tarraconenſis nempe Suffraganearum numerum quarta parte præcelleret: huic ſiquidem tributæ erant ſexdecim, Toletanæ vero viginti ex auctorum omnium de iis agentium opinione. Quorſum hæc tanta tamque manifeſta differentia? Certe ob Toletanæ Eccleſiæ præſtantiam, quæ perinde aliis anteire Suffraganearum numero debuit, atque dignitate, majorique poteſtate præſtabat. Neque legiſſe me unquam me-

Par. 2. c. 8. n. 5.

memini fuiſſe olim, aut hodie eſſe toto, quam longe lateque patet, orbe Metropolitam ullum, cujus juriſdictionis termini æquari poſſint cum iis, qui ea in diviſione Toletano Archiepiſcopo obtigerunt. Hac vero ex univerſali propoſitione exceptam intelligo Metropolim, ac Provinciam Romanam, quam non ſumus neſcii, quod parte, etiam priori docuimus, totam quoque Siciliam fuiſſe amplexam. Hac tamen majori Romanæ Metropolis extenſione innititur animadverſio noſtra. Romanæ Eccleſiæ præſtantia noſci cœpit, quum ejus Epiſcopo, tanquam Metropolitæ vaſti adeo termini fuerunt adjudicati. Vaſti ergo illi termini, qui Toletano Præſuli, ut Metropolitæ fuerunt adſcripti, Toletanam Eccleſiam cæteris Hiſpaniarum præſtantiorem evincunt.

Par. 1. c. 7.

XXVI. Idque jure, ac merito; nam Toletana ex præſtantioribus Mundi Eccleſiis eſt ſemper habita, necnon Romanæ æmulatrix: non quidem poteſtate, nam ſe minorem intelligit: non matris titulo; nam ſpecialis, ac propriæ filiæ Romanæ Eccleſiæ laude contenta, eamdem Romanam Eccleſiam parentem agnoſcit, caputque omnium veneratur, magiſtram veritatis colit, & tanquam infallibile Spiritus Sancti organum auſcultat quia licèt quodammodo comparari cum illa poſſit, omnino tamen nequit; Romanæ ſiquidem Eccleſiæ in omnibus concedere neceſſe eſt: totius autem orbis nulli unquam cedet; etenim ne illi multum blandiar, jure ſecunda orbis Catholici Eccleſia nuncupatur. Non noſtra hæc ſententia eſt, licèt noſtram jure facimus: in lucem edita fuit a perilluſtri viro eruditione, ac doctrina celebri Ferdinando de Mendoza ſuper Ilyberitana Synodo: ubi de Toletana Eccleſia verba faciens: *Poſt Romanam*, inquit, *inter reliquas terrarum orbis merito haberi ſecundam*. Ita fundata eſt Eccleſia Toletana, ita aucta non auctoritate, ſed poteſtate: ſic majori aucta poteſtate, auctoritatem tuetur ita ferme ut Romana in Eccleſia contingit: non enim eſt mirum, quod Romanæ Eccleſiæ filia ſpecialis, & propria cum eadem poſſit quodammodo comparari.

Ferdin. de Mend. lib. 1. c. 7. pag. 17. ap. Caſtejon. to. 1. pag. 306.

XXVII. Si forte aliquis communem hanc opinionem ratione firmatam cuperet, ſolida eam veritate inhærentem inveniet, quam oculi teſtantur, monumenta veterum confirmant.

mant. Audiamus Doctorem virum Gregorium Lopez Madera: *La Santa Igleſia de Toledo*, inquit, *en Santidad de Prelados, religion de Miniſtros, cuidado de el culto divino, riqueza, edificios, y ornamentos excede a todas las de el mundo fuera de la Romana, con quien ninguna puede compararſe. Supueſto, que el Cardenal Baronio confieſſa, que la Igleſia Conſtantinopolitana en los tiempos de ſu grandeza excedia en riquezas, y numero de Miniſtros à la de Roma. Y aunque de las riquezas no ſe puede hacer comparacion, por aver tantos años, que ſe acabò aquel Imperio; como en quanto al numero de Miniſtros, tengamos en una novela de Juſtiniano los de aquella Igleſia Patriarcal, y en lo, que eſcriviò Alonſo de Alcocèr ſapemos todos los que tiene la Igleſia Primada de Toledo, ſe verà claramente, quanto excede*. Eadem „ latine: Eccleſia Toletana ſanctitate Præſulum, Miniſtro„ rum religione, ſollicitudine divini cultus, opibus, ædi„ ficiis, ornamentis omnes terrarum orbis Eccleſias, præ„ ter Romanam, cum qua nulla comparatur, excedit. Hoc „ poſito quod fatetur Baronius de Conſtantinopolitana Ec„ cleſia, eam nempe, quum floreret, tum opibus, tum „ numero Miniſtrorum Romanam anteiviſſe; & licèt opes „ conferri nequeant, quia id Imperium jampridem inte„ riit; ſicuti quod ad numerum Miniſtrorum attinet, ha„ bemus ex Juſtiniani Novella eorum numerum, qui Pa„ triarchali eidem inſerviebant, & ex Alphonſi Alcocerii „ operibus tenemus omnes, quotquot Eccleſias habet Tole„ tana Primatialis; aperte videre erit quantum hæc antece„ dat. Sicui viſere auctorem lubet, is propriis cernet oculis amplitudinem, auctoritatem, dignitatem, numerumque Miniſtrorum immenſum, qui Sacroſancta in hac Eccleſia divinam colunt majeſtatem; perſpicietque, me minime aſſentari, at perſpicuam rem enarrare.

Greg. Lop. Mad. de excell. Mon. Hiſp. c. 6. §. 5. pag. 51.

XXVIII. Verum enimvero quia laudatus Auctor fortaſſe aliquibus videri poſſet ſtudioſus, aliud proferre exemplum conſtitui ex viro Italo Philippo Ferrario, qui ſua in Topographia noviſſima ab Joanne Tamayo de Salazar citata de Toletana urbe ſic loquitur: *Urbs eſt ampliſſima, & Regia, & nobiliſſima: cujus Eccleſia Cathedralis maxima, auro, gemmis, ornatu auguſtiſſimo, & omnium Eccleſiarum non modo Hiſpaniæ, ſed & totius orbis ditiſſima, ut auſim affirmare, Archiepiſcopum Toletanum, qui Primas eſt Hiſpaniæ, tot reddi-*

Philip. Fer. Top. nov. col. 2. ap. Jo. Tamay. de Sala. to. 1. Mart. Hiſp. pag. 23.

tus habere, qui omnes Epiſcoporum Italiæ redditus in unum collectos ſuperet. Id etiam certum, plus ab Archiepiſcopo Toletano ſolo poſſideri, quam ab omnibus Epiſcopis Galliæ ſimul acceptis. Tanta fuit Regum Hiſpaniæ erga Eccleſias ſuas pietas. Quum igitur tanta Toletanæ ſit Eccleſiæ amplitudo, jure quidem ac merito inter reliquas terrarum orbis Eccleſias haberi poteſt ſecunda.

XXIX. Certum mihi eſt ſupremam operi manum imponere Divi Joannis Chryſoſtomi verbis, qui animadvertens quantos Phariſæi conatus adhibuerunt, quum ex hominum animis conarentur expungere fidem, quam ipſi adhibuerant miraculo illi magno Salvatoris noſtri, qui cæco nato reſtituit viſum; ſimulque quam irritam ii luſerint aleam, vires quippe omnes adhibitæ, longe ut miraculo nubes obducerent, magis magiſque ſplendorem ejus illuſtrarunt. *Ejuſmodi*, ait, *eſt veritatis natura. Unde magis impugnatur, inde magis confirmatur: & quo magis obtegitur, eo clarior evadit. Niſi iſta facta fuiſſent, miraculum iſtud apud multos ſuſpectum eſſe potuiſſet.* Ita ad rem noſtram: niſi Eccleſia Hiſpalenſis adverſus Toletanæ Eccleſiæ Primatum inſurrexiſſet, fortaſſe apud multos ſuſpectus eſſe potuiſſet: at quas ipſa vires experta eſt, ut eum evertat, iiſdem adſtruxit; & ſi forte antea ſuſpicio ulla fuit, conatus ejus adeo illum colluſtrarunt, ut negari amplius non poſſit.

S.Chryſoſt. Hom. 57.in c.9.Jo.edit. an.1570. ap.Guil. Mertin.

XXX. Ea eſt virtus veritatis invicta, ut ſemper vincat, adverſariis ad incitas redactis pudorem incutiens. Ethnici dictum uſurpare iterum poſſem, quo ad opus aggrediens uſus ſum; at manum de tabula conſtitui tollere ſanctiori ſane teſtimonio, quam quo ibidem ſum uſus: *Magna eſt veritas, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem invocat... Cælum etiam ipſam benedicit, & omnia opera moventur, & tremunt eam, & non eſt in ea quicquam iniquum... Et veritas manet, & invaleſcit in æternum, & vivit, & obtinet in ſecula ſeculorum.* Gaudeat igitur, gaudeat inquam Toletana Eccleſia propter vindicatam ſui Primatus veritatem, cujus virtus, ac firmitas adverſantis conatus omnes eluſit. Cælum ipſam benedicit, Eccleſiæ colunt, & moventur, ac tremunt eam; & non eſt in ea quicquam minus æquum. Toletanæ Eccleſiæ Primatus manet, & invaleſcit ejuſdem veritas; æmulatio nequicquam ſe torquet; etenim Toletanus Primatus nunquam deficiet.

Eccl.lib.3.cap.4. v.15.

IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM MEMORABILIUM
QUÆ
IN HOC OPERE CONTINENTUR.
Num. barb. notat pag. Roman. Paragraphum.

A

Abbas Cluniacenſis. Vide Hugo.
Abbas Sancti Facundi. Vide Bernardus.
Abbatiæ ſunt juris Primatis Toletani. 417. II.
Abbatia Corbejenſis, ubi ſita fuerit 62. VIII.
Abulenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 571. XII.
Acceptio Perſonarum quid ſit ex mente Doctorum 116. XII., *& ſeqq. vitii hujus inſimulantur in Memoriali Urbanus II. Alphonſus VI. &c. iidemque vindicantur ab inſigni hac injuria* 118. XVII. *& ſeqq.*
Acephalum Concilium quale ſit 299. XVIII.
Acropolis Marchio, poſtea dictus de Mondejar 313. XXII. *ejus opinio confutata in Mem.* 330 II. *defenditur. ibid.*
Adelphius Toletanus Archiepiſcopus quando obiit. 353. XII.
Adriani IV. Bulla confirmans Toletanum Primatum 203. I. *& ſeqq. Ejuſdem literæ ad Archiepiſcopum Toletanum* 44. IV.
Ægidius Albornotius Primas Toletanus 458. XVI. *comes Alphonſi XI. in pugna ad Salſum* 18. VIII. 430. VII.
Æra Hiſpanica aboletur 460. XIX.
Æthiopes impetrant a Concilii Nicæni Patribus Apoſtolicum, ob diſtantiam ab Alexandrino Patriarcha 597. VII.
Africana Eccleſia, & ejus fundatio 596. VI.
Agapitus Pp. indicit Concilium Conſtantinopolitanum, Oecumenicum V. *falſo appellatum* 77. XII.
Agatho Pp. indicit Concilium Conſtantinopolitanum III. Oecumenicum VI. 78. XV.
Aguirre Card. ejus teſtimonium de B. M. V. deſcenſu 148. XXI. *& ſeqq. ejuſdem opinio de Titulari Carthaginenſi rejicitur* 248. XVII. *De Felice Hiſpalenſi* 297. XI.
Alexandri III. Bulla confirmans Toletanum Primatum. 207. VIII. *Ejuſdem literæ ad Archiepiſcopum Toletanum* 444. V.
Almerienſis Eccleſia agnoſcit Primatum Toletanum 573. XIX.
Aloyſius de Salezar Scriptor nobilium Familiarum Hiſpaniæ multa ejus monumenta teſtantur Primatum Toletanum. 180. XXXVII. *& ſeqq.*
Aloyſius Guillen Titularis Auranenſis. 244. XI.
Alphonſus Aragoniæ Rex non recenſendus inter Reges Caſtellæ 451. II.
Alphonſus Carrillius Primas Toletanus 232. XVII. *munia obit Primatus* 434. XIV. *ab Henrico IV. fodinas obtinet* 461. XXII. *Vide Primatus.*
Alphonſus Carthaginenſis Burgenſis Epiſcopus. Ejus elogium. 434. XV. *Vide Burgenſis, & Primatus.*
Alphonſus VI. e Legionis Regno pulſus in Monaſterium ſe recipit 502. III. *fit Monachus* 510. XVI. *Cucullum induit præ manibus Juliani Abbatis* 515. XXIV. *cogitat de reformando Monaſterio Sancti Facundi* 511. XVII. *quum ab S. Hugone Abbate Cluniacenſe Monaſterium obtinuiſſet Robertum virum pravum, petiit alium Monachum Sanctiorem, impetravitque Bernardum* 514. XXI. *& ſeq. eripit Toletum e Saracenorum manibus* 186. II. *Eccleſiam Toletanam in priſtinum decus reſtitutam dotat* 364. III. 451. I.
Alphonſus VII. ejus donatio Monaſterio Sancti Payi, & Monaſterio Sancti Martini de Caſtañeda 365. VI. *Alia Clero Segovienſi. ibid. aliæ ejuſdem donationes* 367. X. 452. II. *quæ omnes Toletanum Primatum teſtantur.*
Alphonſus VIII. ejus donatio Villæ Olmos 369. XI. *Donationum confirmationes ibid. & ſeqq. adjudicat Cancellariam Caſtellæ Toletanis Archiepiſcopis.* 453. V. *& ſeq.*
Alphonſus X. cognomento Sapiens agnoſcit Toletanum Primatum, cujus rei monumenta

ſunt. 372. XXI. & ſeqq. 377. XXXI. 456. XI. De Eccleſia Hiſpalenſi. 134. XII. Inſperatam prolem obtinet, & Daniæ Regis filiam ſibi deſponſam tradit Philippo Fr. Archiepiſcopo Hiſpalenſi 429. VI.

Alphonſus XI. & ejus monumenta Toletanum Primatum teſtantia 374. XXV. Cancellariam Caſtellæ, & alia privilegia Primatis confirmat 458. XIV. & ſeqq.

Ambroſii de Morales opinio rejecta 241. VI.

Fr. Angelus de Tagaſte, quid ſentit de Pallio Pontificum Romanorum in antiquis picturis 93. XIV.

Angliæ Archiepiſcopi quam antiqui 63. XI. & ſeqq.

Fr. Antonius de Tepes Chronographus Ordinis S. Benedicti. 364. II.

Antonius Pimentellus Canonicus Eccleſiæ Hiſpalenſis ſubſcribit epiſtolam Congregationis Eccleſiarum Hiſpaniæ 559. V. aliam Eccleſiæ Hiſpalenſis 563. XVI. item ejuſdem aliam ibid. XVII. quæ epiſtolæ ſunt monumenta Toletani Primatus.

Apochrypha opera quomodo dignoſcantur 49. VII. qui Scriptores ſint Apochr. 163. XII.

Apocriſarii, & earum munus 108. XXXVII.

Apparitiones, eorumque diſcrimen in veteri, & novo teſtamento 141. V. & ſeq.

Appellationes, & earum ratio vetus, & nova 323. XIX. ex L. Juſtiniani 326. XXV. A ſupremo Judice quare Appellatio non detur. 530. VII.

Aragoniæ Regni Eccleſiæ omnes agnoſcunt Toletanum Primatum. 579. IV.

Archiepiſcopalis dignitas quam antiqua 67. XIX. & ſeqq.

Archiepiſcopi quando primum in Hiſpania 59. III. & ſeqq. In Gallia. 62. IX. in Anglia 63. XI. & ſeqq.

Archiepiſcopus Calaritanus ævo S. Gregorii 66. XVII. Cantuarienſis, tempore Bonifacii I. 67. XVII. Laureacenſis, & Mediolanenſis ævo S. Symmachi 66. XVI. Ravennatenſis Sancti Gregorii tempore 67. XVII.

Archiepiſcopus Toletanus Dominationis Illuſtriſſimæ, deinde Excellentiæ, demum Eminentiæ titulum obtinet Regum Catholicorum Pragmaticis. 25. VI. & ſeq. ejus poteſtas temporalis 167. VII. 169. XIII. Metropolitis omnibus Hiſpaniæ ſemper anteivit 292. II. & ſeq. Vide Primas Toletanus.

Arelas fuit prius Metropolis Eccleſiaſtica, quam civilis 290. XXXI.

Aſiæ Eccleſiæ quæ fuerint 40. XI.

Aſtoricenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 573. XVII.

Auctores, qui adſtruunt Toletanum Primatum, quorum teſtimonia non adducuntur in hoc opere brevitatis gratia. 182. XLI.

Auctores diligenter obſervandi, nec præpropera fides iiſdem adhibenda eſt. 81. XXI.

S. Auguſtinus damnat Lucretiæ factum 509. XIV. ejuſdem ſententia 510. XVI. alia. 545. XXXII.

Auranum urbs Hiſpaniæ, ubi ſita. 244. XI.

Aurelianus Dux Carthaginis pater SS. Leandri, Iſidori, Fulgentii, Florentinæ. 245. XII.

Autocephali Epiſcopi quinam eſſent 40. XI. non ſubſcribebant poſt Patriarchas ut contendit Mem. 587. XXII.

P. Azorius de fundatione Eccleſiarum Aſiæ 41. XI. ejuſdem auctoritas de Toletano Primatu. 438. XX.

B

Barbari quando in Hiſpaniam ingreſſi 251. XXIII.

Barcinonenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 583. XIV.

Baronius Card. quid ſentiat de Concil. Toleti habito anno 610. 272. XXII. ejus teſtimonium de B. M. V. deſcenſu 151. XXXI.

Baſianus Presbyter Himerii Tarraconen. Archiepiſcopi Legatus ad Sanctum Damaſum. 101. XXIV.

Baſilides Legionen. an Emeriten. Epiſcopus Libellaticus depoſitus, ac reſtitutus obreptionis vitio, iterum deponitur 336. XIV.

Baſilienſe Concilium a quo indictum, celebratumque. 441. XXVII.

S. Baſilius, ejus ſententia 519. XXX.

Baſilius Imperator. Ejus teſtimonium de Patriarchis Conſtantinopolitano, & Hieroſolymitano. 54. XVI.

Beatus Aſturicenſis Epiſcopus teſtatur Toletanum Primatum Gothorum ævo 533. XIII. num vere fuerit Epiſcopus. 536. XVIII.

Beatus Presbyter Elipandi opinionem erroneam non ſequitur 384. IV.

Beda Venerab. quando floruit 63. XI. ejus hiſtoria. Ibid.

Belluga Cardinalis impetrat officium S. Fulgentii. 163. XII. 247. XVI. *ejus auctoritas de Severiano Carth. Regulo*. 245. XII.
Bellum celebre de las Navas. 427. II.
Benedictus XIII. 537. XIX.
Berengaria heres Hiſpaniarum Regni ſuum jus concedit Sancto Ferdinando III. qui regnat. 369. XVI.
S. *Bernardi dictum Eugenio III.* 417. III.
Bernardus Abbas S. Facundi, deinde Archiepiſcopus Toletanus vindicatur ab injuriis eidem illatis in Memoriali 121. XXIII. *& ſeqq. præeſt Concilio Ovetenſi* 495. VII. 498. XII. *Palentino*. 496. IX. *& ſeqq. Quando factus ſit Abbas Monaſterii Sancti Facundi*: 514. XXI. *& ſeqq. Quando creatus Archiepiſcopus Toletanus præ Sanctio Regii Sanguinis, & aliis competitoribus*. 516. XXV. *ejuſdem elogium* 517. XXVII. *& ſeqq.*
Bernardus Urſus 578. III.
Biatienſis Epiſcopatus transfertur Giennium, & quando. 129. IV.
Bilbilis nova ſit Cathedralis 579. V.
Bollandus de B. M. V. deſcenſione 145. XIV.
Bona Cardinalis de diſcretione ſpirituum. 152. XXXV.
Borbonenſis Familia duo florentiſſima Regna moderatur Galliam, & Hiſpaniam. 470. XXXVIII.
Bracarenſe Concilium I. 252. XXIII. 295. VII. *& ſeq.* 301. II.
Bracarenſis Eccleſia contendit de Primatu cum Toletana. 2. I. 18. VI. *Innocentius VIII. componit litem*. 215. XXIV.
Bracarenſis Metropolita jubetur obſequi Toletano Primati. 201. XI.
S. *Braulii Cæſarauguſtani Epiſcopi literæ ad S. Eugenium Archiepiſcopum Toletanum, quæ eum fatentur Primatem*. 530. VIII. IX.
Brial *genus indumenti regalis, quo utuntur Hiſpan. Reginæ* 379. XXXVII.
Bulla Urbani II. qua inſtauratur Toletanus Primatus. 185. II. *& Pontificum Succeſſorum, nempe: Paſchalis II.* 189. X. *Gelaſii II.* 191. XIV. *Callixti II.* 193. XIX. *Honorii II.* 195. I. *Lucii II., & Eugenii III.* 198. VI. *Adriani IV.* 203. I. *Alexandri III.* 207. VIII. *Urbani III. Cæleſtini III. & Innocentii III.* 208. IX. *Honorii III.* 209. XII. *Martini V.* 216. XXVI. *Innocentii VIII.* 215. XXIV.
Bullæ Pontificum quando ſunt ſubreptitiæ, quid agendum. 517. I. 529. V.
Burgenſis Eccleſiæ elogium 235. XVIII. *ſit Metropolis* 543. XXIX. *agnoſcit Toletanum Primatum* 566. XXIII., *& ſeq.*
Burgenſis Epiſcopus Toletanum Primatem detrectat, idemque mox publice agnoſcit. 232. XVI. 434. XIV.

C

Cæcilianus in Afric. Concil. depoſitus appellat ad Romanam Sedem, & reſtituitur; & Majorinus declaratur intruſus 335. XII.
Cæleſtini III. *ſententia*. 589. XXVI.
Cæſarauguſtana Synodus II. *quando habita* 352. X. *aliæ Synodi* 478. III. 487. XXI.
Cæſarauguſtæ viget memoria apparitionis B. M. V., dum adhuc viveret, B. Jacobo Ap. 153. XXXVI.
Cæſarauguſtana Eccleſia ſit Metropolis 543. XXIX. *agnoſcit Tolet. Primatum* 578. II. *Obtinet ab Rom. Pontif. novam indumentorum formam, quæ res Eccleſias cæteras movet* 579. IV.
Calaguritana Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum 575. XXVI.
Calaritanus Archiep. S. Gregorii ævo 66. XVII.
Chalcedonenſe Concil. & Cplitanum Oecumenicum VI. *decernunt, ut Ordo Eccleſiaſticus ſequatur Typos ſeculares* 398. VI. *& ſeq.*
Calciatenſis Eccl. agnoſcit Tol. Prim. 574. XXIV.
Callaici qui populi hodie ſint. 38. X.
Callixtus II. *dat literas Tolet. Primati* 444. III.
Canarienſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum. 576. XXIX.
Cancellaria Caſtellæ adjudicatur Toletano Archiepiſcopo 453. V. *ſtipendium pro eadem præſcribitur*. 457. XIII.
Cardinales quando Eminentiæ titulum adepti 27. VII. *Præcedentiam majoris antiquitatis ſervari ſolitam inter eos cum Toletano Primate non ſervant* 19. VIII.
Carolus I. *deinde* V. *congreſſum celebrat Toleti*. 19. VIII. *Aſturiæ adhuc Princeps confirmat regni curam Franciſco Semeno Tolet. Arch. Bruxellis*. 464. XXVII. *Ibidem*

dem inauguratur Rex Hiſpan. Leonis X. ſuaſu 465. ib. Fit Imperator .ibid. Nuncium accipit Hungariæ Regis devicti a Turcarum Imp. Solimano. Ibid.

Carolus II. teſtatur Toletanum Primatum. 467. XXXI.

Carpetani Populi Toletani Regni 38. IX. Iidem quum Barbari Carthaginenſem provinciam bipartito diviſerunt, una cum Celtiberis parent Romanis; cæteri vero Alanis. 252. XXIII. Iidem ſunt pars provinciæ Carthaginenſis. 288. XIII.

Carthaginenſis Provincia a Barbaris in duas partes diviſa 252. XXIII. Idem faciunt Epiſcopi aliquot oſores pacis contra Concil. Chalced. Can. 356. XVI.

Carthago in Africa quando exciſa, quando iterum readificata. 242. VII. Ejuſdem Epiſcopo ſervatur jus ſuum. ibid. Idem fuit vere Diœceſanus, non Titularis. 247. XVI.

Carthago Spartaria ſeu nova a Pœnis ædificata, a Romanis capta, & facta Colonia 246. XV. Eadem exciſa readificatur, & Spartaria dicitur ibid. Iterum exciſa 89. VI. & ſeqq. 399. IX. Vvandalne, an Gothi diruerint. 244. XII. & ſeq. readificata. ibib. Dux Carthaginenſis in ea ſedem habuit; ergo & Epiſcopus. 245. 14. Ejuſdem Eccleſia nunquam fuit Metropolis 239. II. 477. I. 481. X. nullum Concilium Provinciale celebravit 240. III. Nullum munus Metropoleos proprium obivit. 257. XXXIII. Ejuſdem teſtimonium de Tolet. Primatu 571. IX.

Caſtellæ Reges quot numerantur poſt Alphonſum VI. 451. I.

Cataloniæ Regnum agnoſcit Tolet. Primatum. 583. XIV.

Cathedræ Antiochenæ fundatio, ſolennitas, traditio conſtans. 44. XVIII.

Caurienſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum. 574. XXIII.

Cerebrunus Toletanus Primas 367. XI.

Cindaſuinthes obtinet privilegium Primatus Toletani ab Apoſtolica ſede 528. II.

Civitatenſis Eccleſia agnoſcit Tol. Primatum. 574. XXII.

Clemens X. concedit Miſſam, & Officium in honorem S. Eugenii primi Toletani Præſulis tota Hiſpania. 579. VI.

Clemens XI. dat Literas ad Primatialem Toletanam Eccleſiam 446. XI. & ſeq. Idem Pontifex. 537. XIX.

Clodovæus I. Rex Chriſtianus Gallorum a S. Remigio baptizatur 62. IX. Chriſtianiſſimi nomen adeptus hereditarium relinquit Poſteris. ibid.

Collegium Hiſpanicum S. Clementis Bononiæ 178. XXXII.

Comiciolus Præfectus Provinciæ Hiſpalenſis, & ejus iniqua indoles 352. IX. In Concilio Suffraganeorum Hiſpalenſium vacante Metropoli deponit Januarium, & Stephanum, Ibid. Ejus perverſi mores 354. XIII. Invadit bona Depoſitorum, & Eccleſiæ Malacitanæ. Ibid. & 357. XIX.

Commercium Hiſpaniæ erat liberum, dum Romanis ſubjiciebatur, cum iiſdem. 100. XXIV. & ſeqq.

Communicatoriæ, ſeu Formatæ Epiſtolæ tam neceſſariæ erant Clericis ab Epiſcopo, quam Epiſcopis a Metropolita proficiſcentibus ad Imperatorum comitatum 256. XXX. Et de una provincia in aliam. Ibid.

Compoſtellana Metropolis ut cæteræ omnes Hiſpaniæ ab Adriano IV. ſubjiciuntur Toletano Primati 205. IV. Exempta erat ex indulto Anaſtaſii Pontif. 207. VII. Eadem quando inſtituta 495. VII. Agnoſcit Toletanum Primatum. 566. XXII.

Conchenſis Eccleſia petit confirmationem ſui Præſulis a Toletano Primate 555. XVII. Eadem agnoſcit Tol. Primatum 569. II.

Concilia Generalia non poſſunt celebrari abſque capite ſummo Pontifice per ſe, aut Legatos præſente 299. XVII. ut eadem vigeant non ſunt neceſſaria alia Concilia Nationum aut Provinciarum 421. XII. Quatuor in Oriente celebrata quarto, & quinto ſeculo 72. IV.

Concilia Nationalia, & Provincialia 303. V. Provincialia in Hiſpaniis 240. III. ex Decreto Nicæni bis in anno celebrari debebant. 255. XXIX. Nationalia quare cogerentur in Hiſpania 422. XV. & ſeq. Horum nullum extra Toletum eſt celebratum 600. XV. Eadem indicium Primatus ſunt. 601. XV.

Concilia Anglicana duo 64. XIII.

Concilia Cæſarauguſtan. &c. a Metropolita Tarraconenſi extra Metropolim celebrata 487. XXI.

Concilium Cpolitanum II. Oecumenicum V. 77. XIV. Tertium, Oecum. VI. 55. XIX. Hoc Concilium quis congregarit, quis eidem

dem præfuerit. 485. XIX.
Concilium Emeritenſe quando habitum 61. VII.
Concil. Lataranenſe IV. confirmat Privilegia Cplitanæ Eccleſiæ 56. XXII.
Concilium Matiſconenſe quando celebratum. 63. X.
Concil. Nicænum II. confirmat jus Patriarchæ Cpoleos. 56. XX. Idem 79. XVII.
Concilium Rupefidels habitum teſtatur deſcenſum B. M. V. 151. XXX.
Concilia Toletana fere omnia Nationalia, Primum 101. XXVI. 267. XIII. 479. VII. 600. XIV. Secundum 267. XIV. Tertium 484. XVII. Quintum 303. VI. Nonum 302. IV. & 303. VI. Decimum. Ibid. Undecimum 304. VI. Duodecimum. Ibid. Idem declaravit Jus Toletani Primatis. 418. VII. & ſeq. Tertiumdecimum. cui praeſt Julianus Tolet. Primas 306. XI. Quartumdecimum, cui praeſt idem Primas Ibid. num fuerit Nationale 420. X. Quintumdecimum. 307. XII. Sextumdecimum, celebrari non poterat niſi in Siſberti locum ſufficeretur alius Primas. 298. XIV. & ſeqq. Idcirco creatur Felix, qui Hiſpalenſis erat Metropolita. 307. XII. 312. XXII.
Concilium Toleti habitum anno 597. fuit Nationale 340. XXI. & ſeqq.
Concilium Toleti celebratum anno 610. emendandi cauſa Euphemii modeſtiam Toletanis Præſulibus damnoſam 82. XXII. & ſeq. 272. XXII. & ſeq.
Congregationes Eccleſiarum Hiſpaniæ agnoſcunt Tolet. Primatum. 557. II. & ſeqq. 586. XXI.
Conſtantinop. Patriachatus quando inſtitutus. 51. X. & ſeq. Bellarm. Baron. Spondani &c. opinio de eodem. Ibi. Prima ſedes poſt Romanam. 54. XVII. & ſeqq. Hujus Eccleſiæ Præſul quando vere cœpit eſſe Patriarcha 369. I.
Conſtantinus Imperator non venit in Hiſpaniam 4. Imperii anno ut falſo traditur. 261. III.
Cordubenſis Eccleſia Suffraganea olim erat Toletanæ 133. X. Non Hiſpalenſis, ut falſo tradit Memoriale. 505. VII. Eadem petit confirmationem ſui Præſulis a Tolet. Primate. 554. XV. Agnoſcit Primatum Toletanum 570. VI.
Cariolanus Fr. Franciſcus Longus quid ſentit de Concilio Toleti habito anno 610. 274. XXV.
S. Chryſoſtomus Cplitanus Patriarcha Eudoxiæ odiis e ſede ejectus 336. XIII. Ad Innoc. I. appellat, & reſtituitur. Ibi. ejus obitus. Ibi. Vide Depoſitio.
Chriſtianus Lupus. 599. XIII.
Chriſtus eſt nobis exemplum, quando conviciis laceſſimur. 10. XVI.
Critici improbantur. 9. XIII. quam cauti eſſe debent. 34. I.
Crux elata per alienas Provincias eſt inſigne Primatus. 19. VIII. 430. VII. 434. XIV. 436. XVIII. 440. XXV. & ſeq.

D

DAcianus Præſes Diocletiani & Maximiani in Hiſpania ubi poſuerit ſuam ſedem. 482. XIII.
Decima ex antiquo documento erant juris Regum Catholicorum. 135. XV.
Decretales ante Siricium Apochryphæ ab Hæreticis, & Criticis habentur. 8. XII. 46. I. Num vere ſint Apochryphæ. 47. II. verſutia Hæreticorum eas corrupit. Ibi. Non ſunt dicendæ Apochryphæ. 48. IV. & ſeq. Franciſcus Turrianus pro iis pugnat. 49. VI. Concil. Vaſenſe, D. Leo, Gelaſius &c. iis utuntur. 50. VIII. In gratiam Hiſpalenſis ablegantur ab hoc opere. 163. XIII.
Decretum Gundimari Regis pro Toletano Primatu. 281. XII. & ſeqq.
Defenſores, qui olim fuerint, eorumque munus. 108. XXXVII.
Delphinus, & Phitadius Epiſcopi 486. XX.
Depoſitionis cauſæ in Hiſpania ad Nationales Synodos ex conſuetudine pertinebant 334. X. 339. XIX. licet eædem ſemper ſpectarint ad ſummum Pontificem. 335. XI. & ſeq. Depoſitionum exempla 336. XII. & ſeqq.
Depoſitio Cordubenſis Epiſcopi delata ad Archiep. Tolet. evincit ejus Primatum. 342. XXIV. & ſeq.
Dertuſenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum. 583. XV.
Deſcenſio & Apparitio quid differant inter ſe 144. XII.
Deſcenſio B. M. Virginis Toletum. Vide Maria.
Em. Didacus de Aſtorga, & Ceſpedes Toletanus Primas 471. XL. literas accipit a Ludovico XV. Gallorum Rege. 472. XLI.

Dida-

Didacus Fonſeca teſtatur deſcenſ. B. M. V. Toletum. 148. XXIII.

Didacus Gelmirez Compoſtellanus Archiepiſcopus falſo dicitur præfuiſſe Palentino Concilio. 496. IX. & ſeqq.

Didacus de Saavedra de Euphemii ſubſcriptione; quantum detrimenti attulerit ſucceſſoribus Tolet. Præſulibus. 272. XXIII. de duobus Conciliis ob id celebratis. Ibid. Hiſpanice reddit Decretum Gundimari Regis. 283. XIV.

Diœceſis olim erat quod hodie dicimus Regnum. 327. XXVIII. 598. IX.

Diploma Philippi V. Regis Catholici pro Toletano Primate. 24. IV.

Diſciplina Eccleſiaſtica Hiſpaniarum antiqua. 319. X. & ſeqq. quando vigere cœpit. 322. XVII.

Dominationis titulus tribuitur Præſulibus Hiſpan. excepto Arch. Tolet. 25. VI.

D. Dominicus de Buſtamante Canonicus curator Eccleſiæ Toletanæ in Urbe Roma. 29. XI. Laudatur ejus ſollicitudo occaſione competentiæ Curatoris Eccl. Hiſpalenſis. 31. XIII.

Dux imprudens reprehenditur.. 7. XI.

E

Eccleſia Corpus Chriſti myſticum, & ejus deſcriptio. 197. IV. ejus adminiſtratio primis ſeculis. 158. III. & ſeq. ejus diſciplina & ordo. 604. XX. In ea ſeculares Principes nullum jus habent. 160. VII.

Eccleſia Epheſina quando & a quo fundata 41. XII. & ſeqq. ante reditum D. Pauli non fuit amplexa Catholicam fidem. 42. XV. Ejuſdem Epiſcopus ſicut Cæſarienſis, & Heraclienſis quare Autocephali dicerentur. 72. III.

Eccleſia, & Hoſpitalis S. Jacobi Romæ 29. XI.

Eccleſia Toletana quam officioſa in Hiſpalenſem. 16. V. 564. XIX. exercet jura Primatus in Hiſpal. Diœceſi 18. VIII. ejuſdem Laus 33. XV. 508. XIII. 608. XXV. & ſeq. ab Honorio II. Propria, & ſpecialis filia Apoſtolicæ Sedis nuncupata 195. I. ſemper fuit Metropolis 87. V. Quot olim habuit Suffraganeas. 262. IV. & ſeq. certe alias Metropoles numero ſuffraganearum longe anteivit. 607. XXV. hodie non habet tot Suffraganeas ſicuti & aliæ Metropoles 544. XXXI. In ejus Cappella ſervatur lapis B. M. V. veſtigiis ſignatus. 152. XXXIII. Eadem Eccleſia vacans retinet jus Primatus. 390. XVIII. & ſeqq. ejuſdem Procuratores in Congreſſibus ſemper præſederunt aliis aliarum Eccleſiarum Procuratoribus 391. XX. & ſeqq.

Eccleſiæ Hiſpaniarum multas paſſæ ſunt mutationes. 135. XIV. hodie novos habent fines novoſque Suffraganeos 542. XXVIII.

Eccleſia Regnorum Caſtellæ & Legionis nunquam detrectarunt Toletanum Primatum. 32. XIV.

Eleonora Procuratrix Regni Hiſpaniarum pro Henrico I. 369. XV.

Eleuterius Pp. altero Eccl. ſeculo mittit Fugatium; & Damianum ad Lucium Angliæ Regem ut Catholicam Fidem in ejus Regno inſtituant. 65. XIV.

Elipandus Archiep. Toletanus Eminentiſs. appellatur. 27. VII. Ejus erronea opinio 384. V. Saracenorum tempore jus Primatis exercet 540. XXII.

Emeritenſe Concilium 493. II.

Eminentiæ titulus tributus Archiep. Tolet. 27. VII. Et ex Decreto Urbani VIII. Cardinalibus. Ibid.

Emmanuel Portugalliæ Rex Toletanum Primatum bis teſtatur. 473. XLIII.

Emmanuel Schelſtratius de Africana Eccleſia quid ſentiat. 596. VI.

Epiſcopi abſque Metropolitarum aſſenſu non poterant conſecrari 280. X. Ordinatione antiquiores anteibant ipſos Metropolitas ſedendo, & ſubſcribendo. 295. VII. Eorum præſentatio ſeu nominatio juris Regii eſt, confirmatio autem ad ſummum Pontificem ſpectat; 309. XV. olim ſecus erat. Ibi. Eorum cauſa in prima inſtantia ad Metropolitam, in ſecunda ad Primatem & ejus Concilium deferebantur. 320. XIV. Qui eorum depoſiti non appellabant, vitam pœnitentium agebant. 336. XV.

Epiſcoporum Hiſpaniæ antiqua electio 550. VIII. Electi jurejurando pollicebantur obedientiam Toletano Primati. Ibid. Niſi ab eodem cofirmarentur ſuarum Sedium poſſeſſionem inire non poterant 552. XI. Eorum exempla multa uſque ad pag. 555.

Ervigii Regis Gothi conſtitutum pro Tolet. Archiep. 60. V.

Eugenius III. confirmat Toletanum Primatum 198. VI. ejuſdem reſcripta decem pro eodem Primatu. 201. X.

Euge-

Digitized by Google

Eugenii IV. dictum in laudem Alphonſi Carthaginenſis Burgorum Epiſcopi. 435. XV.

Exarchatus quid eſſet apud antiquos. 40. XI.

Excuſatum in Hiſpania quid ſit. 27. VIII.

F

Felix ab Hiſpalenſi Sede ad Toletanam tranſlatus poſt Sisberti depoſitionem Concilio Tol. XVI. *licet junior Metropolitis aliis praeſit, tanquam Primas*. 296. IX. *Idem teſtatur D. Julianum prædeceſſorem ſuum fuiſſe Primatem*. 532. XI.

S. Ferdinandus III. Rex Catholicus componit litem inter Madritum, & Segoviam. 370. XVI. *Hiſpalenſem urbem Mauris eripit*. *Ibid.* XVIII. 390. XVII. *Ejus Sedis Archiepiſcopum creat Philippum Filium Infantem*. *ibid. Tria ejus monumenta Toletanum Primatum teſtantia*. 454. VIII. *& ſeqq.*

Ferdinandus IV. *Primatum teſtatur monumentis*. 457. XIII.

Ferdinandus V. fil. & heres Joannis Aragonia Regis ſuccedit Henrico IV. in Caſtellæ Regno 462. XXIII. *Teſtatur Primatum Tolet. Ibidem. Commendat Cardinali Senogalliæ duos Franciſcos Semenum, & Rogium, quos ab Julio II. in Apoſtolicum cœtum cooptari cupiebat*. 463. XXIV. *bellum ſuſcipit in Ludovicum XII. Gallorum Regem, quia fovet Conciliabulum Piſanum contra Pontificem*. *ibi.* XXV. *Archiepiſcopum Tol. Regni Curatorem teſtamento deſignat*. 464. XXVI.

Fidelis Abbas negat ſequi velle erroneam Elipandi opinionem 384. IV.

Flecherius Nemauſenſis Epiſcopus teſtatur Tolet. Primatum. 427. XIX.

Fontiduefia Hiſpaniæ locus, ubi Congreſſus eſt habitus Hiſp. 428. XXI.

S. Franciſcus Gonzaga, ejus elogium 171. XIX. *opinio de Tol. Prim. ibid.*

Franciſci Hieronymi Symonis cauſa agitur pro eodem in ſacras Diptychas, deinde in Sanctorum album referendo. 581. IX.

Fr. Franciſcus Semenus Ciſnerius Card. jura Toletani Primatis ſemper & ubique exercet. 436. XVIII. 440. XXV. *& ſeq.*

P. Franciſcus Turrianus Soc. Je. defendit

Decretales ante Siricium 8. XII.

Ill. Franciſcus de Valero, & Loſa Toletanus Primas 469. XXXV. 471. XXXIX.

G

Gaditana Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum. 576. XXVIII.

Gallicana Eccleſia quam antiqua 62. IX.

Garſias de Loayſa Cardinalis Archiepiſc. Hiſpalenſis cedit loco Toletano Primati. 19. VIII. 438. XXII. 504. VII. *ejus elogium* 174. XXV. *Fit Toletanus Archiepiſcopus. ibid. obit ſupremum diem. ibid.*

Garſias Segontinus Epiſcopus agnoſcit Primatem Toletanum, petitque ab eodem confirmari. 553. XIII.

Gelaſius II. ad Primatem Tol. dat literas. 443. III.

Gerundæ, & Orgelii Diœceſes habent in Galliis multa oppida. 535. XV.

Giennenſis Epiſcopatus eſt poſterior invaſione Maurica in Hiſpania 128. IV. *eò tranſlatus eſt Biatia. ibid. erat Toleto ſubjectus* 129. V. *Sanctii Regis monumentum id affirmans. ibid. non Hiſpalenſi ut Mem. falſo tradit*. 505. VII. *Idem agnoſcit Toletanum Primatum*. 551. IX. *& ſeq.* 572. XV.

Gloria Beatorum quid ſit. 143. X.

Goliath ſuperbus ad inermi paſtore victus. 7. XI.

Gothi. Horum tempore quot Sedes Epiſcopales in Hiſpania. 60. IV. *Fidem amplexi laudantur a S. Gregorio M.* 106. XXXV. *multa ad Eccl. juriſdictionem ſpectantia exercuerint* 136. XVI. *Non ſequebantur leges Romanorum* 326. XXVI. *immo eorumdem erant æmuli*. 401. XIV. *donec iidem in Hiſpania perſtitere Toletanus Primatus viguit*. 332. VIII. *& ſeq. Ritus creandi eorum Reges*. 401. XIV.

Granatenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum. 567. XXV.

Granatenſis Victoria de Mauris inſignis 435. XVII.

S. Gregorius dat literas ad S. Leandrum Arch. Hiſpal. 106. XXXIV. *item ad Reccaredum Regem Catholicum. ibid.*

S. Gregorius VII. aſcendit ad Petri Cathedram 515. XXIII. *in epiſtola ad Alphonſum VI. teſta-*

teſtatur ſeptem Epiſcopos Romæ miſſos eſſe in Hiſpaniam a SS. Petro, & Paulo, ejus Eccleſiæ fundandæ cauſa 595. IV.

Gregorius IX. ſucceſſor Honorii III. 212. XVIII. & ſeq.

S. Gregorius Nazianzenus, & ejus ſententia 542. XXVII. alia 547. II.

Grimaldus Marchio & ejus literæ Romam pro Tolet. Primatu. 29. X.

Guadicenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum 573. XIV.

Guevara Cardinalis Archiep. Hiſpalenſis 563. XVI.

Guillelmus Berveregius hæreticus Romano Pontifici & Eccleſiæ infenſiſſimus hoſtis. 114. VIII.

Gundimari Regis tempore Concilium pro Toletano Primatu 82. XXII. & ſeq. 272. XXII. & ſeq.

Gundiſalvus Archiep. Toletanus ab injuriis in Memor. ſibi inlatis vindicatur. 128. IV. Idem 367. XI.

Gundiſalvus Diez Palomeque Archiep. Toletanus jura Primatis exercet 430. IX. in obſequium Petri de Burgos Epiſcopi Burgenſis per ejus Diœceſim non exercet, conteſtata tamen denunciatione, ne Toletanæ dignitati detrimentum afferat. ibid.

H

HÆretici male accipiunt Pauli Apoſtoli verba ut Petri Primatum negent. 302. III. Honorii Pp. nomen audaciſſime inter Hereticos percenſent damnatos in Conc. Oecum. V. 47. III. Eorumdẽ ſcripta perverſa abhorrenda 113. VI. auctoritas non adhibenda, niſi confutanda eſſet. ibid. Salmeronis ſententia de iiſdem. 114. VII.

Hector Metropolis Carthaginenſis Epiſcopus non erat Metropolita. 241. V. & ſeq. ejuſdem ſubſcriptio mendoſa 251. XXII.

Heladius fuiſſe Patriarcha ſeu Primas Hiſpaniæ videtur, quia Cordubenſis Epiſcopi depoſitio eidem permittitur a D. Iſidoro. 315. I. 327. XXVII. & ſeqq. 532. XI. 536. XVIII.

Henricus I. teſtatur Toletanum Primatum. 454. VII.

Henricus II. dat documenta idem adſtruentia 460. XVIII.

Henricus III. fatetur Tolet. Prim. 461. XX.

Henricus IV. idem monumentis teſtatur. 461. XXII.

Henricus Spondanus de Hieroſolym. Patriarchatus fundatione 52. XIII. teſtatur deſcenſum B. M. V. Toletum. 152. XXXII.

S. Hermenegildus pro Catholica Fide pugnans a Patre Leovigildo ſuperatur. 248. XVIII.

Hierarchia Eccleſiæ quomodo ſe haberet D. Iſidori tempore 322. XVIII. Eadem tum antiqua, tum nova. 595. V.

S. Hieronymi ſententia de Aſiæ Eccleſiis & earum fundatione. 44. XIX. & ſeqq. ejuſdem dictum in ſatyricos 507. XI. aliud 542. XXVII. contra Luciferianos 544. XXXII.

Hieroſolymorum Patriarchatus quando inſtitutus 51. X. & ſeq. Ejuſdem urbis excidium 400. XII. Metropolitica dignitas Cæſaream advecta, quo & Laicalis translata erat a Veſpaſiano, & Tito. ibid.

Himerius Tarraconenſis Metropolita 486. XX.

Hiſpalenſe Concilium 352. X.

Hiſpalenſis Archiepiſcopus creatur Vicarius Apoſtolicus in Bætica, & Luſitania 102. XXVI. ejus laus 105. XXXIII. 508. XII. & ſeq.

Hiſpalenſis Audientia, & ejus factum audax in Toletanum Primatem. 468. XXXIV.

Hiſpalenſis Eccleſia laudatur 105. XXXIII. 210. XIV. 508. XII. & ſeq. erepta e Maurorum manibus a S. Ferdinando Tertio. 15. III. 390. XVII. Diplomate Pontificio declaratur ſubjecta Toletano Primatui 18. VI. Honorius Diplomate eamdem adigit Primatum agnoſcere, quum primum e Maurorum ſervitio emerſerit 137. XVIII. 209. XI. & ſeqq. Fit Metropolis efflagitatu S. Ferdinandi III. & Alphonſi Sapientis 134. XII. 137. XVII. Agnoſcit Primatum Toletanum 19. VIII. 561. XII. & ſeqq. Eadem hodie detrectat Primatum. 22. I. 564. XVIII. & Patriarchalis Titulum ſibi uſurpat. 565. XXI. ejus Curator Romæ a Rege Catholico admonetur deſiſtere a competentia cum Toletana Primatiali. 29. XI. ejuſdem epiſtola ad Clementem XI. pro acceptatione Bullæ Unigenitus. 113. VI. Negat aliquam memorialis partem eſſe ſuam 509. XIV. pauciores hodie Suffraganeas habet quam antea. 542. XXVIII.

Hiſpani quam reverentes in Apoſtolicam Sedem. 398. V.

Hono-

Digitized by Google

Honorius Imperator Arelatem inſtituit Metropolim civilem 481. XI.

Hugo Abbas Cluniacenſis quando floruit 502. II. *ejus conditio* 503. IV. *dat Commendatitias Bernardo Archiep. Toletano Romam*. 524. XL. & *ſeq.*

I

Jacobatius Cardinalis quando floruit 441. XXVIII.

Januarius Malacitanus Epiſcopus depoſitus 107. XXXVII. 325. XXIV. 336. XIV. 348. II. *A quo depoſitus ſit* 108. XXXIX. 349. III. & *ſeqq.* 351. IX. *appellat ad S. Gregorium* 348. II. *Reſtituitur*. 109. XXXIX. 351. VII. & *ſeq. quam iniqua ejus depoſitio* 354. XIV.

Jeruſalem a Veſpaſ. axciſa, readificatur paulo diſſito in loco. 245. XIII.

S. Ildephonſus donatur ſacerdotali veſte a B. V. 144. XIII. & *ſeqq.*

Illyberitanum Concilium quando celebratum 260. II. 482. XII. 597. VIII. 601. XVI. *Quid in eo factum* 481. XII. *Patres mentionem habent Primatis Hiſpaniæ* 601. XVI. *Quare extra Toletum celebratur*. *ibid.*

Illuſtriſſimæ Dominationis titulus ex Decreto Philippi II. & III. nulli tribui poterat præterquam Cardinalibus, & *Archiep. Toletano*. 26. VII.

Immunitas Eccleſiaſtica violata 571. XII. & *ſeq.*

Imperatorum aſſenſus non fuit neceſſarius in Pallii collatione 101. XXV.

Innocentii I. *Epiſtola* 540. XXIV.

Innocentii III. *litera ad Toletanum Primatem* 445. VIII.

Innocentius XIII. *antequam fieret Pontifex Toleto tranſit*, *viſitque lapidem Veſtigiis M. V. impreſſum*. 152, XXXIII. *Concedit rem divinam* & *Feſtum diem S. Fulgentii Carthaginenſis Epiſcopi* 247. XVI. *Ejuſdem mentio* 537. XIX.

Inquiſitio Hiſpaniæ quam ſollicita expultrix vitiorum, & *Catholicæ Fidei cuſtos* 111. I. *non patitur minimam hæreticorum laudem in libris*. 112. IV. & *ſeq.*

Inſtantia partis quam diſcrepet a motu proprio. 211. XV.

S. Joannes quando migravit Epheſum 41. XI. 44. XIX. *non eſt fundator Eccleſiarum Aſiæ*. *ibi*.

Joannes Abbas ab Agathone Pontifice in Angliam miſſus ad cognoſcendam eam Eccleſiam 64. XIII.

Joannes Contrerius Archiep. Tolet. ſemper obit munia Primatis 432. XI. *Baſilienſi adeſt Concilio*. *ib.* XII. 447. XIII. & *ſeqq. erat Præſes totius Hiſpaniæ* 448. XVI. *Joanni* II. *ſe comitem dat in Granatenſi conflictu*. 432. XII.

Joannes Defenſor in Hiſpaniam. 107. XXXVII. 325. XXIV. & *ſeqq. Legatus S. Gregorii M. in cauſa Januarii* 348. II. *Gregorium admonet innocentiam depoſiti Januarii*, & *Stephani*, *eoſdemque ab ſe reſtitutos damnatis qui depoſuerant*. 351. VII. & *ſeq. S. Gregorii ad eumdem inſtructio* 357. XVIII.

Joannes I. *Rex Caſtellæ conventum celebrat Segoviæ* 460. XIX. *Primatum fatetur*. *ibi*. 432. XI. *Æram abolet*, *ibi*. 478. XXXV.

Joannes II. *decretum edit de Toletano Primate ab omnibus agnoſcendo* 218. I. & *ſeqq.* 461. XXI. *ejus literæ ad Hiſpan. Præſules* 226. X. & *ſeqq. omnes obtemperant Regis mandatis* 232. XV.

Joannes II. Rex Aragoniæ teſtatur Toletanum Primatum 469. XXXVI.

Joannes Infans Aragoniæ Toletanam Sedem cum Tarraconenſi permutat, & *quare* 430. VIII.

Joannes Martinez Siliceus Cardinalis laudatur 176. XXX.

Joannes Rex Navarræ Primatum Toletanum agnoſcit. 470. XXXVII.

Joannes Hiſpaniæ Primas 367. XI.

Jobi ſententia 549. VI. *alia* 550. VII. *alia* 587. XXI.

Joſeph Carvallido Canonicus Toletanus honorifice accipitur a Majoricenſi Capitulo. 582. XII.

Iſabella Imperatrix moritur 440. XXIV.

S. Iſidorus confirmat decretum Gundimari Regis, 282. XIII. *Permittit Epiſcopum deponendum D. Heladio Tolet. Archiep.* 321. XVI. & *ſeqq.* 532. XI. 602. XVII. *Eccleſiaſticæ diſciplinæ non erat ignarus* 325. XXIV. *falſo accuſatur depoſitionis Januarii*, & *Stephani*. 349. IV.

Judex à quo; & ad quem 330. II. *quid ſpectare debeat ante judicium* 541. XXVI. *quis poſſit dici rectus* 588. XXIV.

Juris U. regula eſt non negare quod ſemel

mel placuit. 587. XXIII.

Juſtiniani lex de appellationibus Epiſcoporum 326. XXV. *ejuſdem ſententia* 589. XXVII.

Juſtitiæ defenſores propitium habent Deum 9. XV.

L

LAaureacenſis Archiepiſc. tempore Symmachi Papæ 66. XVI.

S. Leander Archiep. Hiſpalenſis Pallium obtinet a S. Gregorio 97. XIX. *Num ante S. Leandri Pallium, ejus uſus in Hiſpania exiſteret & in aliis Occidentis Provinciis* 99. XXI. *& ſeqq. Cum Pallio non obtinuit Vices Pontificias* 493. III. *nec fuit unquam Vicarius Apoſtolicus* 106. XXXIV. *& ſeqq.* 331. III. *falſo accuſatur depoſitionis Januarii, & Stephani*. 349. IV. *præeſt Concilio Toletano* III. *& quare* 484. XVII.

Legati Summi Pontificis erant duplicis generis 80. XIX. *& ſeq.* 162. XI. *Præſidebant Conciliis* 162. X. *Eorum aliquot in Hiſpania* 331. III. *eorum dignitas eſt perſonalis* 382. I. *auctoritate præeunt Patriarchis, & Primatibus* 485. XVIII. *etiamſi eſſent merè Presbyteri, aut Diaconi*. *ibi*. XIX. 498. XIV.

Legionenſe Concilium anno 1091. *celebratum cui præeſt Archiep. Toletanus* 387. X.

Legionenſis Eccleſia agnoſcit Tol. Primatum. 567. XXVI.

Leo I. *non probat privilegia Conſtantinopolitano Patriarchæ conceſſa in duobus Oecumenicis conciliis* 51. X.

Leocadia, & ejus apparitio 150. XXVI. *& ſeq.* 152. XXXII.

Leovigildus Gothorum Rex Theodoſiam Severiani filiam uxorem habuit 246. XIV. *Contra fil. Hermenegildum pugnat pro Ariana hæreſi, & ſuperior evadit* 248. XVIII. *quando inauguratus fuit* 483. XVI. *Toletum inſtituit Sedem Regni*. *ibi*.

Libellatici Epiſcopi quinam eſſent 336. XIV.

Licinianus Præſul Carthaginenſis Conſtantinopoli occumbit veneno, ut traditur, ſublatus 246. XV. *eo petitum jerat auxilium Hermenegildo*. 248. XVIII. *ejus epiſtola ad S. Gregorium* 249. XX. *non fuit Titularis Epiſcopus* 250. *ib. variis ex ejus epiſtolis agnoſcitur*. *ibi*.

S. Lucæ ſententia 532. X.

Lucenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum 572. XIII.

Luciferiani 545. XXXII.

Lucretia Romanæ factum reprehenditur. 509. XIV.

Ludovicus I. Caſtellæ Rex Torquem accipit Ordinis S. Spiritus a Toletano Primate 469. XXXV.

Ludovicus XIV. *Gallorum Rex agnoſcit Toletanum Primatum* 471. IXL.

Ludovicus item XV. 471. XL.

Ludovici Thomaſſini locus explicatur de Rhoderico Toletano Archiepiſcopo 211. XVI. *& ſeqq.*

M

MAdriti habentur Congregationes Eccleſiarum Hiſpaniæ 557. II. 560. VIII. *& ſeq.*

Majoricenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum. 582. XII.

Malacitana Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 571. XI.

Manuſcripta celeberrima Toletanum, Ovetenſe, Lucenſe, & Hiſpalenſe recentius 265. IX. *Eadem cum aliis in Excurialis Bibliotheca collata ſimillima ſunt reperta*. *ibi*. *MS. aliud Itacii*. *ibi*.

Manuſcripta diviſionum Diœceſeon Hiſpaniæ 535. XVI. *& ſeq.*

Mapalium exemplum ad Eccleſiaſticam Hierarchiam explicandam 323. XX.

Marca Petrus Archiep. Pariſienſis; ejus ingenium, dignitates, opera. 23. II. *ejus vitium* 267. XIII. *Senior negat, quod affirmaverat junior* 290. XXXI. 332. VI. *ejus opinio de Primatu non arridet* 599. XII.

Marcus Papa dat uſum Pallii Epiſcopo Oſtienſi 90. IX. 93. XIII.

Marcus Antonius de Dominis Apoſtata dat Imperatoribus poteſtatem ſpiritualem. 400. X.

Maria Virgo nunquam ſe contulit Epheſum 41. XIII. *& ſeqq. ejus deſcenſio Toletanam in Eccleſiam*. 140. II. *& ſeq. quæ res in dubium revocata ab auctore Memorialis, multis auctoritatibus adſtruitur per ſeqq. paragr.*

Mariana de deſcenſione B. M. V. 145. XIV. *arguitur circa Legationem Joannis Contreriis Tolet. Archiep.* 434. XIII. *item circa legat. Didaci Gelmirez Compoſtellani*

ni Archiepiſc. 495. V. *& ſeqq.*

Martini V. diploma pro Tolet. Primatu 216. XXVI. *alia ejuſdem Pontificis* 445. IX. *& ſeqq.*

Martinus Hiſpaniæ Primas 367. XI. 445. VII.

Mauri quando invaſerint Hiſpaniam 59. II. *Afri Cordubenſibus bellum inferunt, ac vincuntur* 366. VIII. *profligati ab Alphonſo VIII. in pugna Marianorum Montium* de las Navas *nuncup.* 367. XI.

Mediolanenſis Archiepiſcopi antiquitas 66. XVI.

Medius Rationarius 571. IX.

Memoriale nomine Eccleſiæ Hiſpalenſis inſcriptum 1. I. *& ſeqq. cur factum evulgatumque* 22. II. *& ſeqq. derivatum e diſſertatione Petri Marca de Lugdun. Prim.* 23. II. *ſiniſtra ejus opinio de Tol. Primatu* 32. XIV. *de Archiepiſcopi nomine* 59. I. *ejuſdem judicium* 82. XXII. *repugnantes doctrinæ per totum cap. 7. Hæreticis nimis ſavet* 111. II. *& ſeqq. Summos Pontifices, Reges Catholicos &c. accuſat acceptionis perſonarum.* 117. XVI. *& ſeqq. non eſt adjudicandum Eccl. Hiſpalenſi* 134. XI. *confutatur ubi tradit urbes Provinciæ cognomines eſſe Metropoles* 288. XXVI. *Ejuſdem repugnantia in cauſis depoſitionis* 338. XVII. *& ſeq. alia circa Concil. V. Toletanum* 345. XXX. *ejuſdem anachroniſmus apertus* 428. V. *Objectiones & irreverentia in Summum Pontificem.* 501. I. *& ſeqq. Satyricon appellari debet.* 506. X. *propria in ipſum arma retorquentur.* 520. XXXII. *addit ex ſua theca Urbani II. Bullæ quod facit ad rem ſuam.* 529. VI. *Negat ullam Hiſpan. Eccleſiam agnoviſſe Primatum* 547. III. *ſolitum delinquere ideoque indignum fide.* 548. IV. *ſcriptum eſt inſpectatis Annalibus, Archivis Hiſpan. &c.* 549. VII.

Metropoles Hiſpaniæ quot, & quam antiquæ 260. II. *& ſeq. falſa eſt eorum opinio, qui Narbonenſem inter Hiſpanas recenſent Conſtantini ævo.* 361. III. *earum antiquæ diviſiones.* 260. II. *& ſeqq.*

Metropolitæ quando primum inſtituti ex bær. Berveregii mente 85. I. *eadem opinio confutatur.* 86. III. *quibus in urbibus primi inſtituti* 88. V. *antiqua eorum poteſtas nihil eſt imminuta* 100. XXII. *& ſeq. eorum munera* 253. XXV. *& ſeqq. ridicula Memor. opinio eoſdem in Hiſpania fuiſſe, & non fuiſſe ante ſextum ſeculum* 267. XII. *Omnes Hiſpan. Metropolitæ cum Suffraganeis* 22. *confirmant Toletum fuiſſe ſemper Metropolim Carthaginenſis Provinciæ* 282. XIII. 286. XXIII. *ſolebant olim deferre locum antiquiori* 295. VII. 301. II. *& ſeqq.* 601. XVI. *rejicitur Memorialis doctrina, quod conſueverit ab uno Metropolita ad alium appellari* 343. XXVI. *Iiſdem licet antiquioribus præire indicium eſt Primatus.* 313. XXII. *eorum auctoritas a nullo ſuperatur præter quam a Primate, & Legato a latere* 331. III. *erant in Hiſpania Siricii tempore* 488. XXIV.

Migetiana Hæreſis de celebratione Paſchatis a Toletano Primate in Synodo damnatur. 384. IV.

Millones. Ditio Eccleſiaſtica eximitur ab eorum ſolutione 585. XIX.

Mindonienſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 575. XXV.

Myſticum Eccleſiæ corpus cum mortali comparatum. 54. XVI.

Monaſterium SS. Coſmæ & Damiani prope Burgos 353. XII.

Monaſterium S. Facundi Colonia Cluniacenſis 502. III. *vide Alphonſus VI., & Bernardus.*

Monothelitarum hæreſis damnata 419. IX.

Montanus Tolet. Archiep. præeſt Concilio Toletano II. 267. XIV. *Miraculum facit vivens* 269. XVII. *fuit Metropolita habuitque Suffraganeum Palentinum. ibi. quando gubernabat Toletanam Eccleſiam* 411. XI. *erat certe Primas. ibi. Ejus literæ ad Turibium Epiſcopum* 413. XV.

Morinus Joannes: ejus exercitationes de Patriarch. & Primat. origine 333. VII. *de origine, progreſſu, inſtauratione Toletani Primatus. ibi.* VIII. *quid de eodem ſentit* 520. XXXII.

Motu proprio factæ Bullæ quanti roboris ſint 138. XIX. *& ſeq.* 211. XIV. *& ſeqq.* 214. XXII.

Mozarabes quinam ſint 523. XXXIX.

Muzmithes Saracenorum Rex victus 366. VII. *& ſeq.*

quidquid aliis ſecus videatur. 408. IV. & ſeqq. 479. VII.

Paulus Apoſtolus cum Judæis diſputat Epheſi. 42. XV. In eadem urbe Miraculis claret contra nitente Demetrio 43. XVII.

Perduellio in Hiſpan. eſt cauſa depoſitionis. 298. XIII.

Petrus & Paulus phyſicam & realem Chriſti apparitionem habuerunt. 142. VI.

P. Petrus Caniſius teſtatur deſcens. B. M. V. Toletum 147. XIX.

Petrus Gonzalez Mendotius Arch. Tolet. jura Primatus exercet per Diœceſim Hiſpal. 19. VIII. tota Hiſpania, & in Gallia Narbonenſi 435. XVI. ejus teſtamentum ibi. XVII. antequam crearetur Tolet. Primas Toletano Alphonſo Carrillio licet non Cardinali loco ceſſit in Congreſſu ad Fontidueña habito 438. XXI.

Petrus de Luna, & ejus ſucceſſor Ægidius de Muñio Antipapa quod Schiſma Martinus V. componit. 445. IX.

Petrus Medina teſtatur deſcenſum B. M. V. 145. XIV.

Petrus Notarius Regionarius 419. IX.

P. Petrus Spinelli teſtatur deſcenſ. B. M. V. 147. XX.

Petrus Rex monumentis teſtatur Toletanum Primatum. 375. XXVI. 459. XVII. ejus obitus ibi. XVIII.

Petrus Tenorius Arch. Tolet. munia Primatis exercet per Burgenſem Diœceſim. 432. X.

Philippus II. 26. VII. ejus decretum pro Archiep. Toletano. ibi. ejuſdem Pragmatica ſanctio 466. XXIX.

Philippus III. 26. VII. 174. XXV. ejus Decretum pro Archiep. Toletano. ibi. ejus Pragmatica ſanctio 466. XXX.

Philippus IV. teſtatur Toletanum Primatum 467. XXXI.

Philippus V. Diplomate Toletanum Primatum tuetur. 3. V. ejus Decretum pro Toletana Eccleſia 27. VIII. auxilium petit a Clero pro Regno Catholico ſervando. 446. XI. teſtatur Toletanum Primatum. 467. XXXII.

Philippus Infans Archiepiſcopatu Hiſpalenſi ſe abdicat, & quare 429. VI.

Philippus de Taſſis generalis Præfectus Sacræ Cruciatæ 563. XVII.

Phitadius, qui Concilio Cæſarauguſtano præfuit num Archiepiſcopus Toletanus fuerit. 485. XX.

Placentina Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 569. III.

Pontifex Romanus primis Eccleſiæ ſeculis Patriarchas & Autocephalos Præſules monebat aſſumtionem ſuam 53. XIV. utrum errare poſſit in rebus de facto 186. IV. non poteſt labi in hæreſim neque ut privatus homo 318. XIX. ſupremam habet poteſtatem in Patriarchas, Metropolitas &c. 543. XXIX.

Portocarrerius Cardinalis Primas Toletanus 446. XII.

Potamius Ep. Bracarenſis depoſitus in Concil. X. Toletano 339. XIX.

Præcedentia non eſt attendenda antequam diſciplina Eccleſiæ ſit ſtabilita 302. III. Pauli Apoſtoli auctoritas id adſtruit. ibi.

Primas & Patriarcha idem ſunt 169. XIV. 170. XVIII. habet jus præſidendi Conciliis 296. IX. XI. ab Juſtiniano appellatur Patriarcha & Archiepiſcopus Diœceſeos. 357. XVII. Ejus creatio nihil officit Metropolitis 520. XXXI. & ſeq. ſicuti creatio Legatorum Apoſtolicæ Sedis non minuit illorum Privilegia 522. XXXVI.

Primas Toletanus Metropoles ei ſubjectæ 166. III. ab Hadriano IV. aliiſque Summis Pontificibus tali titulo in Diplomatibus honeſtatur. 207. VII. & ſeq. ejus Privilegia Pontificia Joannes Secundus Rex Catholicus confirmat 219. II. & ſeqq. Jura non cognita a principio. 297. XII. Burgenſis Epiſcopi ſolemne obſequium erga Primatem. 232. XVII. abſque eo non poterat inchoari Concilium Tolet. XVI. creaturque ob id Felix Hiſpal. Arch. 310. XVII. Comicioli teſtimonium de Primate 359. XXI. & ſeq. S. Gregorii aliud 361. XXIV. ei locum cedit Infans Regis frater 370. XVII. Poſt Primatum inſtauratum, iterum Conciliis Nationum præeſt. 387. X. & ſeqq. ſubſcribit primus Diplomata Regia 309. XVI. Catalogus antiquus Toletanorum Primatum. 408. V. In Concilio Tol. XII. magnam auctoritatem obtinet 416. I. & ſeqq. Primas totius Hiſpaniæ appellatur ab Adriano IV. 444. IV.

Primates in Occidente quando cœperint. 331. IV. 334. IX. In Hiſpania extitiſſe Primatem nec Tarraconenſis, nec Bracarenſis Eccleſia dubitat, ſola Hiſpalenſis negat. 202. XI.

Primatus: ejus definitio 160. VIII. eadem convenit

venit Tolet. Primati 238. I. *ejus juriſdictio triplex* . 161. IX. *ejus proprietates quatuor ex Hincmaro Remenſi Archiep.* 407. II.

Primatus Toletanus 333. VIII. *& ſeq.* 383. III. *Saracenorum etiam tempore* . *ibi* . IV. 385. VIII. *& ſeq. ejus origo ex Garſia de Loayſa* 594. II. *Apoſtolicæ inſtitutionis eſſe videtur* 603. XVIII. *ab Joanne* II. *dictus ſplendor Regii Diadematis* . 5. VIII. *inſtauratur a Pontificibus* 158. II. *conceditur Archiepiſcopo præſenti & ſucceſſoribus in perpetuum* . 204. III. *hæret ſedi non perſonæ* . 382. I. *& ſeq.* 394. XXV. *& ſeq. D. Heladii tempore ita erat* . 315. I. *& ſeqq.* 383. II. *Anno DCLXXXI. omnis Hiſpania eum agnoſcit* 166. II. 170. XVI. 173. XXII. *& ſeqq. major tamen eſt ejus antiquitas* 167. V. *& ſeqq. Regiis monumentis adſtruitur* . 364. II. *& ſeqq. uſque ad* 379. *Chindaſuinthes obtinet ab Apoſtolica Sede ut Primatus non ſit in poſterum impeditus ulla Apoſtolica Legatione* 404. XIX. *Tunc Canonice inſtitutus haberi cœpit qui antea conſuetudine innitebatur* 405. XXI. *Reſtituitur qualis erat Gothorum ævo* 516. XXVI. *ejuſdem Primat. teſtes* 590. XXVII.

Principes & eorum dicta . 134. XIII. *Quo jure adminiſtrant res Eccleſiæ* 135. XIII.

Procuratores Eccleſiarum Hiſpaniæ cedunt Toletano . 393. XXIII. *duos Eccleſia Toletana mittit* , *aliæ unum* . *ibidem* . *iidem num duplex ſuffragium habere debeant* 559. VI.

Proficius Emerit . *Archiep.* 493. II.

Proverbium Hiſpanicum nos monet aliena vitia non carpere, quum ſumus aliis vitioſiores . 34. II.

Pythagoræ auctoritas apud antiquos . 36. V.

Q

Quæſtiones magni momenti non ſunt in vulgus emittendæ 544. XXXI.

Quintiliani ſententia de modo legendi auctores . 4. VI. *ejuſdem alia* 593. I.

Quintilianus Mandoſius Toletum cum Roma confert . 607. XXIII.

R

Raymundus Primas Tolet. 195. I. *obit* 366. VIII.

Regaliorum jus turbatum ab Eccleſia Hiſpalenſi Toletana tuetur & firmat Regio Diplomate . 28. IX.

Reges pugnæ avidi niſi legitimas habent cauſas , *fingunt* . 22. I. *ſuis regnis conſulentes Romano Pontifici proponunt novas creandas Metropoles &c.* 543. XXX.

Reges Catholici Toletanum tuentes Primatum audaciſſime in Memoriali reprehenduntur . 126. I. *& ſeq.*

Reivindicatio quid ſit apud Juriſperitos 187. V.

S. Remigius Archiep. Remenſis 62. IX. *Clodoveum baptizat. ibi* . *ejus conſtitutio Dogmatica* , *& teſtamentum* 63. IX. *quandiu rexit Eccleſiam* . *ibi* .

Reſidendi officio non deſunt Epiſcopi qui ob Catholicæ Fidei incrementum ab Sede abſunt . 248. XVIII.

Ribadinera Petrus de M. V. deſcenſu Toletum 144. XIII.

Rituale Romanum auctoritate Pauli V. editum Hiſpania recuſat accipere 569. IV.

Robertus e Cluniacenſi Monaſterio ad S. Facundi fundationem vocatur . 514. XXIII. *Vir fuit iniquus* . *ibi* .

Rhodericus Toletanus Archiep. ab Honorio III. confirmatur Primas . 211. XVI. *& ſeqq. Idem* . 367. XI. *Teſtatur Chindaſuinthem Regem impetraſſe ab Apoſtolica Sede privilegium Toletani Primatus* . 403. XVI. *Idem in conflictu* de las Navas 427. II. *Contra Tarraconenſem tuetur jura Primatus* . *ibi* . III. *obit ante quam Hiſpalis e Maurorum manibus eripiatur* . *ibi* . IV.

S

Salazar Mendotius teſtatur B. M. V. deſcenſum 149. XXV.

Salluſtius fit Vicarius Pontificis 494. IV. 522. XXXVI. *vide Hiſpal. Archiep.*

Salmanticenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum 573. XVI.

P. Salmeron Alphonſus Soc. Je. confutat hæreticos Petri Primatum negantes . 302. III.

Sanctius Infans Aragoniæ Tol. Arch. permeat Hiſpal. Diœceſim excelſa Patriarchali cruce 428. IV.

San-

Sanctius Infans Caſtellæ per Hiſpalenſem Diœceſim præſefert crucem Patriarchalem 427. IV.
Sanctius III. Caſtellæ Rex Toletanum Primatum fatetur monumentis 453. IV.
Sanctii IV. Monumenta deſiderantur, ſed ejuſdem privilegia ſubſcribens Tolet. Archiep. Primatem ſe vocat. 456. XII.
Saraceni Carthaginem Africæ æquant ſolo. 242. VII.
Sardicenſe Concilium non eſt Oecumenicum 71. I. *ſunt qui duo Sardicenſia eſſe credunt. ibi.* II.
Schelſtratius adverſus Berveregium Hæreticum 114. VIII. *& ſeqq.*
Schiſmatis tempore Concilium haberi poteſt, non tamen de Fide definiri 311. XXI. *Schiſma Piſanum S. Bernardi ævo compoſitum* 311. XX. *diriſſimum tempore Petri de Luna* 389. XV. 392. XX.
Schotiſtæ & eorum opinio de præſentia circumſcriptiva 142. VII.
Secretarii habent officii formulam pro Toletano Primate. 467. XXXI.
Segobricenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum 582. XIII. *olim erat Toletanæ Suffraganea. ibi.*
Segontina Eccl. petit confirmationem ſui Præſulis a Toletano Primate 553. XIV. *agnoſcit Tol. Prim.* 571. X.
Segovienſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum. 570. VIII.
Semenus de Luna Archiep. Tarraconenſis ad Tolet. ſedem tranſit. 430. VIII.
Siricii Papæ epiſtola ad Himerium Tarraconenſem Metropolitam 487. XXIII.
Sirmondi auctoritas examinatur 293. IV.
Siſbertus perduellis deponitur 298. XIII. 339. XIX.
Sixtus II. Primatis mentionem habet 598. X. *ejus tempore videtur in Hiſpania Primatus fuiſſe. ibi.*
Stephanus incertæ Sedis Epiſcopus num fuerit Ovetenſis. 348. II. 352. X. *plures eodem tempore in Hiſpania erant ejuſdem nominis. ibi.*
Stephanus Ovetenſis quando floruit 352. X. *dubium, an hic depoſitus fuerit.* 553. XI.
Stephanus, qui cum Januario fuit depoſitus, Gregorium M. habuit vindicem injuriæ tam inſignis. 355. XV.
Strabo deſcribit antiquam Hiſpaniam 35. III. 37. VII. *ejuſdem auctoris verſiones variæ* 39. X. *Quæ verſiones caſtigatæ, quæ non. ibi.*
Subſidium in Hiſpania quid ſit 27. VIII. *Subſidii, & Excuſati prorogatio a Clemente* VIII. 562. XIV. *alia a Paulo Quinto* 563. XVII.
Succeſſiones Regum Caſtellæ ab Alphonſo Sexto 364. III. *& ſeqq.*
Suffraganei Epiſcopi conſecrari non poterant abſque Metropolitæ aſſenſu 256. XXXI.
Summa, ſeu Collectiones Conciliorum & earum Auctores 304. IX.

T

T*Arraco ſub Romanorum poteſtate.* 101. XXV.
Tarraconenſis Archiepiſcopus Vicarius Apoſtolicus ſit ab Horſmiſda in Hiſpania parte 101. XXV. *jubetur ab Honorio III. obſequium præbere Toletano Primati* 201. X. *interdicit Rhoderico incedenti per ſuam Provinciam prævia Patriarchali cruce.* 427. III. *at Gregorius IX. irritum id facit. ibi.*
Tarraconenſe Concilium Provinciale 241. V. 251. XXII.
Tarraconenſis Eccleſia olim contendit de Primatu cum Toletana 18. VI. *agnoſcit Toletanum Primatum* 584. XVII. *litem agit cum ſuo Archiep. ibi. Primatus honorem nullo jure ſibi uſurpat* 585. XVIII.
Tarraconenſis Vicarius Primatum averſans redarguitur audaciæ a Philippo V. 468. XXXIII.
Terulenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 580. VII.
Titulares Epiſcopi quinam ſint, & quomodo poſſeſſionem ineant ſuarum Sedium 244. XI. *Carthaginenſis in Hiſpania non erat Titularis* 243. X.
Tituli in Hiſpaniis non poſſunt conferri præterquam a Rege Catholico 26. VII.
Toletana Eccleſia tempore depoſitionis Januarii vacabat 353. XI. *ejus elogium.* 508. XIII. 609. XXVII. *& ſeqq.*
Toletani Archiepiſcopi gratia utuntur Catholicorum Regum 127. I. *& ſeq. iiſdem in bello adhærere ſemper conſueverunt.* 176. XXVIII. *Conciliis omnibus Nationum poſt* IX. *præfuerunt.* 302. IV. *mere electi præeunt Metropolitis cæteris* 374. XXIV.
Toletum erat Metropolis Carthaginenſis Provinciæ 376. I. *& ſeqq. Gothi appellant Romam*

mam Imperatorum more, qui Byzantium nuncuparant novam Romam 401. XIV. *ſemper fuit Metropolis* 477. I. 481. X. *Daciani Præſidis Sedes* 482. XIV. *Circus Maximus in loco hodie* la vegá *ibi. ambitus ejus mœnium* 483. XV. *Sedes Regia conſtituitur a Leovigildo Rege. ibi.* XVI. *ejus elogium* 605. XXI. *ejuſdem comparatio cum Romana Urbe* 606. XXIII.

S. *Thomas de Villanova de apparitione S. Leocadiæ, & B. M. V. deſcenſu* 149. XXVI. *& ſeqq.*

Thomiſtæ, & eorum opinio de præſentia circumſcriptiva 142. VII.

Tonantius Tolet. Archiep. ſucceſſor Adelphii. 353. XI. *dubium, num martyr in Pannonia occubuerit. ibi.* XII.

Triumphus S. Crucis 427. II.

Tudenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 570. VII.

Turiaſonenſis Diœceſis habet multa oppida in Caſtella & Navarra Provinciis 535. XV.

Turiaſonenſis Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum 579. V.

V

V*Accai qui populi erant in Hiſpania* 38. X.

Valentina Eccleſia hodie eſt Metropolis 543. XXIX.

Valentinum Regnum *agnoſcit Toletanum Primatum* 580. VIII. *& ſeqq.*

Valliſoleti habetur Congregatio Eccleſiarum Hiſpaniæ 560. VII. *Aula ad eam urbem tranſlata erat. ibi. ejus Eccleſia agnoſcit Toletanum Primatum.* 573. XVIII.

Vaſenſe Concilium quando habitum 50. VIII.

Veſpaſianus Jeruſalem diruit. 245. XIII.

Vicarius Apoſtolicus. Vide Pallium.

Viennenſis Epiſcopus fit Metropolita 243. VIII. 543. XXIX.

Vigilius Papa indicit Concil. Cpolitanum II. Oecum. V. 77. XIV.

Urbanus II. Toletanum Primatum inſtaurat. 185. II. *Multa ejus Diplomata pro eodem* 188. VIII. *& ſeqq. ejuſdem & Succeſſorum Reſcripta Primatum confirmantia vindicantur ab objectionibus Memorialis* 199. VIII. *& ſeqq. fuerat Monachus Cluniacenſis.* 503. IV. *agnovit cauſas omnes cur reſtituenda eſſet dignitas antiqua Toletanæ Eccleſiæ.* 524. XLI. *& ſeq. ejus Bulla eſt major omni exceptione.* 541. XXVI.

Urbani III. litera ad Tolet. Primatum 444. VI.

Urraca Regina ſuccedit Alphonſo VI. 451. II. *ejus monumentum teſtans Tolet. Primatum* 452. II.

Utericus Rex Catholicus *diſſidii Epiſcoporum Carthaginenſis Provinciæ cauſa.* 283. XV.

Vvamba Rex *Gothorum* 60. III. *quando inauguratus* 483. XVI. *diviſio Eccleſiarum Regni ab eo facta.* 60. IV. *cingit Toletum novis mœnibus.* 483. XV.

Uxamenſis Eccleſia petit confirmationem ſui Præſulis a Primate Tol. 555. XVIII.

Z

Z*Amorenſis Eccleſia agnoſcit Tolet. Primatum.* 574. XX.

Zeno Metropolita Hiſpalenſis fit Vicarius Pontificis. 494. IV. 522. XXXVI.

005646066

Digitized by Google

Digitized by Google